13
25 L
3

D. D. EMMANVELIS
ALVAREZ PEGAS,
IVRISCONSVLTI LVSITANI,

IN SVPPLICATIONIS SENATV CAVSARVM PATRONI,
& Mitræ Archiepiſcopalis tam Vliſſiponenſis quàm Bracharenſis Procuratoris,
ac etiam Sanctæ Bullæ Cruciatæ Promotoris.

TRACTATVS
DE COMPETENTIIS
INTER ARCHIEPISCOPOS,
EPISCOPOSVE, ET NVNTIVM APOSTOLICVM

cum poteſtate Legati à Latere : & de eorum poteſtate.

DE FORO ETIAM EXEMPTORVM;
Et vbi conueniri debeant.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ARNAVD, ET PETRI BORDE.

M. DC. LXXV.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.

BEATISSIME PATER,

EPISCOPALIS dignitas est stabile Fidei firmamentum; quæ si posternatur, facilè deuincetur. Propterea Christus Dominus noster in sanctis Patribus Vestræ Sanctitatis antecessoribus, in Archiepiscopis, & Episcopis Ecclesiam suam stabiliuit, vt illi Caput, & hi præcipua eiusdem membra extitissent. Cùm enim sine Capite non stet Ecclesia, etiam sine membris non stabit caput. Vnde inter mortales primum locum obtinent Ecclesiastici, infrà Sanctitatem vestram, Eminentissimosque Cardinales, Archiepiscopi, & Episcopi; quos Populi summos appellant Sacerdotes, non solùm quia regunt, & pascunt eos; sed etiam quia iurisdictione, & maioritate præcellunt. Vestra Sanctitas simul dicitur Episcopus, ne sibi cum suprema potestate Ecclesiæ maximus deficiat ordo. Sunt enim Archiepiscopi, & Episcopi Militantis Ecclesiæ Duces; eorumque voces cœlestis Militiæ tubæ: Conciliorum Præcones, totiusque Christiani gregis Custodes, qui Baculo iurisdictionis lupos ab ouibus segregant. Hos Ecclesiasticæ eruditionis Magistri, sacros diuinæ voluntatis Iudices, Apostolorum hæredes, Fidelium Duces, veritatis Legislatores, Hæreticorum odium, Iustorum amorem incessabilem nuncupant. Sunt enim miserorum protectio, pauperum thesauri, afflictorum opitulatio, gentium Patres, virtutis regula, spiritus indices, animarum speculum, malitiæ frænum, bonitatis stimulus, Ecclesiæ pulchritudo, Sol mundi, lux Fidei, sal terræ; quorum consecratione sanctus Spiritus benedicentes eis asserit benedictos; maledicentes eis maledictos fore. Ad vltimum sunt Christianitatis bases, Cæli porta, quâ Christiani fidei participant Sacramentis: in Cælum via, per quam beatitudinem absolutione impetrant. Illi Iesu Christi sanguinem thesaurizant, Ecclesiæ gradus partiuntur, Sacerdotes consecrant; Hierarchiam Militantem ad Triumphantis imaginem formant. Principes eos Patres inuocant: Sancti Patres, & Vestra Sanctitas successor eorum, eosdem nomine Fraternitatis honorant; Religiosi Patronos, Clerici Prælatos, Laïci Magistros sui status prædicant. Vltimò sub Vestræ Sanctitatis ditione animas vniuersi dirigunt: quamobrem in conseruatione iurisdictionis illis debitæ consistit Ecclesia, quæ non aliter subsistit. Vnde Vestra Beatitudo cæditur quando libertas, vel iurisdictio Ecclesiastica concutitur. Ita multifariam in iure Sanctitatis Vestræ Antecessores prouidére, vt omni curâ Archiepiscopi, & Episcopi suam iurisdictionem tueri conati sint, inhibentes ne quicunque Sedis Apostolicæ Nuntij, ac etiam Legati à latere Ordinariorum potestatem collidant, imò vigilantissimè protegant; nec per primam instantiam iurisdictione ordinariâ se intromittant, nec ipsi,

ã 2 nec

nec quidem Legatus à latere. Hoc idem præcipitur in Bulla potestatis, quæ illis conceditur, sicut præcepit Vestra Sanctitas Illustrissimo ac Reuerendissimo Archiepiscopo Sidoniensi, Lusitaniæ Nuntio cum potestate Legati à latere; qui jurisdictionem non defendit, sed offendit ea turbatione, & scandalo, quod in præsenti Tractatu vestra videbit Beatitudo; hunc feci instruere, vt potiùs intelligeret Sanctitas vestra meæ justificationis causam, & dicti Nuntij licentiam, & paruam eius actionis rationem. Postulo vt in eodem Nuntio & Auditore eius Archiepiscopalis Majestatis vsurpationem Tu Sanctissime Pater facias abominari, cùm Tridentini decreta, Iuris dispositiones nec id admiserint, nec seruauerint; ne fidant vnico Authori per Romanam Ecclesiam vetito. Contrariam rationem, meæ justificationis euidentiam, negotij importantiam iste Tractatus Vestræ Beatitudini monstrabit. Quapropter coacta est Archiepiscopalis jurisdictio non omittere vias ad justificationem meam conducentes; firmor enim decretis Pontificiis ante Tridentinum emanatis, & postea in ipsius Tridentini decretis, Congregatione Eminentissimorum Cardinalium, communi DD. opinione, in quibus vniformiter patet ius, & probatur offensio: quod Sanctitas vestra debet moderari, vt jurisdictio ordinaria augeatur, & vestra non vsurpetur: siquidem Beatitudo vestra cùm sit Ecclesiæ Caput, nequit finere quod Nuntij, ad eiusdem conseruationem, & non destructionem missi, illam turbent, & labefactent; sed potiùs illorum authoritate, & potentiâ auxilium Ecclesiæ præbeant; nam nullus erit ordo, & misera Fidelibus extabit confusio, dum indebitè vident controuersiam inter Ecclesiasticos jurisdictionem, nescientes quò se vertant, & cui obedientiam præstent: nam indistinctè, & confusè vident fulminari decreta, non sine maximo animarum præjudicio, totiusque Fidelium gregis confusione, qui dum tonitrua audit, fulmina timet, & vagatur errans: quod non eueniet si inter securitatis pascua securè, & non timidè gratiæ fatalitatem in Sacramentis inuenerit. Datum Vlissipone, die 19. Martij 1673.

Reuerenter pedes Sanctitatis vestræ osculatur

A. ARCHIEPISCOPVS VLISSIPONENSIS.



ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO
DOMINO D. ANTONIO
DE MENDOZA
ARCHIEPISCOPO VLISSIPONENSI,
à Consiliis Status Consiliario dignissimo,
ac prudentissimo dicatur

ELOGIVM.

EN Tibi;
Præclarissime Domine;
Istud Opus, vt opes offero;
Nam
Si Petri claues illud claudunt,
Eius theses erunt thesauri:
Sed campus
Vbi thesaurus inuentus,

ELOGIVM.

Ad D' Arena est
uini Martis euentus.
Vnde Tu
In Superùm prœliis tantum superas Præsul;
Quod
Cl aristi Athleta, Christianus Atlas,
C Celando cælum, terrendo terram,
Dum
Omnipotentis Iouis radios vibras,
Refulgentis Solis luce coruscas.
Duplici claue
Ecclesiæ Alcides,
Domando
Mundi monstra cælum monstras:
Et fortitudini
Ex metallo constituendo metas,
Erunt Tibi
Tot columnæ, quot claues.
Vnde
Iam plus & vltra
Tu
Gladio Pauli,
Non Paulum gladiator
Major Alexandro,
Fidei gordianos dissoluis.
Et verè
Dei janitor, cæli Ianus;
Cùm
In hostes belli aperis ostium, Bellatores vagantur, vt belluæ;
Cùm
Pacis patefacis portas, Pacifici pascuntur, vt oues.
Et ita
Bifrons;
Nam
Diuerso vultu
Aspiciens bellum, respiciens pacem;
In vtroque victor;
Geminando frontes, duplicas coronas.
Tu
Maximo Clementi
Clementiâ par, non iustitiâ dispar;

Iam

ELOGIVM.

Iam
Te ANTONI
Pium; & seuerum videt Roma:
Virtutibus imperantem.
Ad Oriam Petri ortus,
vt Petra
Retia sua tendis in profundum;
Et ita
Hominum piscator,
Quanti pisces colliguntur Mari, collocantur Cælo.
Vnde
Tanto Soli signum;
Inter stellas tua lux signatur.
Hoc in speculo
Vide
Quantùm pro Te fecisti in specula.
Hoc in prælo
Lege,
Quantùm pro Ecclesia fecisti in prælio.
Dum Te ipsum vides,
Omne magnum:
Dum Te ipsum legis,
Omne bonum.
Quare
Iam hoc Opusculum
Non tibi offero, sed restituo.
Et si
Tua fama mihi præbet alas;
Eius alæ mihi præstant pennas;
Quibus alatus
Astris me video redimitum,
Dum
Pedibus tuis coronatum.

EMMANVEL ALVAREZ PEGAS.

AD LECTOREM
AVTHORIS PRÆLOCVTIO.

SI quis ex me (AMICE LECTOR) ſciſcitetur, cur de Competentia & concurſu inter Nuntium Illuſtriſſimum cum poteſtate Legati à latere, & D. Archiepiſcopum, & de eorum juriſdictione, poteſtate, ac etiam de foro Exemptorum, & juriſdictionis ordinariæ defenſione ſcripſerim, videat rationes in elogio deductas, & *in cap. 1. num. 1.* relatas, & ſuppetit etiam alia ratio; indefeſſum ſcilicet ſtudium ad obediendum factum, cum quo multa vidi, non pauca legi, & examinaui, quæ omnia DD. obſeruant, notant, accuratè conferunt, attentè perpendunt; omnia, inquam, quæ ad mores publicos, & priuatos, ad res forenſes, ad conuiuia, fora, funera, veſtes, juriſdictionem, poteſtatem inter Nuntios cum poteſtate Legati à latere, & Archiepiſcopos, Epiſcopóſve pertinent: immò & illa in lucem aliquando pertrahunt, quæ magno emolumento ſciri, neſciri vix ſine detrimento poſſunt. Profuit tamen hac noſtra ætate 31. anno, poſt quinquageſimam Dominicam anni huius 1673. iſta illorum diligentia, quæ facem prætulit, inuſſitque Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Vliſſiponenſi deſiderium, ac gaudium, diligentiam, ac induſtriam ad res Eccleſiaſticas adferendi; ſinguláſque non cum aliis confuſas, & permixtas, ſed reſolutiuè, ſigillatim, ac ſeparatim ex aliorum DD. optimiſque, iiſque monumentis, perſpicua methodo, & accurata ratione explanandi. Cui ſtudio maxima cum Reipublicæ Chriſtianæ vtilitate, & Archiepiſcopalis, aut Epiſcopalis juriſdictionis, ac poteſtatis, & Catholicæ Religionis incremento, ac gloria plerique ſumma eruditione viri aliquot abhinc annis ſtrenuè, nec infauſtis auibus incubuerunt. Horum laudabili doctrinâ, exemplo, & Illuſtriſſimi Archiepiſcopi, eodémque filo, quamuis rudiori, iſta contexere, ſed ſtamine fuſiori, viſa eſt quotumdam (quibus non tanta ſuppetit, quanta in eiuſmodi ſtudio librorum copiâ opus eſt) commoditas expoſcere, vt quicquid argumenti huiuſmodi intento in id ingenio delibaſſem, hac congeſtum penu irem exprompturn, vnde totum ſemel, & ſimul, & in vna manu haberent, ſub vno oculorum ictu.

Sed verò in tanta rerum varietate, quâ huius Operis ſeries eſt contexta, habet etiam vnde percipiat pius Lector non nihil oblectamenti. Varietas ipſa quæſtionum delectationis eſt mater, quam vt natura in rebus eleganti pulchritudine temperauit, ſic in libris à quocunque ſcriptore, qui Lectoris animum leuare, ac faſtidium vitare voluerit, prudenter intermiſceri debet. Hac arte attamen (dicam ingenuè) vſus non ſum; ſed Opus ipſum natiuâ ſuâ texturâ interſtinctum variis materiarum coloribus, ſi quæ eſt in huiuſmodi diuerſitatis gratia, ſuo è ſinu expromit. Genere quidem ſub vno Tractatus hi omnes concurrunt, at ſpecie res differunt, quæ explicantur, & reſoluuntur in ſingulis, ſuiſque modis edifferuntur. Methodus etenim, etſi vtplurimum ſit didaſcalica, variat tamen; interdum eſt enim polemicus, aliquoties parenæticus, quin etiam non vno loco encomiaſticus

contextus.

contextus. Doctrina, ac resolutio quoque Operis est multiplex, vtpote ex sacræ Scripturæ authoritatibus, Patrum documentis, Conciliorum canonibus, Pontificum decretis, exemplis Sanctorum, piorum Principum Capitularibus, legibus, pragmaticis, selectisque resolutionibus, tam Poëtarum, quàm vtriusque juris, Ciciuilis, Canonici, ac Regni delibuta. Quibus (vbi congruere visum est) humanioris, ac verioris literaturæ obseruationes ad rem conferentes pleræque admiscentur; adeo vt hæc, tametsi rudi stilo contexta, ex ipsa tramitis diuersitate toti nihilominus opificio aliquantulam concilient gratiam; sed jussu incitatus relinquendo sextum Tomum Commentariorum ad Regni Portugalliæ Ordinationes suspensum, eiusmodi exercitationi in hoc tempore tam in die, quàm in nocte me applicaui, eo fine vt discerem primùm, deinde si qua mihi visa essent vtilia, & scitu digna, & breuiter resoluenda, aliis in eo studiorum genere non adeò exercitatis indicarem. Cura enim mihi semper fuit ad vtilia potius quàm ad amœna duci, aut ducere. Quemadmodum enim floribus alij ad odorem, aut aspectum tantùm, sed apes ad mellifluum, Medici etiam ad sanitatem vtuntur; *apis argumentosæ* (vt verbo Ambrosij vti liceat) partes, Medicique potiùs salutiferum, quàm jucundum consilium statui imitari. In materia necessaria hactenus scripsi, in qua Lector non amœnioris eloquentiæ flosculos quæreret, sed solidæ doctrinæ reperiret meros fauos. Hoc Opus in eo argumento versatur, quod etsi fortè non ita rarum, & singulare quispiam arbitrabitur, necessarium tamen, & non inutile abnuere non possit. Rarum siquidem ac singulare ipse ne dixero, super quo prisci harum potestatum tractatores suis opusculis de sacrorum Ministrorum Ecclesiæ & Præsulum potestate, excellentia, jurisdictione, ac officio, quasi ex condicto disserta. runt, ac plerique neoterici etiam nonnulla obseruarunt; sed alij confusè ac permixtim, alij sigillatim quidem, sed obiter, & nimis arctè, ac plerique omnes non adæquatè de singulis, sed de quibusdam dumtaxat, parciusque quàm par fuisset meminerunt potiùs quàm scripserunt ex professo. Quamobrem necesse erat rem totam ab ouo (vt aiunt) inuestigatam accuratiùs exprimere (vt Illustrissimo Domino meo Archiepiscopo visum fuit;) tractatáque ex instituto vno conciliabunt venustatem, si non remouendo prorsus, saltem temperando Lectoris tædio non vsquequaque importunam. At forsitan prolixioribus hisce colloquiis, mi benigne Lector, nimis te moror; in cuius tamen gratiam hoc Opus aggressus, leuandi te laboris onere, atque fastidio, pleraque hactenus fortè non ita exactè obseruata, sparsim hoc toto contextu compendij, in defensionem jurisdictionis ordinariæ in his controuersiis & similibus annotaui; minùs explicata dilucidaui, pugnantia conciliaui, expendi etiam nonnulla aliquâ nouitate accuratiùs, quæ attento examine indigebant. Sed quidquid attulerim laboris, aut diligentiæ, excidisse in quibusdam me à recta linea non dubito. In crimen non idcirco tamen, vt reor, vocandus sum: etsi enim improuidè quicquam fortasse dictum alicubi reperire sit, nullibi tamen malignè, nusquam impiè. Si quid peccatum à me, pòst emendabitur quam monitus fuero improuisi erroris. Non est igitur cur rigidiori censurâ mecum agatur, qui paratus sim grato animo meliores aliorum sensus sequi, cùm nouero, atque meos non defendere, sed fateri, & eluere lapsus: & si me inscio aliquid hic, aut alibi elapsum est, quod Catholicæ Fidei, aut Christianæ Religioni aliquatenus aduersetur, vel ignaro, quod DD. minùs probari contingat, id omne indictum, non scriptum, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ censuræ, aut cujusvis meliùs sentientis correctioni subiectum ex debito voueo, & ex animo volo. Psylli absint dumtaxat opto (qui inter Christianos abesse debent) nati venena tantùm, si quæ sunt, vnico nocendi animo occulere, peruertere, dis-

 pungere

pungere, detutpare: Palæstinis similes, qui filio obedientiæ Isaac inuidentes, omnes puteos, quos serui patris eius Abraham in solatium familiæ foderant, obstruxerunt implentes humo. Sanè, quæ hactenus protuli in lucem Opuscula & Commentaria eò spectarunt, vt Ecclesiæ, Iustitiæ, Reipublicæque commodo & ornamento inseruirent. At fuerunt (perpauci tamen) meos qui pios conatus nescio quo liuore, vel odio acti, tentarunt inter turbare; piæ, zelosæque meæ intentionis (quâ mihi in Domino proficere, & prodesse proximo semper optaui) obruere nisi sunt puros affectus. Deus, precor, illis ignoscat. Hos non læsi vnquam, neque lædam, vt spero: rogatos at velim, vt cùm Christiani sint, & mortales se esse meminerint, immortales in pectore non nutriant inimicitias, quas abs re conceptas, hactenus apertis indiciis, exquisitisque occasionibus lubentes, volentes prodiderunt; aduersus quos vsque modò, mirantibus plerisque, defendere me nolui, ac etiamnum nolo. De prælo ad prælium lacessito mihi tot eorum impetitionibus haud arduum erat prosilire: verùm cum fratribus meis pugnaces ad cruorem manus conserrum ire, semper piaculum duxi. Dixisse cum pacifica anima mihi satis fuit: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me; ego verò cùm mihi molesti essent, intendebam silentio, patienter expectans, si fortè Deus aliquando humilitatem meam respiceret;* ipsique tandem quiescerent, mecumque sic victi christiano more, & amore manus iungerent, cum virenti pacis ac charitatis oliua, quam iis sincera mente offero. Faxit Deus, quæramus omnes quæ ad pacem sunt Hierusalem, *nec cuipiam demus aliquam offensionem, ne vituperetur ministerium nostrum*, ad cuius honorem & decorem hos libellos per iussum Illustrissimi Domini Archiepiscopi Vlissiponensis bona voluntate, & magno gaudio conscripsi. Vale.

CONSENSVS PROCVRATORIS REGII.

NOn intercedo Regis causâ, ne Liber cui titulus est *D.D. Emmanuelis Alvarez Pegas Tractatus de Competentiis*, &c. in lucem edatur à LAVRENTIO ARNAVD, & PETRO BORDE, huius ciuitatis Bibliopolis, cum prohibitionibus aliis omnibus Bibliopolis & Typographis per triennium fieri solitis. Lugduni 27. Nouembris 1674.

DE VAGINAY.

LICENTIA.

FIat juxta Conclusiones Procuratoris Regij. Die & anno vt suprà.

DE SEVE.

SERIES

SERIES CAPITVM, ET QVÆSTIONVM,

Quæ in hoc Tractatu continentur.

PARS PRIMA.

e 2 XXII. De

Series Capitum.

Series Capitum.

é 3 LX. Vtrum

PARS SECVNDA.

ẽ 4 LXXVIII.

Series Capitum.

XCV. Vtrum

D.D. EMMA



D. D. EMMANVELIS ALVAREZ PEGAS,
IVRISCONSVLTI LVSITANI

TRACTATVS DE COMPETENTIIS INTER ARCHIEPISCOPOS,
Episcopos, & Nuntium Apostolicum cum potestate Legati à Latere.

PARS PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

De relatione casus, & causa scribendi.

SVMMARIVM.

1 *Relatio casus, & causa scribendi.*
Obedientia est subditorum gloria, ibid.
2 *Laudantur Illustrissimi Comites de Ericeira.*
Laudatur Illustrissimus Episcopus Capellanus Major, ibid.
Laudatur Illustrissimus Archiepiscopus Ulissiponensis, ibid.
3 *Laudatur Illustrissimus Nuntius Franciscus Ravizza.*
Refertur licentia tenor concessa ab Illustrissimo Nuntio ad hoc ut Illustrissimus Episcopus Capellanus Major baptizaret cum Pontificalibus filium Illustrissimi Comitis de Ericeira, ibid.
4 *Refertur diligentia prohibitionis facta cum D. Episcopo & Comite.*
5 *Refertur tenor Edicti circa prohibitionem Baptismi decretam à D. Archiepiscopo.*
6 *Refertur tenor Edicti Illustrissimi Episcopi Capellani Majoris adversus Pastoralem Illustrissimi Archiepiscopi*, & n. 7. & 8.
9 *Transcribitur Pastoralis Illustrissimi Archiepiscopi circa interdictum locale, & generale ab ingressu Ecclesiæ.*
10 *Refertur appellatio interposita ab Illustrissimi Archiepiscopi Edicto per Illustrissimi Episcopi Capellani Majoris procuratorem ad Illustrissimum Nuntium; & breuitas in consequendo rescripto commissionis.*
11 *Transcribitur tenor supersessoria, compulsoria, inhibitoria, & commissionis Reuerendi Auditoris Nuntiatura ad Illustrissimum Archiepiscopum, ut transportarentur acta, & supersederetur in interdicto per viam relationis ad reincidentiam per quindecim dierum spatium*, & n. 12.
13 *Refertur tenor Edicti Illustrissimi Archiepiscopi in contrarium decreti & affixi.*
14 *Transcribitur tenor alterius edicti pro mul-*

gati à Reuerendo Auditore contra Pastoralem Illustrissimi Domini Archiepiscopi, fundato in opinione Salgadi circa stylum reprobatum à iure.

15 *Traditur tenor alterius edicti Illustrissimi Archiepiscopi aduersus declaratoriam Reuerendi Auditoris, in quo conuinectur & reprobatur eius assertio, & allegatio Salgad.*

Refertur decretum Principis postulantis eleuationem interdicti, & recognitio Illustrissimi Episcopi Capellani Majoris jurisdictionis Illustrissimi Archiepiscopi, propter quod sublatum fuit interdictum.

17 *Refertur tenor edicti per quod sublatum fuit interdictum.*

18 *Quare edicta scripta Lusitano idiomate traducta fuere verbis Latinis.*

1 PERICVLOSAM descendo in arenam; nam inter Illustrissimos viros illustri sum in jurgio: vndique me venerationis vinculis video ligatum; volo incedere, sed elabor: ast vi, Baculo Petri enixus, si verè gressus tendo, nulla subibo pericula; Cælum præstat iter. Præclarissimus Dominus meus hujus Diœcesis Metropolitanus optimo iure pro sua ordinaria jurisdictione clauium potestatem spiritualiter ostendit; & cùm hac in causa fuissem tanquam Mitræ, vt sum, Procurator, per juris præcepta, & eius mandatum jus suum aliorumque explano: & cùm obedientia sit subditorum gloria, vt inquit Tacit. *lib. 6. Annal. Nobis obsequi gloria relicta est.* Sic jubenti volens, lubensque parui; nihil enim mihi jucundius accidere poterat, quàm grata sic mihi imposita necessitas publica hac cultûs, & obseruantiæ significatione suam Celsitudinem prosequendi; & solùm superest, vt inquit Plin. *epist. 1. lib. 1.* vt *nec illum consily, nec me pœniteat obsequy*; nec illum de mandato pœniteat, nec me de obedientia. Fiducia autem mihi styli, aut ingenij nulla est, sed ejus benignitas, voluntas, & mandatum ausus meos prouocar, vt in simili prorumpit in hæc verba Symmachus *epist. 45. Mineru.* Fuit tantæ rei occasio.

2 A Lusitaniæ Regno demirandus sanè oriundus Dominus Aloysius de Meneses, Illustris Comes de Ericeira; eumque tota Lusitania admiratur, non solùm pro præclari sanguinis splendore, sed etiam quia omnibus naturæ dotibus cumulatum fatetur; suáque encomia Rhetore quidem indigebant floribus Smyrneis exornatu, Mantuanis copiis referto, Castalidumque fororum decore insignito. Quare satius duco eximiæ laudis ejus cœlestia encomia siccis labiis pertransire, quàm magnitudinem, robur, ac perspicientiam eius tenuissimis meæ oratiunculæ finibus circunscribere, vel quia belli tempore inuictissimum Martem acclamat Lusitania, vel quia pacis tempore Apollinem reueretur, Heroum decus, & ornamentum maximum obseruat, præsidium inuocat, totiusque Patriæ delicias proclamat. Ex animi sententia vxorem in matrimonium recepit Dominam Ioannam de Meneses legitimam neptem ex fratre suo Domino Ferdinando de Meneses, sic etiam Illustrissimo Comite de Ericeira, quem nunc meritissimum, ac desideratissimum justitiæ Rectorem Curia nostra veneratur: & post annorum lapsum, fauente Deo, nascitur eis filius primogenitus, eorum optatis respondens, succedénsque pro votis. Curando itaque de eius lauamine in sacro Fonte, expectantes quod fieret non in sua Parochia, immò in Cœnobio Monialium Beatæ Mariæ Annunciationis ex Prædicatorum Ordine, cùm similis functio exercenda esset cum vestibus Pontificalibus per Illustrissimum Dominum Episcopum Hiponensem Capellanum Majorem (non tantùm pro munere majorem dictum, sed pro virtutibus, quibus prædotatus est maximum, pro ingenuato, generosoque sanguine præclarissimum, cujus laudes oratione mea nec attingam, immò silentio premam, veluti Magnitudinis suæ digniori Rhetoricâ; ne tamen impolitus peccem, illud hîc in mentem venit, & iuuat: In magnis voluisse sat est;) & cùm ad effectum reduci minimè posset talis conatus nisi de licentia Illustrissimi Domini Antonij de Mendoza, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Metropolitani Archiepiscopi Vlissiponensis (in quem certatim omnes oculos conuertunt orientis sui splendoris irradiationibus oblectati, benignique influxus, quem illi innatum inclytæ prosapiæ nobilitas, miræ eruditionis fulgor, virtutis iam conspicuæ gloria affatim persuadent, spe allecti, vnde sibi quæque prospera pollicentur, habentem Dionysij fortitudinem & sapientiam; Marcelli puritatem, pietatem Germani, Serranni vigilantiam, charitatem Landerici, Æneæ doctrinam, peritiam Galonis, Stephani zelum & Guillelmi, præstantissimorum literarum luminum incomparabilem eruditionem) ad eum prædictus Comes conuolauit supplicans. Attamen Illustrissimus Dominus Archiepiscopus justis de causis, singularibusque rationibus nullatenus hoc ei concessit, sicut ei liberum

erat,

erat, licèt promptus esset ad facultatis concessionem, si ipse Episcopus Hiponensis eam petere voluisset.

3 Ex defectu prædictæ facultatis confugit Comes ad Illustrissimum Dominum Nuntium Franciscum Rauizzam Archiepiscopum Sidoniensem cum potestate Legati à Latere in hisce Regnis (desiderij nostri virum, ætate prouectum, prudentiâ eximium, animi magnitudine clarum, pietate insignem, religione egregium, fortitudine præstantem, moribus instructum, reparationis propugnaculum, justitiâ illustrem, quo nullus in judiciis ferendis æquior, in pauperibus audiendis clementior, in dissimulandis flagitiis patientior, in puniendis acrior, ad pietatis officia promptior, ad Religionis cultum studiosior, ad omnia optimi Principis Ecclesiastici munia alacrior.) Et cùm ei supplicationem obtulisset ad hoc vt talem gratiam ei concederet, prædictus Dominus eam concessit, vt patet ex licentia expressa per decretum dictæ postulationis insertum: quorum omnium fidelis copia traducta ex Lusitano idiomate sic se habet. *Illustrissime Domine. Dicit Dominus Ludouicus de Meneses Comes de Ericeira ortum habuisse ejus filium, quem vult in salutari Fonte abluere; & quia cupiditate flagrat, vt functio hæc baptismalis perfecta sit solenniter, & cum Pontificalibus ab Illustrissimo Domino Episcopo Capellano Majori; cùmque ratione temporis hiemalis insipidi, & crudelis accedens ad Parochiam longè distantem emineat periculum, & prope sit monasterium Beatæ Mariæ Annunciationis Monialium Diui Dominici, vbi est Patronus: Postulat Vestra Illustrissimæ facultatem celebrandi Baptismum per prædictum Dominum Episcopum Capellanum Majorem in forma petita, &c. Nobilissimo viro oratori ad sanctam Sedem, & nos vti ejusdem Sedis Apostolicæ Nuntium cum potestate Legati à Latere Cardinalis recurrentis pro consecutione supradictæ gratiæ, quæ aliàs ab ordinariis Prælatis dictâ potestate minimè suffultis (vt profertur) impartita fuit, annuendum esse jure optimo existimamus: quapropter facultates nobis de jure competentes ad effectum desuper narratum Illustrissimo Domino Episcopo Capellano Majori tenore præsentium pro hac vice tantùm tribuimus, & communicamus, itaut ipse etiam nomine nostro, iuxta authoritatem quâ fungimur, omnia desuper contenta gerere, ac perficere valeat, sine vllo Ecclesiæ, ac jurium parochialium præjudicio. In quorum, &c. Data hac die 9. February 1673. F. Archiepiscopus Sidoniensis, Nuntius Apostolicus.*

4 Inscio hujus licentiæ prædicto Illustrissimo Domino Archiepiscopo, spretaque repugnantiâ in eius concessione, conabatur supradictus Dominus Episcopus Capellanus Major exercere Pontificalia, & Baptismi sacramentum administrare in prædicta Ecclesia Monialium, extra propriam Parochiam, iure notoriè reluctante, & constitutione expressè id vetante. Desiderio itaque captus actum impediendi Parochis præceptum interposuit, ne ei mitterent benedicta olea; & cogitans de oleis seruatis in Regia Capella, quibuscum facilè prædictus Dominus Episcopus poterat actum perficere, ejúsque frustrare mandatum, ad eum Notarium misit cum scheda suo signo seu nomine firmata, vt illius virtute certum faceret prædictum Dominum Episcopum Capellanum Majorem, ad hoc vt se abstineret à Baptismo cum Pontificalibus conferendo, nisi priùs de eius expressa licentia constaret, vel de alia ei concessa. Consequenter etiam misit alium Notarium ad Dominum Comitem de Ericeira ad similem diligentiam: & cùm tam apud vnum, quàm alium nullius momenti, seu pretij fuissent dictæ notificationes, Literam Pastroalem intimauit cum sequenti tenore.

D. Alvarez Pegas Tract. de Compet.

Dominus Antonius de Mendoza, Dei gratiâ, & sanctæ Sedis Apostolicæ Metropolitanus Archiepiscopus Vlissiponensis, à Consiliis Status Principis Domini mei, &c. Omnibus quibus hæc nostra Litera Pastoralis nota fuerit, seu illius vigorem scienter agnouerint, salutem, & pacem in Iesu Christo Domino nostro, omnium remedium & salus. Certioramus nobis constare, aliquos esse ex nostris subditis immemores sui officij, & debiti à iure eis impositi, laudabilisque consuetudinis; videlicet liberos expiandi salutari Fonte in Baptisterio suarum Parochiarum. Certiores etiam sumus, quod mutato hoc ordine in odium supradictarum rerum, & dispositionis Constitutionis nostræ, lib. 1. tit. 8. §. 2. meditantur de Baptismo pueri recenter orti Comiti de Ericeira perficiendo per Dominum Episcopum Capellanum Majorem in Ecclesia Annunciationis, cœnobio Monialium Diui Dominici, facultate nostra minimè ad hoc concessâ, in damnum & contemptum nostræ jurisdictionis: qua de causa misimus scribendam præsentem Pastoralem, & illius virtute, authoritate ordinaria, quâ in hanc partem vtimur, sicuti nobis de iure competit, præcipimus sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, neminem tam Sæcularem, quàm Ecclesiasticum, vel Regularem cujuscunque qualitatis assistere, seu qualicunque modo authoritate firmare administrationem Sacramenti baptismalis solennis, quod 5

perficere conatur prædictus Dominus Episcopus Capellanus Major, non data ad hoc in scriptis nostra expressa facultate; quæ gratia nostrûm solummodò competit, juxta dispositionem Concilij Tridentini, sacrorumque Canonum. Itaque vt nostri subditi vigilantes in hac parte permaneant, eis præcipimus sub eadem pœna excommunicationis majoris ipso facto incurrenda, vt pro vegetatione, & obseruatione prædictæ Constitutionis dirigant filios suos ad Baptismum in Parochialibus sui territorij, præter nostram licentiam in scriptis expressam. Quæ omnia ad vnguem seruabunt in supradicta forma. Et vt omnibus notum sit, mittimus præsentes scribere, & post publicationem affixas remanere in locis publicis, & ostiis Ecclesiarum huius Ciuitatis; nemoque eas auellere audeat sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ. Data Vlissipone sub nostro signo & sigillo, Februarij die decimoprimo, anno millesimo sexcentesimo septuagesimotertio. Dominicus à Misquita Teixeira subscripsi. A. Archiepiscopus Vlissiponensis.

6 In hunc modum scriptæ hæ literæ fuerunt publicatæ, & affixæ Dominica die decimosecundo eiusdem Februarij; & paulò post meridiem jussit Dominus Episcopus Capellanus Major scribere alias literas contrarias, se Iudicem Apostolicum cognominando ex prætextu, & consideratione certæ licentiæ illi concessæ per Illustrissimum Dominum Nuntium, cujus contemplatione absorbere, & conterere conabatur aliarum literarum vigorem per Illustrissimum Dominum Archiepiscopum prolatarum; & quod magis est, jussit schedam separatam eodem modo affixam & signatam per fores Ecclesiarum, præceptum insinuantem erga omnes justitiæ Officiales, ad hoc vt sua scripta traderent obseruationi; scripta autem, & literas Pastorales Illustrissimi Domini Archiepiscopi auellerent. Omnium vera copia traducta ex Lusitano idiomate sic se habet.

7 *Nos Aloysius à Sousa, Dei, Apostolicæque Sedis gratiâ Episcopus Hiponensis, Capellanus Major Principis, à suisque Consiliis, &c. Certioramus omnes personas cujuscunque status, ac qualitatis inuentas, quod cùm nobis oblata fuisset postulatio Domini Ludouici de Meneses ab Ericeira Comitis, directa ad Illustrissimum Dominum Nuntium Apostolicum, Archiepiscopum Sidoniensem cum potestate Cardinalis Legati à Latere in hisce Regnis, & Lusitanicis Dominiis, inhærenteque dictæ postulationi sententia, seu decreto præfati Illustrissimi Domini Nuntij prope dictam postulationem, quorum tenor sic postulationis, sic decreti de verbo ad verbum ita se habet. Dicebat Dominus Ludouicus de Meneses ab Ericeira Comes, ortum habuisse eius filium, quem vult in salutari Fonte abluere: & quia cupiditate flagrat, vt functio hac baptismalis perfecta sit solenniter, & cum Pontificalibus ab Illustrissimo Domino Capellano Majori; cùm autem ratione temporis hiemalis insipidi, & crudelis accedens ad Parochiam longè distantem periculum immineat, & prope sit monasterium Beatæ Mariæ Annunciationis Monialium Diui Dominici, cuius est Patronus: Postulat Illustrissima Vestra facultatem celebrandi Baptismum per præfatum Dominum Episcopum Capellanum Majorem in forma petita, &c. Nobilissimo viro oratori ad sanctam Sedem, & nos vti eiusdem Sedis Apostolicæ Nuntiam cum potestate Cardinalis Legati à Latere recurrenti pro consecutione supradictæ gratiæ, quæ altàs ab ordinariis Prælatis dicta potestate minimè suffultis (vt profertur) impartita fuit, annuendum esse iure optimo existimamus: quapropter facultates nobis de jure competentes ad effectum desuper narratum Illustrissimo Domino Episcopo Capellano Majori tenore præsentium pro hac vice tantùm tribuimus & communicamus, itaut ipse etiam nomine nostro juxta authoritatem quâ fungimur, omnia desuper contenta gerere, ac perficere valeat sine vllo Ecclesiæ ac jurium Parochialium præjudicio. In quorum, &c. Data hac die 9. Februarij 1673. F. Archiepiscopus Sidoniensis Nuntius Apostolicus. Nos itaque præfatam facultatem & delegationem acceptantes, communicatam per dictum Illustrissimum Dominum Nuntium, ad effectum de quo agitur in dicta postulatione, deliberauimus solenniter, & pontificaliter celebrare Baptismum, cùm Superioritas Illustrissimi Domini delegantis ab alia facultate seu licentia nos absoluat. Et quia peruenit ad nostras aures, Illustrissimum Dominum Archiepiscopum hujus Archiepiscopatus vetare executionem, & celebrationem prædictæ functionis, mandando ad hujusmodi effectum varias notificationes in personas à sua jurisdictione adhuc exemptas, proferendo censuras & pœnam, & declarando interdictam Ecclesiam Cœnobij Annunciationis huius Ciuitatis Vlissiponensis promptam, ac destinatam ad solennitatem baptismalem, in quibus omnibus sine jurisdictione procedit, ac persequens jurisdictionem nostram delegatam intercludit & perturbat; cùm eam totis viribus defendere debeamus iuxta juris permissionem erga omnes perturbantes, cujuscunque fiat qualitatis, dignitatis, ac ordinis, & Officiales, & ministros: quapropter per has præsentes literas irritat facimus qualescunque progressiones, sea contra nos, seu contra aliam quamcunque personam processas, explanando irritat, nullas,*

las, nullinsque vigoris qualescunque censuras, vel pœnas contra nos fulminatas. Sic & præcipimus sub pœna excommunicationis majoris ipso facto incurrenda, & quingentorum aureorum applicatorum ad accusatorem, & captiuos, omni personæ, seu personis contra nos progredientibus, nosque turbantibus, & commouentibus à iure nostro, vel contra alias quascunque personas ad eundem finem, vt per trium quadrantium spatium, quod eis pro tribus canonicis admonitionibus assignamus, cedant à violentia nobis facta: eodemque modo præcipimus omnibus Notariis Apostolicis, cæterisque justitiæ Officialibus, tam Sæcularibus, quàm Ecclesiasticis, Sacerdotibus in sacris Ordinibus constitutis, vel etiam minoribus, sub eadem censura, & pœna, vt nequaquam faciant operationem virtute jussorum Illustrissimi Domini Archiepiscopi, vel quorumcunque perturbantium. Per has quoque literas citamus, & vocamus præfatum Illustrissimum Dominum Archiepiscopum, sicut & cæteros omnes ad aggrauationem, & regrauationem censurarum, ac pœnarum secundùm suæ contumaciæ obstinationem. Et vt omnibus de hoc constaret, misimus præsentes scribere in forma prædicta, cùm prius sint signo nostro munita, & sigillata nostrorum stemmatum sigillo. Iosephus Ferreira Presbyter Notarius Apostolicus, & Actuarius Auditoris Regiæ Capellæ, sic iubente Illustrissimo Domino Episcopo Capellano Majori, decimoprimo die Februarij, anno millesimo sexcentesimo septuagesimotertio. Episcopus Capellanus Major.

8 *Omnibus justitiæ Officialibus, tam Sæcularibus, quàm Ecclesiasticis, vel alteri cuicunque personæ ad hæc requisita præcipimus sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, vt euellat qualiacunque scripta affixa ad eum finem, scilicet ne celebremus solenniter Baptismum filij Comitis de Ericeira contra jurisdictionem ad id nobis concessam, etsi sint scripta per Illustrissimum Dominum Archiepiscopum hujus Ciuitatis, vel per aliam quamcunque personam. Vlissipone die decimoprimo Febraarij, dicto anno 1673. Episcopus Capellanus Major.*

9 Cùm hoc peruenisset ad aures Illustrissimi Domini Archiepiscopi, jussit scribi literam pastoralem interdicti ab ingressu Ecclesiæ, cujus tenor idem est, qui sequitur. *Dominus Antonius de Mendoza, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Metropolitanus Archiepiscopus Vlissiponensis, à Consiliis Status Principis Domini mei, &c. Omnibus nobis subjectis Ecclesiasticis, ac Sæcularibus, Prioribus, Vicariis, Rectoribus, Coadjutoribus, cæterisque Parochis huius Ciuitatis, Clericis rem sacram celebrantibus, Notariis Apostolicis, Actuariis, aliisque justitiæ Officialibus, & personis tam Sæcularibus, quàm Regularibus, quibus hæc nostra Pastoralis Litera fuerit demonstrata, salutem, & in æternum pacem in Iesu Christo Saluatore nostro, omnium remedium, veraque salus. Certioramus, quoniam ad nostras aures peruenit, quod post publicatam vnam Pastoralem, per quam misimus, nullam personam Regularem, aut Sæcularem, cuiuscunque status, conditionisve præstare aliquo modo authoritatem in Baptismo solenni, quem cogitat administrare Illustrissimus Dominus Episcopus Capellanus Major in Ecclesia Annunciationis huius Ciuitatis, sine quo constaret de licentia nostra in scriptis data, aut legitimi Superioris; eodemque modo nullam personam cujuscunque qualitatis consentire, seu præcipere ejus natos Baptizari extra suam Ecclesiam Parochialem: & cùm dictæ chartæ obseruatio deficeret, Dominus Episcopus Capellanus Major cum injuria, & contemptu nostræ ordinariæ jurisdictionis edicta affigere jussit suâ propriâ manu signata, per quæ abrogat, & præcipit dictam nostram chartam euellere ex locis vbi affigebatur, se subscribens in serie talium Edictorum, & cum temerario ausu vsurpans, & nostram jurisdictionem præpediens; cùm tamen ad hoc nullâ licentiâ sit vallatus, nec etiam vllam apud nos exhiberet in scriptis concessam à legitimo Superiore, sicuti de jure requiritur: ex quibus omnibus resultat præjudicium jurisdictionis nostræ, & damnum animarum nostrarum Ouium. Cúmque liqueat per certiorationes Officialium scribentium in nostro Auditorio, aliquos audacter, & temerè discindere prædictas Pastorales, quæ præfixæ erant, percutientes Ecclesiasticas personas directas ad præfigendum, vetantesque talem executionem. Sed quia hanc temeritatem, seu quamcunque aliam intercipere tenemur pro defensione nostræ jurisdictionis, vtentes in huiusce casu ea nobis à jure concessa; quapropter præsentem misimus scribere declaratoriam in personam præfati Domini Episcopi Capellani Majoris, per quam eum declaramus (inspecta notorietate, quacum nostram jurisdictionem lædit, & obnubilat) incurrere pœnam sententiæ interdicti ab ingressu Ecclesiæ, in quam per præsentem eum implicamus, & declaramus incurrisse, & irrita dicimus, nullaque declaramus omnia Edicta, & progressionem per eum in hoc casu fulminatam. Eodemque modo præcipimus scribere hanc literam interdicti generalis, & specialis; & illius virtute, authoritate ordinaria, quâ in hanc partem vtimur, imponimus, & per hanc infixam dicimus sententiam interdicti generalis localis in tota hac Ciuitate, & illius Ecclesiis, Larariis, Sacellis, & Capellis; & interdictum speciale, &*

locale vnicuique dictarum Ecclesiarum, tam Regularium, quàm Sacularium, Lararijs, & Sacellis (excepta Regia Capella.) Sic etiam pracipimus Rectoribus, & Parochis supradictarum omnium Ecclesiarum, sub pœna excommunicationis majoris, vt affigant has nostras literas, mandentque executioni, & obseruent, dando etiam operam, vt inuiolabiliter seruentur in forma in eis contenta, veluti de iure tenentur; & nullatenus auellantur ex loco vbi prius fuerint affixa, sub pœna excommunicationis majoris lata sententia; & fixura mittent certiorationes. Data Vlissipone sub nostro signo, & sigillo, decimosecundo die mensis Februarij, millesimo sexcentesimo septuagesimo-tertio anno. Dominicus à Misquita Teixeira cubiculi Actuarius subscripsi. A. Archiepiscopus Vlissiponensis.

10 Et non obstante supradicto Edicto in jurisdictionis ordinariæ præjudicium, & contemptum Pontificalia exercens baptizauit. Hoc modo declarato, & obseruato interdicto, Dominus Episcopus Capellanus Major recognoscens eius vigorem, defectuque suæ jurisdictionis laborans, decimotertio die Februarij, post meridiem hora secunda constituit procuratorem Illustrissimum Henricum de Caraualho de Sousa, vt suo nomine appellaret præ Domino Archiepiscopo ab impositione interdicti in ejus odium, & totius Ciuitatis Vlissiponensis; & cum effectu fuit interposita appellatio in præsentia Circuitoris Legationis Emmanuelis Teixeira Sancta Cruz: sicque interposita misit Dominus Archiepiscopus per sententiam in scriptis datam actuari in forma solita, & fieri conclusionem ad deferendum: & post terminum duarum horarum, distante Domino Nuntio (ad quem fuit appellatio interposita) in villa juxta Monasterium Beatæ Mariæ Lucis, oblata fuit eius commissio appellationis ad Reuerendissimum Auditorem facta, ejusque virtute misit compulsoriam. Omnia sic perfecta fuere intra supradictum terminum duarum horarum, mirùm sanè ex nimia celeritate; & omnium copia transcripta ex Lusitana lingua sic se habet.

11 *Doctor Dominicus Tarruggius Auditor generalis Legationis, & Nuntiatura Apostolica, & per Illustrissimum, ac Reuerendissimum Dominum Franciscum Rauizza, Dei, sanctaque Sedis Apostolica gratiâ Archiepiscopum Sidoniensem eum potestate Legati à Latere, & in hisce Regnis, & Dominiis Portugallia Nuntium Apostolicum per Sanctitatem Papa Domini nostri Clementis decimi nunc in Ecclesia Dei Prasidis, Iudex commissarius negotij, & causa, de quibus infrà expressa, & explicata mentio facta erit. Omnibus personis siue Ecclesiasticis, siue Sacularibus, Sacerdotibus, & sacris Ordinibus decoratis, Notarijs Apostolicis, Actuarijs, Tabellionibus publicis huius Curia, vrbisque Vlissiponensis, & totius Archiepiscopatus, & alius cuiuscunque territorij supradictorum Regnorum, & Dominiorum Portugallia, eis omnibus quibus ha mea Litera Apostolica compulsoria, & citatoria in forma oblata fuerint, earumque robur ex meo decreto profluens requisitum fuerit, salutem, & pacem in aternum in Iesu Christo Domino nostro, omnium remedium & salus. Notitiam præsto, ad instantiam Illustrissimi ac Reuerendissimi Episcopi Capellani Majoris supplicationem mihi oblatum fuisse cum commissione ad finem ejus ab Illustrissimo Domino Nuntio emanata, & per eum pradictum Dominum signata, per quam mihi commisit in gradu appellationis causa cognitionem contentam, & explicatam in supradicta commissione, & supplicatione, ex quibus instanter fuit requisitus nomine, & instantiá prafati impetrantis, vt eam acceptarem, & me Iudicem dicerem Apostolicum ipsius, & eam debita executioni mandarem; & perspecta pradicta commissione, & requisitione, ego tanquam filius obediens mandatis Apostolicis eas accepi, & me publicaui Commissarium Iudicem Apostolicum in pradicta causa, & ex ea dependentibus, cum promissione vt in omnibus, & per omnia eam debita executioni mandem cum effectu, secundùm ipsius tenorem, & formam, cuius exemplum de verbo ad verbum id est, quod sequitur. Vlisbonensis Illustrissime ac Reuerendissime Domine, pro parte Reuerendissimi Episcopi Capellani Majoris Regia Capella Vlisbonensis exponitur Nominationi vestra Illustrissima, ac Reuerendissima, quod commissus ad effectum baptizandi filium Comitis de Ericeira vigore licentia pracedenter obtentu à Dominatione vestra Illustrissima, processerit ad quosdam actus jurisdictionales, annullando impedimenta à Reuerendissimo Archiepiscopo apposita, & alia fortè peragenda: at idem Reuerendissimus Archiepiscopus sub nullo & insubsistenti pratextu quod orator ad eius notitiam non deduxerit dictam licentiam, quam à Dominatione vestra Illustrissima reportauerat, & ex alioquin pratensis causis contra eundem oratorem protulit, & publicauit sententiam interdicti ab ingressu Ecclesia, prout etiam similis interdicti sententia generalis, localis, & specialis supposuit, & subiecit totam hanc Ciuitatem Vlisbonensem, omnesque illius Ecclesias Saculares, & Regulares, & Oratoria, & aliàs prout latiùs continetur in prafata sententia, seu sententiis, à qua, seu à quibus se*

sentiens

ſentiens multùm grauatum appellauit ad ſanctam Sedem. Supplicat igitur humiliter Dominationi veſtræ Illuſtriſſimæ, & Reuerendiſſimæ orator prædictus, quatenus dignetur cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum huiuſmodi nullitatis, & nullitatum, iniquitatis, & iniuſtitiæ aſſertorum, ſeu grauaminum quoque attentatorum, ac innouatorum quorumcunque, necnon & reſtitutionis in integrum, prout de iure, alicui probo, aut docto viro in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto audiendas, cognoſcendas, decidendas, ac fine debito vnà cum omnibus illarum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali pro iuſtitia ſummariè, & cum clauſula quam, & quas terminandas committere, & mandare cum poteſtate ad omnia, omneſque alios, etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis, & pecuniariis eius arbitrio applicandis, & moderandis, pœnis inhibendo contumaces, & rebelles illas incurriſſe Ord. S.Concil. Trid. ter declarans, aggrauans, & reaggrauans, & interdicens: Oratorem quoque à quibuſvis cenſuris ſimpliciter, ſeu ad cautelam, ſeu aliàs ad effectum agendi, prout iuris fuerit abſoluendo, ac ad omnia, & ſingula neceſſaria in integrum reſtituens, aliiſque facultatibus etiam vſque ad inuocationem auxilij brachij ſæcularis incluſiuè neceſſariis, & opportunis, præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque inſtruens. Audiat Auditor noſter, citet, & conſtito priùs de grauamine, inhibeat, abſoluat, ac prout de iure reſtituat, procedat vt petitur, & iuſtitiam faciat tam ſuper interdicto generali huius Ciuitatis, quàm particulari oratoris, cum facultate interim ſuſpendendi dicta interdicta ad tempus ſibi bene viſum, ad effectum agendi, maximè in iis diebus currentibus, in quibus fideles frui ſolent pluribus indulgentiis, & audire conciones, aliaſque deuotiones peragere in his dictis currentibus temporibus piè inſtitutis. Placet. Franciſcus. Datum Vliſſipone idibus Februarij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ decimi anno tertio. Pro omnibus taxat ducatos tres, & vig. duo. Item pro Officialibus 180. Sic itaque per me ſuſcepta commiſſione Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Domini Nuntij, vt dixi, fui inſtanter requiſitus nomine, & pro parte dicti impetrantis Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi Capellani Majoris, vt procederem ad debitam executionem ac effectum, mandando ſcribere Literam compulſoriam, & citatoriam ad Reuerendum Iudicem à quo, vt ad hoc meum Tribunal remittat acta cauſæ, de quibus in ſupradicta commiſſione mentionem facimus, vt ad id compulſetur, citatis partibus ad appellationis proſecutionem, formâ ſolitâ; inſpectoque ſuo edicto, & poſtulatione iuſta, iurique conſona, conceſſionem decreui prædictarum Literarum in forma petita: quapropter præſentem ſcribimus, per quam authoritate Apoſtolica mihi conceſſa, quâ in iſto caſu vtor, præcipio dictis Notariis, cæteriſque iuſtitiæ Officialibus, & perſonis retrò expreſſis, & vnicuique quis requiratur, vt perſonaliter, præcedente, & comitante omni obſequio, & ciuilitate debita Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Domino Archiepiſcopo Metropolitano huius Ciuitatis Vliſſiponenſis, & totius Archiepiſcopatus Iudici à quo, ex meo iuſſu ei notificent, ſicut & ego facio, ac admoneo virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna interdictorum ab ingreſſu Eccleſiæ, milleque aureorum admotorum per ſupradictum modum, vt termino trium dierum primùm ſequentium, quos ei do, & aſſigno pro tribus canonicis admonitionibus diuiſim, dignetur offerre, ac remittere ad hoc Tribunal Apoſtolicum Legationis omnia dicta cauſa acta, & quæ ex eis dependent, in eo ſtatu, & terminis, quibus fuerint in forma ſtyli: & eodem modo quibuſcunque aliis Iudicibus tam ordinariis, quàm extraordinariis, executoribus delegatis, & ſubdelegatis, vel quacunque alia iuriſdictione vtentibus, de ea cognoſcentibus, vel cognoſcere intendentibus omnibus notificent ex meo decreto, me eos admonere iubentem virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis maioris ipſo facto incurrenda, & trecentorum aureorum applicatorum per ſupradictum modum, vt ex intimatione, & notificatione huius meæ Apoſtolicæ Chartæ aduocatoriæ in ſuis perſonis intra tres dies primos ſequentes applicatos pro tribus canonicis admonitionibus diuiſim, remittant omnia acta in forma ſupradicta, vt eis inſpectis, auditiſque partibus poſſim pronuntiare ſuper grauamen, & incidens, de quibus appellatur, decretum, & ſententiam iuſtitiæ viſam, in forma conceſſionis ſuæ Illuſtriſſimæ Dominationis. Aliter ſic non ſeruando valdè integrè, vt dictum remanet, quod minimè ſperatur, incurſos iudicabo in prædicta excommunicatione, & pœna pecuniaria, & procedam contra vnumquemque contrarium facientem cum cæteris executiuis progreſſionibus in iure neceſſariis: & ad declarationem, aggrauationem, reaggrauationem, & condemnationem ſupraposita pœnæ pecuniariæ eos cito, voco, ac per has præſentes Literas citatos, ac vocatos dico: & Notario, ſeu Actuario ſub cuius poteſtate fuerint acta dictæ cauſæ, ſeu alia quæcumque ad eam ſpectantia iubeo ſub eiſdem pœnis ſupradictis, quod ex obſeruatione Reuerendi Iudicis à quo Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi,

&

& ex notificatione huius compulsoria in sua persona, adusque nouem dies primò sequentes, quos et in prædicta forma canonica assigno, det copiam illorum omnium, & apud me exhibeantur, vt dictum est, & cum effectu ea omnia compulset ad hoc meum iudicium in forma styli, soluto tamen iusto, & competenti salario, missâ sic copiâ optimo calamo scriptâ, & per personam aptam; dummodo in prædicta copia minimè transcribant has Literas, quas solùm transcribent in actis propriis, vt ex ea liqueat; propriam autem restituant Illustrissimo Domino Episcopo Capellano Majori impetranti, seu illius sufficienti procuratori, ad perficiendas cæteras necessarias diligentias; & supradicta acta in hac Curia tradantur Actuario istius subscriptori. Eadem etiam authoritate præcipio dictis Notariis, cæterisque iustitiæ Officialibus sub eisdemmet pœnis supradictis, & quingentorum aureorum, quod si hæc fuerit eis exhibita, nullatenus vnus pro aliis se excuset, vt dictum est; immò notificent sicut in ea continetur, Notario prædicto actorum circa tangentia illorum compulsoriam; sicque etiam pergat, & adueniat ad personam Reuerendi Promotoris huius Archiepiscopatus Vlissiponensis, & ad cæteras quoque personas pares in præfata causa, quarum nomina, & cognomina hic expressa, & declarata censeo, & existimo; & ad supplicationem Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Episcopi Capellani Majoris impetrantis ex præcepto meo eos citent, & in iudicium vocent in forma solita, vt ex citationis die vsque ad primos tres sequentes, per se, vel per legitimum procuratorem apud me compareant in hoc meo iudicio Apostolico, ad requirendum suam iustitiam in prædicta causa, de qua agitur, & ex ea dependentibus, emergentibus, in diebus audientiæ huius Tribunalis, quæ fieri solent in Palatiis habitationis Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Nuntij, vespertina hora tertia feria quarta, & Sabbati non feriatis: aliter enim non comparentes, vt dictum remanet, si constet de eorum citatione, in pœnam pertinaciæ tanquam citatos decernemus, ac omnes terminos, & acta iudicialia ad causam necessaria, atque ad videndos iurare testes, & audiendam sententiam diffinitiuam inclusiuè præfigemus, sic iustitiam partibus impartiendo, & administrando per viam meliùs consideratam: & si fortè acciderit, quod aliquis ex supradictis personis occultetur, discedat, suique copiam neget, hoc noto per summariam informationem duorum vel trium testium extraiudicialiter, in huiusmodi casu citationem perficiant in persona cuiusque familiaris domus suæ, vel vicini proximi, vnde possit peruenire ad eius notitiam, explicando citationis causam, iudicium, & diem apparitionis, singula minutim. Item certioramus Illustrissimum ac Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum, quod ad instantiam Illustrissimi Domini Episcopi Capellani Majoris fuit etiam mihi oblata postulatio, per quam supplicabat suspensionem interdicti huius Ciuitatis, & suamet personæ. Cùm itaque talem supplicationem præ oculis haberem, & præmeditarem, visâ formâ commissionis Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Nuntij mihi facultatem concedentis ad suspensionem, & eleuationem interdicti, mandaui scribere Literas fixatorias eleuationis prædicti interdicti per spatium quindecim dierum dumtaxat, ad effectum agendi cum reincidentia in forma præfatæ commissionis suprà insita, & ad cognitionem captandam supradicti negotij. Quapropter prædictus Illustrissimus, ac Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus annuet, & omnia explebit, & permittet obseruationem sub pœnis infrà impositis: omnium que certificationem scribant à dorso huius Literæ, quæ fidem faciat, ad procedendum in causa, prout est ius & iustitia. Datum in hac Curia Vlissiponensi, sub meo signo, & sigillo Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Nuntij apud me ministrantis, Februarij die decimotertio. Franciscus Maria Lamparelli publicus Notarius Apostolicus, Legationis Actuarius subscripsi. Dominicus Tarruggius Auditor. Sigilli locus† Ad signum 40. Ad sigillum suæ Illustrissimæ 40. Solut cum duplicata latinitate 400.

Decretum Reuerendi Auditoris prope signum suum scriptum Lusitano idiomate in compulsoria, est quod sequitur. *Decerno etiam quod si arduum fuerit, minimève poterit executor istius compulsoriæ introduci ad personam Illustrissimi Domini Archiepiscopi, notificet quemcunque familiarem seu vicinum, aut eam figat in ostio domorum sui habitaculi; quod sic perfectum, diligentiam, & notificationem benè & validè factam æstimabo: eodem etiam modo optimè factam iudicabo, si notificetur Reuerendo Vicario generali. Vlissipone, Februarij die decimotertio, anno millesimo sexcentesimo septuagesimotertio. D. T. Auditor.*

In hunc modum obseruato, & declarato interdicto, cùm Dominus Episcopus Capellanus Major recognosceret suæ iurisdictionis defectum, ad Reuerendum Auditorem recurrit, cui appellatio erat commissa, vt præciperet suspendere interdictum; prædictusque Dominus Auditor iussit scribere Literas supersessorias Lusitanâ linguâ sequentis tenoris. *Doctor Dominicus Tarruggius Auditor generalis Tribunalis Nuntiaturæ Apostolicæ, & per Illustrissimum & Reuerendissimum Dominum Franciscum* 12

cifcum Rauizza, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopum Sidonienſem, & noſtri Sanctiſſimi in Chriſto Patris Clementis per diuinam prouidentiam Papæ decimi Nuntium Apoſtolicum cum poteſtate Legati à Latere in hiſce Regnis, & Portugalliæ Dominiis, Iudex Commiſſarius, & Apoſtolicus negotij, & cauſæ, de quibus infrà fiet expreſſa & declarata mentio: Omnibus reuerendis Prioribus, Rectoribus, Vicariis, Parochis, Coadjutoribus, cæteriſque perſonis tam Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus, Regularibus, cuiuſcunque gradus, ſeu dignitatis, eodemque modo Chriſtianis Fidelibus cuiuſcunque ſexus, illis quibus hæ meæ Literæ Apoſtolicæ eleuationis interdicti generalis, localis, & ſpecialis impoſiti tam in perſona Illuſtriſſimi Capellani Majoris, quàm generaliter in Eccleſiis, Larariis, Sacellis huius Ciuitatis Vliſſiponenſis præſentatæ fuerint, eiuſve notitiam habuerint, ſalutem & pacem in perpetuum in Domino noſtro Deo, omnium verum remedium, & ſalus. Certitudinem præbeo, poſtulationem in ſcriptis mihi fuiſſe oblatam ad inſtantiam Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi Capellani Majoris, per eam manifeſtantis mihi fuiſſe commiſſam per Illuſtriſſimum Dominum Nuntium cognitionem appellationis interpoſitæ proceſſuum, & interdicti ſententiæ contra eum declaratæ per Illuſtriſſimum Dominum Archiepiſcopum Vliſſiponenſem imponentem interdictum in hanc vniuerſam Curiam; qua de cauſa Chriſtianos Fideles maxima vexatione delaſſabat, præſertim in præiudicium Quadrageſimæ, & tempore Iubilaeorum ſanctorum. Cúmque commiſſio mihi conceſſerat facultatem eleuandi prædictum interdictum ad tempus per me arbitratum, ſic in rebus tangentibus perſonam ſupplicantis, quàm totam hanc Curiam; ſic etiam quia id poſtulabat tempus ſancti Iubilæi, & introitus Quadrageſimæ, vnde per concluſionem ſuæ poſtulationis ſupplicabat mitti decreta neceſſaria ad eleuationem præfati interdicti, factâ gratiâ iuxta contenta in prædicta poſtulatione; quam cùm præ oculis haberem, & dictam commiſſionem reſpicerem, ad obſeruationem illius formæ meam ſententiam pronuntiaui dicentem, ſcribi literas eleuantes non ſolùm interdictum generale, & locale hanc Ciuitatem grauans, ſed etiam ſpeciale perſonæ Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi Oratoris inhærens, per ſpatium quindecim dierum, ad effectum agendi, & accipiendi cognitionem ſupradicti negotij, cum reincidentia in forma Apoſtolicæ commiſſionis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Nuntij. Vliſſipone decimotertio Februarij, anno 1673. Dominicus Tarruggius Auditor. Cuius decreti virtute & propria Apoſtolica authoritate mihi commiſſa, quâ in hanc partem vtor, per præſentem ſuſpendo, eleuatumque dico interdictum generale, locale, ſpeciale impoſitum Eccleſiis huius Ciuitatis Vliſſiponenſis, Larariis, Sacellis Sæcularibus, & Regularibus, perſonaque Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi Capellani Majoris per ſpatium quindecim dierum, ad effectum agendi cum reincidentia, ad capiendam cognitionem cauſæ, & negotij ſuprà relati. Sic & præcipio virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis majoris ipſo facto incurrendæ, & tercentorum aureorum admotorum ad diſpendia Tribunalis Legationis, omnibus ſupradictis perſonis ſuprà relatis, cuiuſcunque gradus, ordinis, dignitatis, & iuriſdictionis, vt habeant, & ſupponant prædictum interdictum ſuſpenſum durante quindecim dierum ſpatio, horumque initium cœpturum à die huius fixationis; aliàs contrarium operando in eos irruam cum comminatione pœnarum narratarum, cæterorumque iuris proceſſuum. Et vt ad omnium notitiam perueniat, hæc fixa maneat in oſtiis Eccleſiarum huius Ciuitatis; ex iis autem minimè auellere, aut ſcindere quiſquis audeat, cuiuſcunque ordinis ſit, ſub præfata excommunicationis pœna. Datum Vliſſipone, decimotertio die Februarij, anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimotertio. Franciſcus Maria Lamparelli ſubſcripſi. Ad ſignaturam 40. Ad ſigillum 40. Dominicus Tarruggius Auditor.

Sic infixis literis Reuerendi Auditoris, 13
propemodùm Illuſtriſſimus Dominus Archiepiſcopus Vliſſiponenſis iuſſit ſcribere Literam Paſtoralem Luſitano idiomate abrogatoriam in modum ſequentem. *Dominus Antonius de Mendoza, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Metropolitanus Archiepiſcopus Vliſſiponenſis, à Conſiliis Status Principis Domini mei, &c. Omnibus noſtris ſubditis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus cuiuſcunque qualitatis, gradus, ſeu ordinis, ſic etiam omnibus Prioribus, Vicariis, Parochis, Rectoribus, Coadjutoribus, Beneficiatis, & Capellanis Eccleſiarum huius Ciuitatis, Sacerdotibus, ſacriſque Ordinibus inſignitis, Notariis Apoſtolicis, Actuariis, cæteriſque iuſtitiæ Officialibus, quibus hæ noſtræ literæ exhibitæ fuerint, ſeu illarum notitiam habuerint, ſalutem & pacem in æternum in Ieſu Chriſto noſtro ſaluatore, verum omnium remedium, & ſalus. Notum facimus, quod cùm nobis conſtaret Dominum Epiſcopum Capellanum Majorem ſtudere exercitium functionum Pontificalium celebrare ad ſolenniter baptizandum, & extra Parochiam filium Comitis de Ericeira, in Ec-*

clesiæ Annunciationis in hoc Archiepiscopatu sita, & absque nostra in scriptis prolata licentia, nec alia quacunque legitimi Superioris nobis demonstratâ, vt validè hoc perficere posset; mandauimus vnam Pastoralem scribere vetantem præfato Domino Episcopo Capellano Majori similia peragere nobis non annuentibus; habens autem vllam licentiam, & facultatem, nobis eam ostenderet tanquam Ordinario huius Archiepiscopatus: & ad hunc effectum ei iussimus notificationem. Attamen in omnibus secus se gessit prædictus Dominus Episcopus, & per interpositionem potentium interclusit diligentiæ exactionem in sua persona, & consequenter ecclesiasticam personam diligentiam ministrantem me imperante malè receperunt auellendo aliquas Pastorales, & in hunc modum iurisdictionem nostram Ordinariam impedientes: & supra tantum modum creuit excessus, quod cum actu temerario iussit scripta perfigere in Ecclesiis, & locis publicis huius Ciuitatis contra nostram Pastoralem, sine vllo fundamento, seu iuris subsistentia; in quibus omnibus violauit, & perturbauit iurisdictionem huius Mitræ, cum delicto notorio, & iniuria. Quapropter cùm causæ sint admodum iustificata, & notoria, declaramus dominum Episcopum Capellanum Majorem incursum in interdicto ab ingressu Ecclesiæ: & vt violata Ecclesia ex vsurpatione, & perturbatione suæ iurisdictionis dignum dolorem præbeat ac detegat, mandauimus diuulgare interdictum speciale, locale in omnibus Ecclesiis, Sacellis, Larariis huius Ciuitatis (excepta Regia Capella) quod omne decimosecundo die præsentis Februarij actum est, & existit in sua viridi obseruantia. His attamen prædictus Dominus Episcopus minimè obtemperauit, immò potius indurato animo contumaciam prosecutus est Baptismum celebrando aduersùs nostram prohibitionem, & interdictum, per quod eum declaratum dicebam. Rebus sic stantibus, nunc ad nostram peruenit notitiam, Reuerendum Auditorem Legationis hodierna die præcipere publicationem, & fixationem nonnullarum literarum suspensionis interdicti à nobis impositi, tam in personam Domini Episcopi Capellani Majoris, quàm in Ecclesias huius Ciuitatis: quod nullatenus prætermittere possumus, sed abominari, quia vnde expectabatur obseruantia Sacrorum Canonum, & Ecclesiasticæ Iurisdictionis, inde oritur eius perturbatio, & violatio. Et ratio est, quia nostrorum processuum minimè acta aliqua vsque adhuc fuerunt expedita ad iudicium Legationis: quâ de causa Reuerendus Auditor non poterat cognitionem assumere interdicti per Ordinarium impositi in prima instantia, antequam acta reuideret cum citatione partium; quod nunquam præcessit, iuxta definitionem Pontificis Pij quarti in cap. Romana, §. Sententias, de appellat. lib. 6. Quod Illustrissimus Dominus Nuntius alterare non potest iuxta decretum Sacri Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 7. Quare cùm supradictæ literæ suspensionis interdicti sint scriptæ nulliter de facto, & ex abrupto, contra iuris formam, perturbantes, & impedientes legitimam sententiæ executionem Ordinarij in prima instantia prolatæ, priusquàm in iudicio appellationis agnitio desumeretur, ex quo defectu Reuerendus Auditor carebat iurisdictione ad scribendam prædictam literam; & multò fortiùs cùm in commissione inesset clausula, Constito priùs de grauamine; quia etiam res erat per suos prædecessores minimè in hoc Regno solita, ad obuiandum nimium contemptum, & dedecus censurarum Ecclesiasticarum, & pacis Reipublicæ perturbationem per contrarium impactam cum damno maximo, & præiudicio Fidelium Christianorum, & quia nostri muneris est cauere ne exequantur mandata, & procedimenta nulla defectu iurisdictionis in hoc nostro Archiepiscopatu, immunesque reddere nostrarum ouium animas nobis iniunctas; per præsentem nostram Pastoralem ordinaria authoritate, quâ hîc vtimur, irritam diuulgamus præpositam literam suspensionis interdicti, & nullum eius esse robur, & vigorem, tam in iudicio, quàm extraiudicialiter, & sub pœna excommunicationis majoris ipso facto incurrendæ præcipimus omnibus personis Regularibus, & Sæcularibus cuiuscumque qualitatis, & conditionis in hoc nostro Archiepiscopatu, ne obseruent prædictam literam suspensionis interdictorum, tanquam irritam per nos declaratam; immò potiùs nostrum interdictum seruent, & obseruent cum rigore in eo declarato, sicuti de iure tenentur. Et vt omnium notitia capietur, & nullatenus ignorantiâ se iuuare queant, mandauimus præsentem scribere ad figendum in ostiis Ecclesiarum huius Ciuitatis, vnde euellere minimè quisquis audeat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Datum Vlissipone, sub nostro signo & sigillo, Februarij die decimotertio, anno millesimo sexcentesimo septuagesimotertio. Dominicus à Misquita Teixeira cubiculi Actuarius subscripsi. A. Archiepiscopus Vlissiponensis. Sigilli locus †

Sic perfixis prædictis Literis Pastoralibus suæ Illustrissimæ, præfatus Reuerendus Auditor aliam eas annullantem præcepit scribere Lusitano idiomate, cuius copia talis est. *Doctor Dominicus Tarruggius Auditor generalis Legationis Apostolicæ Nuntiaturæ, & per Illustrissimum ac Reuerendissimum*

mum

mum Dominum Franciscum Ranizzam, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopum Sidoniensem, Sanctissimi in Christo Patris Clementis decimi Domini nostri, nunc in Ecclesia Dei Præsidis Nuntium Apostolicum cum potestate Legati à Latere in hisce Regnis, & Dominiis Lusitanicis, Iudex commissarius negotij, & causæ infrà scripta, &c. Certum facio Illustrissimum ac Reuerendissimum Dominum Nuntium nobis direxisse commissionem in gradum appellationis, & in secundam instantiam cognitionis causæ circa interdictum generale, speciale, & locale per Illustrissimum Dominum Archiepiscopum Vlissiponensem impositum in hanc Curiam, & in personam Illustrissimi Domini Episcopi Capellani Majoris: sed quia delegatio Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Nuntij communicabat facultatem ad decernendam interdicti suspensionem pro quindecim dierum spatio (prout decretaui) ad effectum agendi cum reincidentia; & quia secundùm ius actis mihi opus non erat ad prædictam suspensionem, sic etiam perpensâ maximâ vexatione, quacum hac Curia fatigabatur, Christianique Fideles; nunc ad meam notitiam peruenit, prædictum Illustrissimum Dominum Archiepiscopum diuulgasse Literas Pastorales nostras annullantes: quod per me bene visum, maximaque ponderatione animo lustratum, tenore præsentium authoritate Apostolica mihi concessa, quâ hic vtor, abrogo, & abrogatam dico sine vllo robore, aut vigore prædictam chartam pastoralem annullatoriam, ac si non esset, cæteraque scripta, aut procedimenta per præfatum Archiepiscopum expedita: & præcipio sub pœna excommunicationis Majoris ipso facto incurrenda, & quingentorum aureorum destinatorum ad Legationis dispendia, omnibus Prioribus, Parochis, Coadjutoribus, cæterisque personis, vel sæcularibus, vel regularibus, & cuiuscunque sexus, & iurisdictionis, vt teneant, & seruent, ne studeant vt incorruptè progrediatur nostrarum literarum executio interdictum eleuantium per spatium quindecim dierum, veluti in eis continetur: caret namque vlla subsistentia desumptum fundamentum per Illustrissimum ac Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum dicentem Illustrissimum ac Reuerendissimum Dominum Nuntium concitasse, læsionemque inferre dispositioni textus in cap. Romana. §. Sententias, *de appel. in 6. scripti per sanctæ memoriæ Innocentium IV. mihi concedendo facultatem suspendendi interdictum pro quindecim dierum spatio, ad effectum agendi, & ad assignandum terminum consentaneum ad compulsanda acta ad hoc meum Tribunal, cognitionemque assumendam intentati grauaminis: prædictus namque textus Innocentij IV. in hæc tantummodò verba prorumpit.* Sententias quoque interdicti, vel suspensionis, seu excommunicationis in appellantem ab eo, à quo appellatum proponitur promulgatas, nullatenus nisi vocatis partibus de appellatione legitimè cognita reuocent, aut denuntient esse nullas, &c. *Quod nec per me, nec etiam per Reuerendissimum Dominum Nuntium perpetratum fuit: hactenus enim nec fuit antiquatum, nec reuocatum interdictum Illustrissimi Domini Archiepiscopi, sed solùmmodò tantùm concessa vna limitata supersessoria, seu suspensio ad tempus quindecim dierum: quod omnibus Apostolicis Iudicibus liberum est, adhuc ante inhibitionem Iudicis à quo, & priusquam remittantur acta ad suam potestatem, iuxta meliorem, & communiorem Doctorum sententiam, & opinionem sic practicatam in supremis Tribunalibus, & per Rotam Romanam approbatam, quam Ecclesiastici debent plurimi facere, vt latè declarat, & explicat Salgado de Reg. protect. p. 2. cap. 10. à num. 29. vsque ad 34. & meliùs num. 47. & 48. vbi refert ad satietatem concordantes. Idque optima cum ratione facere potest ille, cui in commissione Illustrissimi Domini Nuntij specialiter concessa est hæc facultas. Vltra etiam hæc iura notoria Illustrissimo ac Reuerendissimo Domino Archiepiscopo defuit apertus defectus iurisdictionis; non enim ei subiacent meæ sententiæ solummodò renouandæ per Illustrissimum ac Reuerendissimum Dominum Nuntium nostrum superiorem. Quamobrem maximum stuporem induit, quod Illustrissimus Dominus Archiepiscopus tantis Literis præditus, & caput tantorum Ecclesiasticorum nullas ac irritas dixerit nostras Literas interdictum suspendentes. Itaque præcipimus omnibus Religiosis, & Monialibus, Regularibus, & Sæcularibus in prædicta forma, videlicet Regularibus sub pœna excommunicationis majoris ipso facto incurrenda, priuationisque actiuæ, & passiuæ vocis per triennij spatium, & pœna pecuniaria, cæterarumque pœnarum ad arbitrium Illustrissimi Domini Nuntij, vt seruent, & obseruent præfatam chartam suspensionis interdicti, & nullius sint apud eos momenti procedimenta, & annullatoria prædicti Illustrissimi Domini Archiepiscopi; tanquam scripta per personas iurisdictione mendosas: & ideo eadem authoritate præcipio sub prædictis pœnis quingentorum aureorum per supradictum modum applicatorum, omnibus Clericis rem sacram celebrantibus, Notariis Apostolicis, cæterisque Officialibus, & personis, vt hanc notificent, ac legant omnibus eos requirentibus, eamque affigant in ostiis Ecclesiarum huius Ciuitatis,*

 B 2 ex

ex quibus minimè eripiatur sub eadem excommunicationis pœna. Datum in hac Curia, & Ciuitate Vlissiponensi, sub meo signo, & sigillo Illustrissimi Domini Nuntij. Februarij die decimoquarto, millesimo sexcentesimo septuagesimotertio anno. Iosephus Lamparelli, per commissionem Domini Auditoris, in absentia Francisci Mariæ Lamparelli scripsi. Dominicus Tarruggius Auditor. Sigilli locus †

15 Postquam hæ literæ Reuerendi Auditoris fuerunt perfixæ in aliquibus Ecclesiis, vnde multi populares euellebant, cùm de eis constaret Illustrissimo Domino Archiepiscopo, iussit scribi Pastoralem secundam Lusitano idiomate prædicto Reuerendo Auditori, & est sequens. *Dominus Antonius de Mendoza, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Metropolitanus Archiepiscopus Vlissiponensis, à Consiliis Status Principis Domini mei, &c. Omnibus nostris subditis Ecclesiasticis, & Sæcularibus, cuiuscunque qualitatis, conditionisve fuerint; sic etiam omnibus reuerendis Prioribus, Parochis, Vicariis, Rectoribus, Coadjutoribus, Sacerdotibus, & Clericis sacrorum Ordinum, Notariis Apostolicis, Actuariis, cæterisque justitiæ Officialibus, seu personis Regularibus, & Sacularibus, quibus hæ nostræ Literæ Pastorales fuerint exhibitæ, seu illarum notitiam habuerint, salutem, & in æternum pacem in Iesu Christo Saluatore nostro, omnium remedium, & salus. Notum facimus, per nos fuisse publicatam literam interdicti ab ingressu Ecclesiæ in personam Domini Episcopi Capellani Majoris, & generalem in totam hanc Ciuitatem; speciale, & locale in omnibus illius Ecclesiis, Lararis, & Sacellis, exceptâ Regiâ Capellâ, vrgentibus de causis stimulatos, ad idque excitatos ex apertis in prædicta Litera: & adueniente decimotertio die huius mensis Februarij se intromisit Reuerendus Auditor Legationis ad scribendam nonnullam chartam suspensionis censurarum pro quindecim dierum spatio, nisus in appellatione vespere diei antecedentis interposita, de qua Iudex constitutus erat, omnia sine vlla iurisdictione: nam cùm causa fuisset ei commissa cum clausula,* Constito priùs de grauamine, *ipsemet Auditor nec adhuc compulsauerat, nec perspexerat acta in suo iudicio, cum citatione partium, quibus deficientibus, ei non licebat absoluere, seu suspendere interdictum, nec ad breue spatium per nos promulgatum: quare est in sua viridi obseruantia in prædicta instantia. Qua de causa nos tanquam Ordinarius huius Archiepiscopatus, nixi in Iuris Canonici dispositione, & sacri Concilij Tridentini, ex facultate nobis competenti nullam diximus præfatam literam censuras suspendentem, & præcepimus seruari interdictum inuiolabiliter, sicuti in eis apertum erat. Nunc attamen ad nostram notitiam peruenit, prædictum Reuerendum Auditorem prosecutum fuisse suum excessum, scripsisseque secundas Literas nostras annullantes, ac mandasse perfici notificationes ad eas obseruandas Literas, nostras autem irritandas, sic interpretato capite* Romana, §. Sententias, *de appellat. in 6. nixum etiam in authoritate Salgad. quem tam Roma, quàm in suo Tribunali damnare, & improbare solent; sicuti etiam in quibusdam Rota decisionibus per eundem relatis. Ob quæ omnia per nos visa, & perpensa, ac animaduersa per doctissimos viros, deliberauimus prædictam chartam in iure subsistentiam habere non posse, nec ei attendi debere, vt per eundem Salgad. in contrarium allegatum conuincitur: fatetur namque communem opinionem esse indubiam, ad non scribendas similes supersessorias secundum iura, & quod in Rota, & Castella introducitur per Apostolicos Iudices stylus, iure tamen repugnante: quod locum non habet in hisce Regnis, in quibus adest in contrarium consuetudo, vbi Ius Canonicum obseruari debet, iuxta quod (annuente prædicto Doctore p.2. cap.5. num.109. & 110.) solida est iuris opinio, per verbum* Nullatenus, *inclusum in* §. Sententias, *non admitti huiusmodi affectatam interpretationem à contrario adductam, sic insinuante Concil. Trid. sess.24. cap.20. vers.* Legati, *& sess.13. de reformat. cap.3. Sic etiam decernere Sacram Congregationem, relationem faciente sanctæ memoriæ Clemente VIII. testatur Salgad. p.2. cap.1. num.247. ad fin. Themud. Barbos. & alij quamplurimi Doctores; dictante etiam expressione Eminentissimorum Cardinalium, eam amplecti debemus, non verò Rotam nixam in stylo Romano, cui in his partibus locus non est: præterquàm quod extra terminos quæstionis est; suspensio enim non operatur progressus, nos attamen in posterum non processimus: sed id non continetur, nec comprehenditur in suspensione prædicti interdicti. Quibus omnibus per nos perusis, & æstimatis manifestè colligitur, Reuerendum Auditorem procedere de facto, & ex abrupto, cum manifesta nullitate in conatu suspensionis interdicti nostri: & tametsi eius superior ordinarius non simus, attamen cùm sit Iudex Apostolicus, & procuret exercere iurisdictionem in hoc Archiepiscopatu, ei adhuc non competentem, ad nos pertinet cognitio, & declaratio nullitatis procedimentorum. Quapropter authoritate ordinaria, quâ hîc vtimur, nullam dicimus prædictam chartam Reuerendi Auditoris, & prædictum nostrum interdictum debere seruari inuiolabiliter. Et vt à subditis nostris hoc modo intelligatur, mandauimus præsentem scribere perfigendam*

gendam per loca publica, & Ecclesias huius Ciuitatis, vnde nullatenus euellatur, sub prædicta pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ. Data Vlissipone sub nostro signo, & sigillo, decimoquarto die Februarij, anno 1673. Dominicus à Misquita Teixeira cubiculi Actuarius subscripsi. A. Archiepiscopus Vlissiponensis. Sigilli locus †

16 Sic persistente interdicto, eiusque circunstantiis, populari excessu, ouium amore, cùm agnosceret Illustrissimus Dominus Episcopus Capellanus Major assidere in aliena diœcesi, in scriptis manu propria signatis absolutionem censurarum implorauit, petiuitque indulgentiam perpetrati erroris: quod etiam magna contentione recommendauit (cùm iam ordinaria iurisdictio Domini Archiepiscopi recognita fuisset, & illæsa remaneret) Serenissimus Princeps Dominus noster Petrus, quem Deus seruet, excitatus zelo, & Christiana pietate, vt suescit, per rescriptum datum die decimaquarta Cinerum. Ex his rationibus, & causis Illustrissimus Dominus Archiepiscopus concessit absolutionem interdicti per Literas Pastorales tenoris sequentis.

17 *Dominus Antonius de Mendoza, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Metropolitanus Archiepiscopus Vlissiponensis, à Consiliis Status Principis Domini mei, &c. Omnibus nostris subditis, Prioribus, Vicariis, Parochis, Rectoribus huius Ciuitatis, fidelibusque Christianis, quibus hæ nostræ Literæ Pastorales interdictum absoluentes oblatæ fuerint, salutem & pacem in æternum in Iesu Christo Saluatore nostro, omnium remedium, & salus. Certioramus per nos fuisse diuulgata interdicta ab ingressu Ecclesiæ in personam Domini Episcopi Capellani Majoris, ac generalia in vniuersam hanc Ciuitatem, speciale, & locale in Ecclesiis, Sacellis, Larariis (immuni Regiâ Capellâ) quibus de causis & rationibus, de quibus latissimè in prædictis Literis tractauimus. Et quia cessauit causa, ex qua prædictas censuras fulminauimus, & iurisdictio nostra Mitræ remanet illæsa, per recognitionem nempe satisfactam, attendentes etiam bonis spiritualibus animarum nostrorum subditorum, vt tenemur, ex his, & aliis rationibus benè ponderatis iussimus scribere Literas ab interdicto absoluentes: qua de causa hæc præsens fuit scripta, per quam authoritate ordinaria tollimus, ablatumque dicimus prædictum interdictum, cæterasque censuras per nos impositas. Sic quoque præstamus licentiam Confessoribus per nos approbatis, & quibus fuit concessa potestas ad audiendas detectas animæ plagas, vt in foro interno absoluere possint quascunque personas incurrentes aliquas iuris censuras præfati interdicti causâ. Et vt à Fidelibus sic intelligatur, præcipimus præsentem scribere, vt seruetur pro forma in ea contenta, & affigatur in Ecclesiis huius Ciuitatis, locisque publicis. Data Vlissipone, sub nostro signo, & sigillo, decimoquinto die Februarij, anno 1673. Dominicus à Misquita Teixeira cubiculi Actuarius subscripsi. A. Archiepiscopus Vlissiponensis. Sigilli locus* †

Sublato quę interdicto cessauit controuersia processionum contrariarum, & iustificatæ fuerunt processiones Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Vlissiponensis; quod meliùs ex dicendis apparebit, de quo etiam agemus in libri fine Lusitano idiomate, in quo fuere promulgata edicta, quorum tenor transcribitur Latinis verbis, vt meliùs ab exteris intelligeretur. 18

CAPVT II.

De institutione, & origine Ecclesiarum, & Archiepiscopatuum, ac Episcopatuum Regni Portugalliæ; & quanti sint.

SVMMARIVM.

1 *Christus qua de causa Apostolos nominauit.*
2 *Ecclesiæ fundamenta vbi inceperunt*, & num. 3.
4 *Ecclesia post mortem Saluatoris ab Apostolis & Discipulis fidem accepit.*
5 *Ecclesiæ radices in cælo sunt.*
6 *Ecclesiam per Apostolos rexit Christus.*
7 *Sanctus Petrus Apostolici ordinis Caput, & fuit Episcopus; & an solùm*, & n. 8. 9. 10. & 11.
12 *Apostoli omnes parem cum Sancto Petro acceperunt potestatem.*
13 *An immediatè à Christo Episcopalis ordo fuerit institutus.*
14 *Sola sancti Petri ordinatio fuit perpetua; cæterorum verò temporalis, & omnes Beato Petro Apostolo subiecti fuerunt.*
15 *Sanctus Petrus Episcopatus diuisit, & quomodo*, & n. 16. 17. & 18.
19 *Apostoli quas potestates acceperint.*
20 *Presbyteri quando cœperunt Episcopis subjici*, & num. 21.
22 *Diœceses quando assignatæ sunt.*
23 *Refertur diuisio Archiepiscopatuum ac Episcopatuum Regni.*

24 *Quare diuisio, & distinctio Episcopatuum fuerit facta*, & num. 25. & 26.

1 SVMMVS ille Pontifex Christus Dominus noster, à quo bona cuncta procedunt, reparationi nostræ salutis valdè peruigilans, post Incarnationis suæ mysterium, & post suæ vitæ cursum, in quo tot opera ad nostram redemptionem fecit, totque miracula operatus est, duodecim Discipulos elegit, quos & Apostolos nominauit, quibus gregem ad spiritualiter pascendum traderet, quibus etiam mediantibus Ecclesiam suam sponsam, pulchram, & speciosam plantaret, illisque Spiritu sancto repletis plenitudinem gratiæ donauit, non solùm vt sibi proficerent, sed etiam vt suum gregem tuendum, & conseruandum curarent, & in Sanctæ Ecclesiæ ouile omnium animos, & mentes per totum mundum aberrantes introducerent in vnitate fidei, & in vnitate Ecclesiæ, teste Cypriano Carthag. *lib.* 4. *epistol.* 2. quæ est ad Antoniam, *non longè à fine.* Et cùm sit à Christo vna Ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa; ita Episcopatus vnus est Episcoporum omnium concordi numerositate diffusus, *cap. Nouatianus, de summa Trinitate, cap. Loquitur*, 24. *quæst.* 1. Loter. *de re beneficiar. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. Tusc. *lit. E, conclus.* 3. *n.* 8. de quo vide plures apud Bursat. *consil.* 125. *n.* 51. & Corona *de potest. Episcop. tract.* 1. *c.* 1. *& seqq.* Villaroël. *tract. Gouterno Ecclesiast. y pacific. p.* 1. *art.* 1. *&* 2. August. Barb. *de potest. Episcop. alleg.* 1.

2 Fundamentum Ecclesiæ, eiusque origo ab initio humani generis, & ab ipsa constitutione mundi fuit, ex sententia Orig. Adamantij *tom.* 2. *in Cant.* qui non solùm obseruat hanc antiquitatem, verùm etiam altiùs mysterij huius originem repetit ante constitutionem mundi, *ad Ephes.* 1. ibi: *Sicut elegit in Christo ante constitutionem mundi, vt essemus sancti, & immaculati coram ipso in charitate, prædestinans nos in adoptionem filiorum.* Quibus etiam additur illud Psalmi 13. *Memento congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.* Itaque alij ab Angelis, alij ab initio plasmationis Adæ, alij ab Apostolis eius originem hauriunt. Qua ratione sanctus Bernardus *super Cantic. cap.* 27. dicit, quod cùm haberet Deus sponsam inhærentem sibi à principio multitudinem Angelorum, placuit ex hominibus conuocare Ecclesiam, atque vniri illi quæ de Cælo est, vt sit vna sponsa, & vnus sponsus: & ab eo principium ducere Militantem Ecclesiam post D. Bernardum, & alios tenet Isidorus Mosconis *de majestat. Militant. Eccles. in prælud. fol.* 4. *versic. Origo autem.* Quod ad concordiam potest reduci iuxta Ecclesiæ ætates, de quibus eruditè Rodulphus Cupers. *in repet. text. in Can. Oportebat*, & sequitur textus ibi: *Ecclesia, art.* 3. *Ecclesia connumerantur ætates, per totum fol.* 116.

Ex iis etiam prima Ecclesiæ fundamenta fuere statim ab initio posita, vnde Apostolus dicit: *Non solùm Apostolorum, & Prophetarum.* Primus enim ex his Prophetis fuit Adam, noster primus parens, qui magnum mysterium prophetans in Christo, & in Ecclesia, dicit *Genes.* 2. *cap. Propter hanc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Quod de Christo, & Ecclesia intelligendum esse notauit Orig. *loco superiùs citato.* Licèt veriùs credam ab Abel originem sumpsisse Ecclesiam illam, iuxta Diui Gregorij mentem apud Matthæum; nam cùm ipse fuerit primus, qui obtulit sacrificia, ait Gregor. *Habet vineam vniuersalem, scilicet Ecclesiam, quæ ab Abel iusto vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi venturus est, quot Sanctos protulit, quasi tot palmites misit.* Cui Diuus Augustinus adstipulatur *super Psalm.* 36. dicens ex ea ratione, quia Abel fuit Martyr; & congruit fundamento Ecclesiæ, quæ in sanguine iusti consecratur, de quo vide plura apud Mosco suprà, & Frances. *de Eccles. Cathed. cap.* 1. qui ita refert *n.* 4. 3

Post mortem Saluatoris nostri Ecclesia per vniuersum orbem terrarum vsque in vltimos fines dispersa ab Apostolis, & eorum discipulis fidem accepit, ex Epiphanio & Cyprian. *lib.* 1. *cont. hæreses, tom.* 2. *hæresi* 31. *contra Valentinianos.* 4

Huius autem Ecclesiæ radices in Cælo esse, nemo est qui nesciat, ex D. Ioan. Chrysost. *hom.* 4. *de ver. Eccles.* quas in vnitate fidei consistere certissimum est, vt traditur in Conc. gener. Later. sub Innoc. III. *cap.* 1. & Concil. Senonensi sub Anton. à Prato. 5

Ecclesiam verò, vt diximus, per suos Apostolos regendam curauit Christus Dominus; ideoque Episcopos posuit, ex Paul. *ad Ephes.* 4. *&* 1. *ad Cor. cap.* 12. dicente, *Posuisse Christum in Ecclesia Pastores, idest Episcopos.* Et *Act.* 20. ibi: *Posuit vos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam.* Card. Bellarm. *lib.* 4. *de Rom. Pont. cap.* 2. Suar. *tom.* 4. *de pænit. p.* 2. *disp.* 25. *sect.* 1. *à num.* 6. *&* 7. & tradunt DD. cùm de Ordine pertractant, teste Suar. *vbi proximè, n.* 4. optimè Villarroël. *vbi suprà, art.* 1. 6

Ex

7 Ex Apoſtolis verò Petrum ad Eccle-
ſiaſticam gubernationem, & Monarchiæ
Euangelicæ perfectionem caput inſtituit,
& Principem effecit: nam illi ſoli dictum
eſt: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædi-*
8 *ficabo Eccleſiam meam.* Ob quam rationem
exiſtimauit Lancelottus Conradus *in tem-*
plo omnium Iudicum, lib.2.cap.5.num.3. quod
9 ſolus Petrus fuit factus Epiſcopus à Chri-
ſto ante Aſcenſionem; & Petrum ſolum
creaſſe Epiſcopum Ioannem, deinde Pe-
trum cum Ioanne iam Epiſcopo conſe-
10 crato Iacobum Zebedei Epiſcopum con-
ſtituiſſe: de quo eſt textus *in cap. Porrò, 66.*
diſtinct. cui addendus eſt latè Rodul-
phus Cuperſ. *in repet. text. in can. Oporte-*
bat, 79. diſt. §. Sequitur textus ibi: Presbyte-
rus, art.1. Differentia etiam in primitiua Ec-
cleſia fuit inter Epiſcopos, & Presbyteros,
fol.260. per totum, & art. 5. de origine iu-
riſdictionis, quâ Epiſcopi funguntur, num 29.
fol. 279. latè Dian. *reſol. mor. p.12. tract. 1.*
11 *reſol.* 80. Promiſſio autem illa à Domino
ante paſſionem Petro facta per dicta ver-
ba: *Tu es Petrus, & ſuper, &c.* poſt reſur-
rectionem robur accepit, dicente ipſo:
Paſce oues meas, cap. Fidelior, cap. Conſide-
randum, 5. diſt. & ita conciliatur in textu
in can. In nouo, 21. diſt. & videre eſt per ea,
quæ tradit Cuperſ. ſtatim citandus, *n. 12.*
& 13. omiſſis pluribus, quæ congerit Al-
cedo contrarium ſentiens *in prax. de præ-*
cellent. Epiſc. dignit. cap. 1. vbi curioſè ex-
cogitat, & plures rationes adducit, quare
Chriſtus Dominus per ſe, non per Apo-
ſtolos ſuos dum viueret, Eccleſiam gu-
bernauerit. Michaël de Aninon. & Blaſ.
Nauar. quos ſequitur Dion. Pau. *de vera*
quatuor Sedium Patriarch. erectione, cap.17.
num. 29. Barb. *in collect. ad text. in cap. In*
nouo, 21. diſtinct. num fin. de quo vide do-
ctiſſimè Rodulphum Cuperſ. *in repet. in*
cap. Oportebat, §. Sequitur textus ibi, verb.
Petro, art.3. per totum, de tempore, quo Pe-
trus Pontificatum ſuſcepit, fol.132.

12 Et licèt ſanctos omnes Apoſtolos à
Chriſto Domino Epiſcopos eſſe ordina-
tos valdè controuerſum ſit (de quo latè
Diana *d. reſolut.* 80.) & parem cum Petro
accepiſſe poteſtatem, ex Math. *vltimo cap.*
ibi: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in*
terra. Euntes ergo docete omnes gentes. Marc.
etiam *cap. vltim.* ibi: *Euntes in vniuerſum*
mundum; & immediatè ab eo accepiſſe po-
13 teſtatem, *cap. In nouo, 21. diſt.* & conſtat
ex traditis à Card. Bellarm. *de Rom. Pont.*
cap.23. iuncto Victoria *relect. 2. ſect.2. q.2.*
num. 9. Loter. *de re beneficiar. lib. 1. cap.10.*
num. 5. contra Turrecrem. *lib. 2. de poteſt.*
Eccleſ. cap.54. Iacobat. *de Conc. lib. 10. art.7.*
Barboſ. *in Paſtor. tit. 1. quaſi per totum,* &
præcipuè *num. 33.* & *in collect. ad text. in*
d. cap. In nouo: non tamen ſatis conſtat
quando Epiſcopalis ordo à Chriſto Do-
mino inſtitutus fuerit: de quo vide plura
apud Dianam *d.p.12. tract.1. reſol.* 80.

Tamen ſola Petri ordinatio fuit peren- 14
nis; cæterorum verò quatenus fuit vni-
uerſalis, remanſit temporaria, & omnes
B. Petro Apoſtolo ſubiecti erant, & eo-
rum iuriſdictio Petri authoritati ſubordi-
nata, vt multis explicat Victoria *d. ſect.2.*
à num.10. & probat textus *in d. can. In no-*
uo, 21. diſtinct. ibi: *Ipſumque Principem eſſe*
voluerunt, vt notauit Barb. *ibi num.2.* Cu-
perſ. *d. art.4. num.36. fol.140.* latè Guttier-
rez *canon. quæſtion. lib.1. cap.27. ex num.10.* &
de hoc puncto ita ſenſerunt Patres Conci-
lij Tridentini: de quo latè videndus Sfor-
tia Palauicinus *in hiſtoria Concilij Tridenti-*
ni, lib.3. cap.7. quem omninò videas. Idem- 15
que B. Petrus Epiſcopatus diuiſit, eoſque
diſtribuit: quod quomodo feciſſet, &
quibus donaſſet, tradit Bozius *de ſig. Ec-*
cleſ. ſign.6. in princip. fol 122. in 1. impreſ-
ſione; immò etiam Cathedralium Eccle-
ſiarum diuiſionem de tempore Tertulliani
refert *ſign.80. cap.4. fol.245* Quod de vo- 16
luntate acceptante ſuperioritatem & po-
teſtatem à Chriſto Domino B.Petro dele-
gatam, non verò de voluntate antece-
dente ſeu cauſante intelligendum eſt, ne
in errorem incidamus, ex latè traditis à
Turrecrem. *de poteſt. Eccl. lib.2. cap.40.* Vi-
dendus Barb. *in collect. ad text. in can. Sa-*
croſancta, diſt. 22. ex num.2. Itaque licèt il- 17
lis decedentibus in ipſorum locum reman-
ſerint Epiſcopi, iuxta illud Pſalmi 44. *Pro*
patribus tuis nati ſunt tibi filij; & refertur
in d. can. In nouo; tamen non ſucceſſerunt
vniuerſaliter, prout illi fuerant conſtituti;
ſed particulariter, prout particulares ſin-
gulis attributæ erant Ciuitates, & Diœce-
ſes per ipſum Petrum, vt eleganter ob-
ſeruat Suar. *de defenſ. fidei Cathol. lib. 4.*
cap.10. num.6. niſi dicas parem poteſtatem 18
habuiſſe omnes in ordine, & dignitate
conſecrationis, non verò in adminiſtra-
tionis plenitudine, ex textu ſic interpre-
tando *in cap. Loquitur, 24. quæſt.1.* Cuperſ.
§. Sequitur modò textus ibi, in huius diſtinctio-
nis, &c. in art.3 num. 3. fol.190.

Duas ergo poteſtates acceperunt Apo 19
ſtoli, ordinariam vnam, in ſingulis pro-
uinciis ſibi demandatis; extraordinariam
aliam in vniuerſum orbem, quam non
exercuerunt niſi mandato & licentia Pe-
tri. Bozius *ſign. 80. cap. 2. verſ. Præterea.* In

prima

prima successerunt Episcopi, iuxta textum *in cap. Quorum vices*, 68.*distinct.* In secunda verò minimè. Optimè Cano *de locis Theologicis lib. 6. cap. vlt. ad finem*: ad idem Barb. *in collect. ad text. in d cap. In nouo, num.4.* Et circa hanc materiam latissimè, & doctissimè Abbas *quæst. 1. num.9. post med. cum seqq.* & de eadem videndus latissimè Rodulphus Cupers. *d. art. 5. de orig. iurisdict. quâ Episcopi funguntur, per totum, fol. 273.* præcipuè *ex num. 31. cum seqq.* videndus etiam omninò Guttierrez *Canonic. quæstion. lib. 1. cap. 27. ex num. 10.* eleganter Prosper Fagn. *in cap. Requisiuit, de ordin. ab Episcop. pag.204. & 205.*

20 Crescente autem numero fidelium Ecclesiæ per primorum diuini verbi satorum prædicationem, ortum fuit schisma, de quo meminit Apostol. *ad Corinth.1.* dicentium: *Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi.* Ex quo factum est, vt singulis Ecclesiis Episcopi designarentur, quibus cura & regimen gregis dominici deputaretur, ex textu *in Clem. Dudum, de sepultur.* quibus etiam

21 Presbyteri subiicerentur: antiquitus enim, idest in ipsis Catholicæ Ecclesiæ primordiis, idem erat Presbyter, qui & Episcopus, *can. Legimus, 93. dist. can. Olim, 95. dist. cap.1. vers. Presbyter, dist. 21.* & cum aliis tradit Petr. Gregor. *syntagm. iur. lib.15. cap.12. num. 1.* Card. Tusch. *lit. E, d. conclus.3. num. 10.* Loter. *de re beneficiar. lib. 1. quæst.9. num.76.* At verò postquam diaboli instinctu studia in Religione facta fuerunt dicentium: *Ego sum Pauli*, &c. idest, postquam eos, quos vnusquisque baptizabat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretum est, vt vnus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, vt schismatum semina tollerentur, vt optimè his verbis notauit S. Hieron. *cap. 1. epist. ad Titum*, relatus à Gratiano *in d. canone Olim, 95. dist.* vbi Archidiacon. Bursat. *cons. 126. num. 1.* & ita tradit Frances *de Eccles. Cathedralib. cap.1.*

22 Moxque Diœceses assignatæ fuerunt, prout notanter tradunt Abbas *in cap. vltim. num. 10. de confirm. vtili*, Petr. Gregor. *syntagm. iur. lib.15. cap.12. num.1.* Loter. *de re beneficiar. lib. 1. cap.10. num.6.* Baron. *ann. Domini 58. num.4. & seqq.* & his non consideratis alia de materia tradit Girond. *de Episcopat. rat. lib.1. cap. 1.* vbi de nomine *Episcopus.*

23 Hinc etiam non statim atque vnus Presbyter in Episcopum fuit assumptus, cuique Ecclesiæ & Diœceses assignatæ fuerunt; sed successu temporis, postquam Fidelium numerus cœpit propagari, primùm factæ sunt Ecclesiæ sub Curionibus, & aliæ sub Abbatibus, ex hisque facti Episcopatus, ex pluribus traditis à Petr. Gregor. *d. lib.15. cap.12. ex num.2. cum seqq.* vbi latè de institutione diuersorum Episcopatuum & Diœcesum diuisione pertractat; & cum multis Barb. *de potest. Episcop. tit.7. cap.1. & 2.* & Frances *de Eccles. Cathedralib. cap.35. pag.641. & pag.619. & seqq.* vbi omnes mundi Episcopatus, & Archiepiscopatus enumerat, & multa refert de materia; & in Regno Portugaliæ diuiduntur Archiepiscopatus & Episcopatus in varias classes, scilicet Archiepiscopatus Bracharensis,

Hispaniarum Primas.

Braga.

Olim in diuisione Ecclesiarum Hispaniæ de tempore Magni Constantini, Bracharensis Ecclesia in Metropolitanam erecta fuit, vt habetur in historia generali Hispaniæ, *p.1. cap. 143. vers. A los treinta años*: Moreno de Vargas *in histor. Emeritensi, lib.2. cap.11.* Illustr. D.Rod. à Cunha *in histor. Ecclesiast. Archiepisc. Bracharens. p.1. cap.8. num.2.* vbi *num.3.* refert in illa diuisione assignatos fuisse in suffraganeos Asturicensem, Tudensem, Lucensem, Conimbricensem, & Istriæ, & Flauiæ, Poritoniensem, aliàs Ouetensem; Vicensem, Lamacensem, Egitanensem, & Auriensem Episcopos: postea verò regnante Theodomiro in Concilio Lucensi de anno 569. solùm sex Ecclesiæ in suffraganeas Bracharensis assignatæ fuerunt, videlicet Conimbricensis, Vicensis, Lamacensis, Egitanensis, Portugalensis, & Dumensis. Deinde varietate temporum nonnunquam immutati fuerunt huiusmodi suffraganei, qui modò sunt qui sequuntur, ex eodem D. à Cunha *in d. histor. p.1. cap.57. num.2.*

Episcopatus suffraganei.

Portugalensis.	*Porto.*
Vicensis.	*Viseu.*
Conimbricensis.	*Coimbra.*
Mirandensis.	*Miranda.*

A Paulo III. constitutus de anno 1545. Regnante in Portugallia Ioanne III. vt refert Illustrissim. D. à Cunha *d.p. 2. cap. 79. num. 5.*

Archiepis

Archiepiſcopatus Vliſbonenſis.

Lisboa.

A Bonifacio IX. ad Archiepiſcopalem dignitatem euectus regnante Ioanne primo Portugalliæ Rege, de anno 1390. vt refert Illuſtr. D. Rod. à Cunha *in hiſtor. Eccleſ. Archiep. Brachar. part. 2. cap. 57. n. 6.* aſſerens tunc in ſuffraganeos ei fuiſſe aſſignatos Eborenſem, Egitanenſem, & Lamecenſem Epiſcopatus: nam priùs Emeritenſi, deinde Bracharenſi Metropolitanis, dum eſſet Epiſcopatus, ſuffraganeus extitit, vt per eundem D. Rod. à Cunha *in hiſt. Eccleſ. Epiſcop. Portugallienſium, c. 23. pag. 218.* Modò ſuffraganei ſunt qui ſequuntur.

Epiſcopatus ſuffraganei.

Egitanenſis.	*Guarda.*
Lamecenſis.	*Lamego.*
Lerienſis.	*Leiria.*
Portalegrenſis.	*Portalegre.*
Ceptenſis.	*Ceuta.*

In Berberia erectus ab Eugenio IV. ſed exemptus, & immediatè ſubiectus Sedi Apoſtolicæ, poſtmodùm per Sixtum IV. de anno 147.. fuit in ſuffraganeum Bracharenſi Eccleſiæ deſignatus, vt refert Illuſtr. Dom. à Cunha *in hiſt. Eccleſiaſt. Archiep. Brachar. cap. 59. num. 7. & 9.* Denique Vliſbonenſi Metropolitanæ deſignatus ſuffraganeus reperitur.

Funchalenſis. *Funchal.*
in inſula Materiæ.

Angrenſis. *Angra.*
in inſula Tertia.

Cogenſis. *Congo.*
in Æthiopia.

Capitis Viridis. *Cabo Verde.*
in eadem, & Ciuitate S. Iacobi.

S. Thomæ. *S. Thome.*
in Guinea.

Braſilienſis. *Braſil.*
in Ciuitate, quæ dicitur Bahia de todos os Ss.

Archiepiſcopatus Elborenſis.

Euora.

Ex Epiſcopali ad Archiepiſcopalem dignitatem euectus à Paulo III. inſtante Henrico Cardinali, primo Archiepiſcopo, vt refert Illuſtr. D. à Cunha *in hiſtor. Eccleſ. Archiep. Brachar. part. 2. cap. 26. n. 75. in princip.*

D. Alvarez Pegas Tract. de Compet.

Epiſcopatus ſuffraganei.

Siluenſis, ſiue Faronenſis. *Faro.*

Hic Epiſcopatus olim erat in Ciuitate Syluenſi, deinde ab ea ob intemperiem aëris ad ciuitatem Faronenſem tranſlatus fuit tempore Epiſcopi D. Alphonſi de Caſtello Bianco: modò dicitur Faronenſis, & aliquando Algarbienſis à R. gno denominatur, vt refert Illuſtr. D Acunha *in hiſt. Eccleſiaſt. Archiepiſ. Brachar. p. 2. cap. 61. n. 6.*

Tingitanus. *Tanger.*

Hic Epiſcopatus licèt ſit Elborenſi Archiepiſcopo ſuffraganeus, attamen Ceptenſi ſub Vliſbonenſi vnitus eſt, & ſic Ceptenſis, & Tingitanus ab vno tùm reguntur Epiſcopo.

Elvenſis. *Elvas.*

In Epiſcopalem fuit erectus à Pio V. regnante Sebaſtiano Portugalliæ Rege, vt refert Illuſt. D. Rod. à Cunha *hiſt. Archiep. Brachar. p. 2. c. 106. n. 9.* Conſtitutione incipiente, *Super cunctos, 5. idus Iunij* 1575.

In India Orientali.

Archiepiſcopatus Goenſis, Indiarum Primas inſtitutus à Paulo III.

Goa.

Epiſcopatus ſuffraganei.

Coccinenſis. *Cochin.*

Malacenſis. *Malaca.*

Sinenſis, ſeu Machienſis. *China.*

Sic etiam dictus, quia habet ſedem in Ciuitate Machao.

Iaponenſis. *Iapao.*

Inſtitutus à Sixto V. & habet ſedem in Ciuitate Nangaſachi.

Malahanenſis. *Malaham.*
in Regno de Malaos.

Meliaporenſis. *Meliapor.*

S. Thomæ. *S. Thome.*

Archiepiſcopatus Angamalenſis.

Angamala.

Inſtitutus fuit à Paulo V. de anno 1607. & alio nomine Granganorenſis appellatur, vulgò *Graganor*; & aliquando eius Archiepiſcopatus denominatur Archiepiſcopatus Chriſtianorum S. Thomæ, cui in ſuffraganeos deſignari debebunt Epiſcopi, qui in illis partibus venturâ tempeſtate inſtituendi erunt: ita teſtatur etiam *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap. 35. pag. 641. & pag. 629. & ſeqq.* agit de omnibus Archiepiſcopatibus, & Epiſcopatibus totius orbis,

bis, de quibus etiam Barbosa *in Pastorali, tit. 1. cap. 7. sub tit. Episcopatuum omnium totius orbis*; quem sequutus fuit Pyrrhus Corrad. *in prax. dispensation. Apostol. post regulas Cancellar. pag.* 685. *sub tit. Episcopatuum omnium totius orbis*: Albertus Miræus *in Geographia Ecclesiastic. impressa anno* 1620. & vltra hos Episcopatus sunt in Regno Portugalliæ Illustrissimus Ludouicus à Sousa Capellanus Major Episcopus Hipponensis, vulgò *da Cidade de Bona*, in qua fuit Episcopus Diuus Augustinus: Episcopus Targensis, vulgò *de Targa*: Episcopus etiam Aulicus, vulgò *Cortesão*, qui est nobilissimus, & doctissimus D. Frei Luis de Sylua, sanctæ Trinitatis Religiosus: Episcopus etiam *de Martixia*, qui est Reuerendissimus, nobilissimus ac doctissimus D. Frei Christouao de Almeida, Lector Iubilatus Ordinis Diui Augustini, & Senator Senatus Ecclesiastici.

24 Quæ distinctio, & diuisio Episcopatuum, seu Archiepiscopatuum fuit facta, ne ordo Ecclesiasticus confunderetur, & vnicuique gregi Pastores attribuerentur. Concil. Trid. *sess.* 14. *de reformat. cap.* 9. ea ratione, quia Episcopus & Episcopatus erat vnus, & subditi non erant distincti, donec fuerunt distinctæ Dioeceses, Prouinciæ, & Parochiæ, ex quo magna confusio oriebatur; & vt euitaretur, facta fuit diuisio per varios orbis Episcopatus, vt notatur *in cap. Ecclesia*, 13. *quæst.* 1. & latè probant Abbas *in quæst.* 1. *num.* 9. *vers. Secundò præmitto.* Tusch. *lit. E, conclus.* 3. *num.* 10.

25 Et Episcopatus tempore Apostolorum diuisi fuerunt, vt Lucius Papa testatur *cap.* 1. 80. *distinct.* Ecclesiarum verò diuisiones Dionysius Papa *epistola* 2. ordinauit, *cap. Ecclesias*, 13. *quæst.* 1. Barbosa *de potest. Parochi*, *cap.* 1. *num.* 18. Hieronym. de Monte *de finib. regundor. cap.* 12. *num.* 4.

26 Distinctionem verò prouinciarum, & Episcopatuum sanctus Anacletus Papa & inuenit, statuit, & decreuit, vt latissimè fundat agens de diuisione Episcopatuum, & Archiepiscopatuum Frances *de Ecclesiis Cathedralib. cap.* 2. *num.* 127. *& seqq.* vbi omnes allegat in materia, & est omninò videndus: & *num.* 3. *& seqq.* agit de primis ædificantibus Ecclesias, Episcopatus, & Archiepiscopatus: & Gironda *de Episcopat. ratione lib.* 1. *cap.* 2. *de diuisione Episcopatus*, vbi multa refert; & *cap.* 3. quid sit Episcopatus: & eleganter Barbos. *de potest. Episcop. tit.* 1. *cap.* 6. de Episcopalium graduum diuisione; & *cap.* 7. de Episcopatuum diuisione.

Supposita institutione Ecclesiæ, sequitur de necessitate Episcoporum, ac Archiepiscoporum in Ecclesia agendum esse, & videndum restat de eorum necessitate, & de his, quæ impediunt, aut irritant electionem, aut nominationem: vel saltem quæ animaduertenda sunt in ipsa electione, aut nominatione Archiepiscopi, aut Episcopi facienda; quia vt competentia formetur, priùs debet constare competentiam formantem habere capacitatem electionis, nominationis, & dignitatis, confirmationisque, vt per illam factus Archiepiscopus, aut Episcopus possit vt dignitatis possessor competentiam formare in iurisdictionis defensionem. 27

CAPVT III.

De Archiepiscoporum, & Episcoporum in quolibet Archiepiscopatu, aut Episcopatu particulari necessitate.

SVMMARIVM.

1 *De Archiepiscoporum, ac Episcoporum necessitate in Ecclesia.*

COGNITA sic in primo capite origine, institutione, & diuisione Ecclesiarum, Archiepiscopatuum, ac etiam Episcopatuum, sequitur dicendum de Archiepiscopi, aut Episcopi in quolibet Archiepiscopatu necessitate, de qua, & de materia, & ad quem finem instituti sint, videndi sunt eleganter exornantes Ludouic. Cellotius *in tract. de hierarchia & hierarchis, lib.* 4. *cap.* 18. de Episcopi in qualibet Ecclesia particulari necessitate. Cum multis eleganter exornat Frances *de Eccles. Cathedralib. cap.* 1. *num.* 30. *& seqq.* & *cap.* 2. *per tot.* latissimè Barbos. *de potest. Episcopi per tot.* & Gironda *de Episcopat. ratione lib.* 1. *cap.* 1. de Episcopatus natura & necessitate, & *cap.* 5. vbi etiam an Episcopatus in Ecclesia Dei sit necessarius, & ibi eleganter probat variis authoritatibus, & rationibus: & Corona *de potest. Episcop. tit.* 2. *cap.* 1. August. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 1. Villarroël. *Gouierno Ecclesiastico y pacifico, p.* 1. *art.* 1. 1

CAPVT

CAPVT IV.

De qualitatibus eorum, qui eligendi sunt ad Archiepiscopi, aut Episcopi dignitatem: & qui eligi possint, vel non?

SVMMARIVM.

1 *De multis, quæ in electione Archiepiscopi, aut Episcopi desiderantur.*

2 *Qui Episcopi inuiti electi fuerunt.*

3 *De vita & moribus Episcoporum.*

4 *Vt aliquis ordinetur in Episcopum, non debet esse bigamus.*

5 *Qualis debeat esse Episcopus in sua mensa.*

6 *Quæ prudentia requiratur in Archiepiscopo, aut Episcopo ad benè regendum.*

7 *Archiepiscopus aut Episcopus debet esse ornatus in moribus.*

8 *Castitas, & pudicitia requiritur in Archiepiscopo aut Episcopo.*

9 *Domus Episcopi debet esse commune fidelium hospitium.*

10 *Archiepiscopus, aut Episcopus debet esse Doctor, & doctus.*

11 *Archiepiscopus, aut Episcopus non debet esse vinolentus.*

12 *Qualiter & quomodo Episcopus se debeat habere in correctione, & punitione erga subditos.*

13 *Archiepiscopus aut Episcopus debet esse modestus, & humilis.*

14 *Archiepiscopus aut Episcopus debet se à litibus abstinere.*

15 *Archiepiscopus, aut Episcopus non debet esse cupidus, nec auarus, nec superbus.*

16 *Archiepiscopus aut Episcopus debet suam domum diligenter gubernare, & esse solicitus ad orationem; & quos familiares habere debeat, ecclesiasticos, an seculares.*

17 *Quæ puritas sanguinis requiratur ad Ordines.*

1 E multis quæ in electione Archiepiscopi aut Episcopi desiderantur, loquitur Apostolus *ad Timot.*1. 3. vbi sic scribit: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum; non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui benè præpositum, filios habentem subditos cum castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.* Latè Corona *de dignit. Episcop. tract.*1. *cap.*1. *& seqq.* & *cap.*2. Villarroël. *Gouierno Ecclesiastico y pacifico*, *p.* 1. *art.* 1. *& 2.*

Quæ verba refert August. Barbos. *de potest. Episcop.*1. *part. tit.*2. vbi eleganter exornat *gloss.*1. verba illa: *Si quis Episcopatum desiderat*; & ibi refert multa exempla Archiepiscoporum, & Episcoporum, qui fuerunt inuiti ad suscipiendum, & acceptandum Archiepiscopatum & Episcopatum compulsi: & *gloss.*2. agit de verbis illis, *bonum opus desiderat*; ex quibus deducit meritum, & onus muneris Archiepiscopalis, & Episcopalis, & eleganter exornat, & pertractat. 2

Idem Barbos. *gloss.* 3. agit de illis verbis, *oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse.* Ex quibus deducit exemplum Episcopi in vita & moribus; de quo exemplo nos etiam diximus *tom.*1. *in commentar. ad ord. tit.*1. *gloss.*34. vbi multa diximus, & multos DD. vltra quos refert Barbos. allegauimus: & vide Corona, & Villarroël. *suprà.* 3

Idem Barbos. *gloss.*4. agit de verbis illis, *vnius vxoris virum*; ex quibus deducit, quod vt aliquis ordinetur in Episcopum, non debet esse bigamus, nec coniugatus: & ibi multos refert. 4

Idem Barbos. *gloss.* 5. agit de verbis illis, *sobrium*; ex quibus deducit, quod parcitatis virtus pulcherrima est inter Episcoporum ornamenta; & ibi agit, quæ debeat manducare, & bibere Episcopus, & qualis debeat esse eius mensa; & quæ in illa escæ sint adducendæ, *num.*12. *& seqq.* vbi refert multa exempla circa hoc. 5

Idem Barbos. *gloss.*6. agit de verbis illis, *prudentem*; ex quibus deducit, quæ prudentia requiratur in Archiepiscopo, & Episcopo ad bene gubernandum; & eleganter exornat, & vltra quæ ibi refert, multa etiam nos allegauimus *tom.*1. *ad ord. tit.*1. *gloss.*8. *per tot.* 6

Idem Barbos. *gloss.*7. agit de verbis, *ornatum*; ex quibus deducit, quod non solùm Archiepiscopus, sed Episcopus debet esse ornatus in moribus, quæ consistunt in virtutibus, & vitæ sanctimoniæ; ac etiam in exterioribus, quæ consistunt in quatuor, videlicet cibo & potu, 7

C 2 incessu

incessu, & habitu: & ibi agit de omnibus eleganter, vt solet in specie, & refert multa iura, exempla, & DD.

8 Idem Barbos. *gloss.* 8. agit de verbis illis, *pudicum*; ex quibus deducit, quod in Archiepiscopo, & Episcopo requiritur castitas & pudicitia: & ibi multa iura, DD. & exempla refert, & vltra quos ibi allegat, est videndus elegantissimè de hac materia variis iuribus, & authoritatibus Velascus *de Iudice perfecto, rubric.* 1. *annot.* 2. *&* 3.

9 Idem Barbos. *gloss.* 9. agit de verbis illis, *hospitalem*; ex quibus deducit, quod domus Episcopi debet esse commune Fidelium hospitium: & ibi multas authoritates, iura, & DD. refert, & est omninò videndus, quia eleganter exornat; & vltra quæ tradit & optimè, & eruditè pertractat, latissimè Frances *de Ecclesiis Cathedralib. cap.* 27. *per tot.* vbi ad varias quæstiones nihil intactum relinquit.

10 Idem Barbos. *gloss.* 10. agit de verbis illis, *Doctorem*; ex quibus deducit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus debet esse Doctor, & doctus, & omnium sacrarum interpretationum, atque factorum scientiâ debet esse præditus, & Scripturas sacras & Canones scire, quia Mitra Episcopi vtriusque Testamenti scientiam designat, quæ requiritur in Episcopo, vt ibi eleganter exornat; & vltra quos refert, alios allegauimus *tom.* 1. *in commentar. ad ord. tit.* 5. *gloss.* 10. de qua re etiam Velascus *de Iudice perfecto, rubric.* 15. *annot.* 1. & idem Barbos. *de potest. Episcop. tom.* 2. *alleg.* 1. *num.* 35.

11 Idem Barbos. *gloss.* 15. agit de verbis illis, *non vinolentum*; ex quibus deducit, quod Archiepiscopus aut Episcopus non debet esse vinolentus, & quare, & ibi multa iura, authoritates DD. aut exempla refert, & ostendit quàm detestabile sit vitium ebrietatis: de qua re etiam Velascus *de Iudice perfecto, rubric.* 15. *annot. fin. num.* 28.

12 Idem Barbos. *gloss.* 12. agit de verbis illis, *non percussorem*; ex quibus deducit, qualiter & quomodo se debeat habere in correctione & punitione erga subditos. Latè Velascus *in cap.* 5. *de offic. Ord. p.* 1. *per tot.*

13 Idem Barbos. *gloss.* 13. agit de verbis illis, *sed modestum*; ex quibus deducit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus debet esse modestus, & humilis.

14 Idem Barbos. *gloss.* 14. agit de verbis illis, *non litigiosum*; ex quibus deducit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus debet se à litibus abstinere, quia ex illis plura mala oriuntur, de quibus nos latè egimus, vltra quæ refert Barbos. *in commentar. ad ord. tom.* 5. *ad proœm. gloss.* 57.

Idem Barbos. *gloss.* 15. agit de verbis illis, *non cupidum*, ex quibus deducit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus non debet esse cupidus, nec auarus, nec superbus, & quare: de qua re nos aliqua diximus *tom.* 1. *in commentar. ad ord. tit.* 1. *in princip. gloss.* 20. & multa refert Velascus *de Iudic. perfecto rubric.* 1. *annot.* 3. §. 3. *n.* 18. & *rubric.* 9. *annot.* 1. *num.* 1. vbi de auaritia: & *rubric.* 1. *annot.* 3. §. 5. *num.* 5. vbi de cupiditate, & meliùs *rubric.* 4. *annot. vnic.* vbi agit de superbiæ exclusione, & multas authoritates sacræ Paginæ & SS.PP. & Poëtarum, & Doctorum refert. 15

Idem Barbos. *gloss.* 16. agit de verbis illis, *sua domui benè præpositum*; ex quibus deducit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus debet suam domum diligenter gubernare, & esse solicitus ad orationem, & quos familiares habere debeat, Ecclesiasticos, an sæculares. 16

Idem Barbos. *gloss.* 17. agit de verbis illis, *non neophytum*; ex quibus deducit, quod neophytus ad Episcopatum non est promouendus, nec ad Ordines sacros, nec ad beneficia, & quare; & de exclusione neophyti, & impuro: de qua re vltra quæ Barbos. nos multa diximus *tom.* 1. *ad ord. tit.* 5. *gloss.* 6. & est videndus elegantissimè Scobar *de puritate & nobilitate probanda, quæst.* 4. §. 2. *per tot.* & *quæst.* 3. §. 2. Valenz. *consil.* 90. *& consil.* 166. *&* 167. Paz *de tenut. cap.* 42. *ad statuta de sanguinis puritate*: eleganter exornat, & eruditè pertractat nouiter Scano *in propugnaculo sacræ Religionis Militaris, discept.* 3. *cap.* 2. vbi omnes, qui in materia scripserunt allegat, quia nihil intactum relinquit in hac materia; & nos latè dicemus *infrà cap.* 6. 17

Quæ quidem qualitates requisitæ in Archiepiscopo, aut Episcopo sequentibus versibus continentur, relatis per Hostiens. *in Sum.* & per Illustriss. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. Omnes* 6. *n.* 2. *dist.* 38. 18

Primùm præcipitur quod sit sine crimine Præsul:
Monogamus, sobrius, prudens, ornatus, & hospes:
Casta docens, non percussor, non litigiosus:
Non cupidus, benè dispositus, non neophytusve.
Talis Apostolica quod præsit regula iussit.

CAPVT

CAPVT V.

Vtrum exteri, & non Regni originarij possint ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem eligi, aut nominari?

SVMMARIVM.

1 *Quamvis ex quocunque loco, & natione sint Episcopi eligendi; attamen exteri, & non Regni naturales non debent eligi ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus munus*, & num.2.

3 *Speciales dantur prohibitiones in singulis Regnis, ne exteris Episcopatus, aut beneficia conferantur, vt in omnibus Regnis, & in nostro Lusitano:* & n.seqq.

1 QVAMVIS ex quocunque loco, & natione sint Episcopi eligendi, vbi aliàs reperiantur idonei, vt tenet Soto *de iustitia lib.* 3. *q.*6. *art.*2. Nauarr. *de restit. lib.*2.*cap.*2.*num.*165. *& seqq.* cum multis Petr. Gregor. *lib.*4. *de Rep.cap.*4.*num.*17.ex illo Marci 6.*Nemo propheta in patria sua.*

2 Attamen contrarium est verius; exteri namque, & non Regni naturales non possunt, nec debent ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus munus eligi, nec etiam ad beneficium, aut dignitatem Ecclesiasticam, vt est textus *in cap. Obitum, cap. Nullus, dist.* 61. *cap. Neminem, dist.* 70. *cap. Hortatur, dist.*71.*cap.Aphros, dist.*98. optimus text. *in cap. Bona* 2. *vers. Intelleximus, de postulatione Praelatorum*, cum multis Valasc. *de iusta acclamat. punct.*1. §.9.2.*p. n.*14. *&* 20. & vltra quos refert, idem tradunt eleganter, & latissimè Cresp. de Valdaur. *obs.*6. *per tot.* eleganter exornat cum multis exemplis & rationibus Gonzales *de leg. lib.*2. *cap.*15.*per tot.* Sousa de Maced. *in Lusitania liberat. lib.*1.*cap.* 12.*per tot.* & cum multis rationibus, & ad varios casus nos diximus *in commentar. ad ord. Regni Portugal. tom.*1.*lib.*1. *tit.*1. *gloss.*12.*per tot.* & maximè *num.*6. & *tom.*4. *ad tit.*35. cum multis Solorzan. *de iure Indiar. tom.*2. *lib.* 3. *cap.*19.*num.*5. *& per tot.* eleganter Scan. *in propugnaculo sacrae Religionis Militaris, discept.*10.*cap.* 6. *num.*21. *& seqq.* vbi eleganter, & etiam an possint habere Commendas, & etiam id quando duo Regna gubernantur ab eodem Rege.

3 Specialesque dantur prohibitiones in singulis Regnis, ne exteris, & alienigenis Episcopatus, aut beneficia conferantur, vt de omnibus Regnis testatur Valasc. *d.* §. 9. *num.* 14. *pag.* 307. Gonzales *d. cap.*15.*num.*21. *& seqq.* Cresp. de Valdaur. *d. obseru.*6.

4 Et de nostro Regno Lusitano testatur Cabed. *de patronat. Regiae Coronae, cap.* 29. vbi ponit literas & prouisiones regias super hoc latas: Valasc. *vbi suprà*, Pereyr. *tom.* 2. *cap.* 64. *num.* 30. Illustr. Cunha *in cap. Neminem*, 70. *dist. num.* 90. Gonzales *d. cap.*15. *num.* 26. *&* 102. Scano & Solorz. *vbi suprà.*

5 Quis autem dicatur Regni originarius, naturalis, aut exterus, dicemus *in commentar. ad ord. lib.* 2. *tit.* 55. *&* 56. & interim vide Phoeb. 1. *p. dec.*67. *num.*11. & 2. *p. dec.* 109. *num.*12. & *dec.* 184. *num.* 24. Valasc. *de reformat. iustitia*, §.8.*num.*84. Pereyr. de Castr. *dec.*1. *num.* 16. Sous. de Maced. *d. cap.* 12. Valasc. *de iusta acclamat. d.* §. 9. *num.* 32. *& seqq.* & *in perfidia lib.* 2. *tit.*2. *art.*4. Guazzin. *in defens. reor. cap.*26.*num.*9. *& seqq.* Menoch. *de praesumpt. lib.* 6. *praesumpt.*30. Cyriac. *controu.* 292.*n.*31. & 452. *num.*46. Mend. *in prax.*1.*p.d.cap.*2.*num.*24. & 2. *p. d. cap.*2. *num.* 140. eleganter & omninò videndus latè explicans Fermosin. *in cap.fin. de foro compet.quaest.*6.*per tot.* cum aliis etiam Carleual. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *quaest.* 2. *per tot.* Oter. *de pasc. cap.* 4. Amaya *in eod. tit. de incolis:* cum multis Scan. *d. cap.*6. eleganter exornat Gonzalez *de leg. cap.* 18. vbi naturales qui dicantur apud Hispanos ad obtinenda beneficia, & quo iure Regi competat exteris priuilegia naturalitatis conferre, & ibi omnia circa naturalitatem allegat: & etiam *cap.* 19. vbi eleganter etiam circa materiam.

CAPVT VI.

Vtrum sanguine impurus, vel descendens ab Hebraeis, Mauris, & neophytis possit ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem eligi; & quomodo sanguinis puritas, vel impuritas probetur.

SVMMARIVM.

1 *Licet Hebraei, aut neophyti possint ad Episcopatus apicem eligi; attamen contrarium est verius:* & n.2. & 3.



4 *Quæ autem dicatur puritas, vel impuritas sanguinis; & an præsumatur.*

5 *Quando requiritur puritas sanguinis ex statuto, præsumpta non sufficit, sed probanda est.*

6 *Puritas sanguinis ex communi æstimatione probatur, & fama ex longæua possessione Christiana fidei nullâ macullâ, aut labe affecta.*

7 *Possunt admitti Nobiles descendentes à Mauritanis*, & num. 8. *Et quid in descendentibus à familia Iudæorum, quæ nullum morti Christi Domini assensum præstitis*, & num. 10. & 11.

9 *Nobilitas, & puritas probata non eliditur per contrariam memoriam, nec per initium probatum vltra centum annos.*

12 *Quid dicendum in descendentibus ab Indis*, & num. 13.

14 *Christiani noui admittuntur ad beneficia.*

15 *Per statuta omnium Ecclesiarum Cathedralium constitutum est, descendentes ab Hebræis esse excludendos.*

16 *Ista statuta cùm sint exorbitantia, & pænalia, non sunt extendenda, sed strictè interpretanda; & vt rigor excludatur sat est de sanguinis impuritate non constare.*

17 *Prouisi in Ecclesiis vt admittantur, onere probandi non grauantur se descendere ex Christianis antiquis, sed Capitulo excipienti, aut alteri opponenti illos descendere ex origine infecta, incumbit onus probandi.*

18 *Nemo natus inter Christianos grauatur onere probandi, se esse natum ex puris Christianis, quia purus præsumitur.*

19 *In sanguine purus vnusquisque præsumitur, sicut qualitas naturalis orta ex natiuitate Christianorum veterum, dum non probatur contrarium*, & n. 20.

21 *Capitulo alicui obiicienti impuritatem, & ortum à parentibus impuris incumbit onus probandi concludenter.*

22 *Quando agitur de excludendo aliquem à dignitate, aut officio, est necessaria probatio concludens, quæ minùs sufficit ad aliquem non admittendum.*

23 *Quomodo probetur per exempla puritas, aut impuritas.*

24 *Lata sententia in fauorem puritatis eiusdem infamati, aut ad sanguinis impuritatem prodest:* & n. 25. *vbi de ratione.*

26 *Ad hoc vt ex auditu, & per famam probetur exceptio impuritatis sanguinis concludenter, requiruntur plura, quæ referuntur.*

27 *Fama quando est orta ab inimicis non probat in materia puritatis.*

28 *Factâ probatione impuritatis ex parte Capituli, potest prouisus contraria probatione probare suam impuritatem; & an debeant testes esse omni exceptione maiores.*

29 *Et data puritate probationum præualet semper illa, quæ fit super sanguinis puritate, cui assistit iuris præsumptio.*

1 LICET Hebræi, aut neophyti possint ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus apicem eligi, ex textu *in cap. Cùm nobis, in fin. de electione*, & multos ex hoc genere fuisse in Episcopos electos, & nominatos tradit Aug. Barb. *de potest. Episcop. tit. 2. p. 1. gloss. 17. num. 9. 10. & 11.* & latissimè est videndus *vot. 93. per tot. lib. 3. & n. 114.*

2 Nihilominus contrarium regulariter est verius, & quare, latè exornat explicando D. Pauli authoritatem in verbis illis ibi; *non neophytum*, Barb. *d. gloss. 17. per totam*, vbi latè exornat: vltra quæ, & DD. quos refert, sunt videndi de hac resolutione, & materia Scobar *de purit. & nobilit. proband. p. 1. quæst. 1. §. 4. & quæst. 2. & quæst. 3. §. 2.* Lara *de Capel. lib. 2. cap. 4.* Fragos. *de reg. Reip. p. 1. lib. 1. disp. 2. §. 8. n. 237. & seqq.* Paz *de tenut. cap. 41.* quos & alios Ego ipse refero *in comment. ad ord. tom. 1. tit. 1. gloss. 6.* vbi latè exornamus, & vltra quos ibi retulimus Bobadil. *in politic. lib. 1. cap. 4.* Azeued. *in l. 12. tit. 7. lib. 1. recop.* Valenz. *cons. 90. & 120.* Solorzan. *de iur. Indiar. lib. 3. cap. 19. num. 4. & per tot.* & *in politic. Ind. lib. 4. cap. 19.* Hieron. de la Cruz *in lib. pro defensione Stat.* Hieronym. Garc. *in polit. reg. tom. 1. tract. 2. difficult. 7. dub. 1. num. 8.* Moreno de Vargas *en la Nobleza de España, disc. 9. num. 1.* Scan. *in propugn. relig. discept. 3. cap. 2. num. 1.* Barbos. *vot. 93. per tot. & num. 112.*

3 Neque obstant quæ in principio diximus pro opinione contraria, quia procedunt cum S. Pontificis dispensatione, cum qua potest admitti, vt fatetur, & supponit Barbos. *ibi, & vot. 93.* explicat.

4 Quæ autem dicatur puritas, vel impuritas sanguinis, ex Scobar & aliis diximus *d. gloss. 6.* & vltra quæ ibi diximus, aduertendum est, quod puritas sanguinis, licèt in omnibus præsumatur, ex ratione textus *in l. cùm quidam 24. ff. de legat. 2. l. 3. Cod. de infantibus exposit. cap. fin. de præsumpt.* & tenent DD. infrà citati, *num. 18.* & Sylua Respons. *lib. 1. respons. 12.* Carleual. *de iudic. tom. 2. tit. 2. disp. 2. num. 6.*

5 Tamen cùm in dicta authoritate D. Pauli specialiter exposcitur puritas sanguinis,

nis, præsumpta non sufficit, sed probanda venit, vt ex multis probat Scobar *de purit. p. 1. quæst. 8. §. 2. ex num. 35.*

6 At probatur dicta sanguinis puritas ex communi æstimatione & fama ex longæua possessione Christianæ fidei, nullâ maculâ aut labe affecta, & ex mediis diffusè scriptis ab Scobar *quæst. 9. §. 2. 3. 4. & quæst. 15. per tot.* Rot. apud Farin. *dec.* 315. *lib.* 2. *dec. crim.*

7 Verùm licèt prædicta D. Pauli authoritas absolutè loquatur, attamen interpretationem admittere potest iuri conformem & æquitati. Nam in primis possunt admitti Nobiles descendentes à Mauritanis, qui in Regnorum expugnatione fidem acceperunt, & plusquam centum annorum spatio piè & catholicè vitam egerunt; quia cùm sint descendentes vel à Regibus Mauritanis, vel à genere nobili, dubium non est concurrere in eis nobilitatis qualitatem, cùm Mauri nobilitate naturali, sicut & vniuersæ mundi nationes gaudeant. Otalora *de nobilit. 2. p. cap. 7. num. 27.* Garc. *de nobilit. gloss. 7. n. 19.*

8 Concurrit quoque puritas sanguinis sine macula, aut labe infecta, etsi prima origo fuisset ex genere Mauritano, & post temporis sæculum translactum illa origo non est attendenda, nec venit in consideratione legali, in qua vsque ad proauos tantùm fit extensio, *ex l. Castel. 2. tit. 12. part. 2.* Garc. *gloss. 12. & 18. num. 4. §. 1.*

9 Et nobilitas, & puritas probata non elliditur (vt volunt aliqui) per contrariam memoriam, nec per initium probatum vltra centum annos, ex traditis à Couar. *in reg. Possessor, 2. p. §. 3. num. 7.* Crauet. *de antiq. tempor. 4. p. cap. materia sing. num. 40.* ita & eleganter Scan. *d. cap. 2. num. 10.*

10 Secundò idem potest dici & defendi de descendentibus à familia Iudæorum, quæ nullum morti Christi Domini assensum præstitit, sed contradixit, nec incidit in Iudaïsmum post legem gratiæ promulgatam: quem casum ponit Quintanaduenas *tom. 2. singular. tract. 16. singular. 10.* & ait posse admitti ad Episcopatum, ad Ordines Militares, & ad Dignitates Ecclesiasticas, quæ sanguinis puritatem exigunt; nam genus Hebræorum ex se nobilissimum fuit, vt patet *Numerorum cap. 1.* Garc. *d. gloss. 7. num. 19.* Et nobilissimum fuisse Christum Dominum, eiusque sacratissimam matrem, & progenitores, de fide est *ex cap. 1. Matth.* Macula autem & nota inusta est Hebræis, eo quod Christo Domino necem intulerint, & postmodùm in Iudaïsmo perseuerarint; nulla autem nota inusta fuit his, qui nec intulerunt, nec legem iudaïcam deinceps professi sunt. Sed huius casus probationem moraliter impossibilem esse animaduertit Mendo *de Ordinib. Militarib. disquisit. 3. quæst. 5. num. 15.*

Verùm cùm possibilitas sit res ampla, casus non est omittendus; nam similem referunt Scobar *de purit. 1. p. quæst. 4. §. 2. num. 24.* & Roderic. *tom. 3. quæstion. regular. quæst. 11. art. 1.* qui cum multis dicunt statuta puritatis non esse intelligenda de descendentibus à Iudæis, qui olim ab Apostolis conuersi fuerunt, vt Iudæi Hispani, maximè Carpentani, qui libentissimè prædicationem sancti Iacobi perceperunt, vt affirmat Flauius Dexter *anno Christi* 37. & Iulianus Petrus *in historia Alphonsi VI.* & de iis, qui conuersi fuere anno 1400. decisum refert Barcinone in Senatu Fontanel. *de pact. nuptialib. clausf. 5. gloss. 1. p. 1. n. 107.* 11

Tertiò idem procedit in descendentibus ab Indis; nam licèt ex defectu puritatis sanguinis Indos, & Æthiopes non posse admitti ad Episcopatus, nec ad Habitus Militares, vt nouiter conuersos, velit Lara *de anniuersar. lib. 2. cap. 4. num. 140.* quia ex sententia Diui Pauli 1. *ad Timot. cap. 3.* neophyti ad Episcopatus & similes honores facilè eligi non debent. 12

Contrarium tamen probat Scobar *1. p. quæst. 3. §. 3. num. 48. de puritate & nobilitate probanda*; quorum dicta cum Scano *d. cap. 2. num. 18.* ita accipienda sunt, vt prohibitio tantùm procedat de Indis nouiter conuersis, qui propriè sunt neophytis non de Indis, qui à nonaginta annis, & vltra fuerunt ad fidem conuersi, quia ex eis descendentes ad Episcopatus, & ad omnes dignitates & officia admitti debent, & admittendos fore, & qui ab Imperatoribus & Regulis, & Municipiorum & Prouinciarum Ducibus originem trahunt, affirmat Solorzan. *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 27. num. 83. & 86.* & *in Politica Indiana lib. 2. cap. 29. pag. 242.* & in hoc consuetudo attendenda est. 13

Et quamuis Christiani noui de iure communi admitterentur ad beneficia, Murga *ad Constitutiones Apostolicas, constit. 6. & 2. Alexandri IV. n. 342. pag. 114.* 14

Attamen per statuta omnium Ecclesiarum Cathedralium constitutum est descendentes ab Hebræis esse excludendos, vt tenent loquendo de obseruantia illorum statutorum, Ricciul. *de neophyt. cap. 6. num. 7.* post Scobar. & alios Aug. Barb. *de Canonic. cap. 13. num. 29.* & in terminis Ecclesiarum nostri Portugalliæ Regni *n. 48. & 49.* 15

& 49. Gonzal. *de leg. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. 9. *& per tot.* Murga *vbi suprà*, *num.* 343. Scano *vbi suprà*, *num.* 1. *&* 2. Fermosin. *in cap. fin. quæst.* 2. *de præsumpt.* Valenz. *cons.* 90. 91. *&* 92. Idem Barbos. *de potest. Episcopi gloss.* 17. Otthobun. *dec. Rot.* 75. Burat. *decis.* 829. *num.* 5.

16 At ista statuta cùm sint exorbitantia, & pœnalia, non extendenda sunt, sed strictè interpretanda, vt cum multis tenet Barb. *d. cap.* 13. *num.* 30. Burat. *dec.* 829. *n.* 5. & vt rigur statutorum excludatur, sat est de sanguinis impuritate non constare. Barb. *d. cap.* 13. *num.* 31.

17 Et ideò prouisi in huiusmodi Ecclesiis, vt admittantur, non grauantur onere probandi se descendere ex Christianis antiquis; sed Capitulo excipiente, aut alio opponente illos descendere ex origine infecta incumbit onus probandi. Augus. Barb. *d. cap.* 13. *num.* 32. 49. *&* 50. & tenet Otthobon. *dec.* 75. *num.* 10. 11. *&* 12.

18 De iure enim nemo natus inter Christianos grauatur onere probandi, se esse natum ex puris Christianis, quia purus præsumitur. Barbos. *d. cap.* 13. *num.* 33. Ricciul. *de neophyt. cap.* 7. *num.* 9.

19 In sanguine namque purus vnusquisque præsumitur, sicut qualitas naturalis orta ex natiuitate Christianorum veterum. Barb. *in cap. fin. de præsumpt. num.* 2. *&* 4. Paul. Durand. *dec. Rotæ* 131. *num.* 1. *&* 6. & 2. *p. decis.* 316. *num.* 1. Frances *de Eccles. Cathedralib. cap.* 28. *num.* 111. Barb. *d. cap.* 13. *num.* 34. 49. *&* 50. Fermosin. *in cap. fin. de præsumpt. quæst.* 2. *num.* 1. 2. *&* 3. Rota apud Burat. *in annot. ad dec.* 829. *num.* 5. *&* 7. Valenz. *cons.* 92. *num.* 153. *& seqq.* &

20 *cons.* 90. *num.* 85. dum non probatur contrarium. Durand. *dec.* 131. *num.* 1. & *dec.* 316. Aug. Barb. *d. cap.* 13. *num.* 34. quia nemo præsumitur ortus ex infecta radice, sed ex proba progenie. Barb. *d. cap.* 13. *num.* 31. *vers. Nemo*, Fermosin. *d. quæst.* 2. *num.* 6.

21 Itavt Capitulo, aut alteri obiicienti impuritatem, & ortum à parentibus impuris incumbat onus probandi concludenter, vt sæpius censuit Rota apud DD. de quibus Aug. Barb. *d. cap. vltim. de præsumpt. n.* 4. Fermosin. *d. quæst.* 2. *n.* 20. *&* 21. Idem Barb. *de potest. Episcopi* 1. *p. tit.* 2. *d. gloss.* 17. *num.* 45. 46. 48. *&* 50. Burat. *dec.* 829. *n.* 5. Ricciul. *de neophyt. cap.* 7. *num.* 8. *& seqq.*

22 Maximè quando agitur de excludendo aliquem à dignitate, aut officio, quia tunc est necessaria probatio concludens, & minùs sufficit ad aliquem non admittendum, vt latè probat Scobar *de purit. & nobilit. probanda*, 1. *p. quæst.* 8. *§.* 3. *per tot.* & eleganter *quæst.* 9. *§.* 4. *num.* 56. *& seqq.* Peyrin. *pag.* 153. *num.* 94.

Et quomodo probetur per exempla, tradunt Durand. *d. dec.* 131. *&* 316. Aug. Barb. *d. cap.* 13. *num.* 36. *& seqq.* Fermosin. *in cap. ex speciali* 18. *de Iudæis*, *tract.* 2. *q.* 1. *& num.* 42. vbi etiam quod puritas probatur eo ipso, quod fuit admissus ad officia, quæ non dantur nisi puris sanguine. 23

Maximè lata sententia in fauorem puritatis eiusdem infamati, aut consanguinei, prodest etiam inter alios. Barb. *d. cap.* 13. *num.* 38. & *de potest. Episcopi d. gloss.* 17. *num.* 49. *&* 50. Gonzal. *gloss.* 9. *§.* 1 *num.* 48. Scobar *de purit.* 2. *p. quæst.* 4. *num.* 2. *&* 14. Castil. *tom.* 6. *contr. cap.* 123. *num.* 19. Loter. *de re beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 43. *n.* 84. *&* 85. Valenz. *cons.* 92. *num.* 62. 66. 68. 69. & de ratione *num.* 112. & explicat eleganter *cons.* 90. 24

Quia purus semel habitus, & tanquam talis admissus, non debet vt impurus reiici. Burat. *dec.* 829. *num.* 9. *&* 10. vbi etiam quando admissi fuere alij eiusdem generis. 25

Et ad hoc vt ex auditu, & per famam probetur exceptio impuritatis sanguinis concludenter, plura essentialiter requiruntur, & præcipuè quod fama sit perpetua, & illæsa apud omnes; quod appareat oriri potuisse ex aliqua probabili causa; quod testes deponant ita audiuisse à maiori parte populi; & quod contrariis probationibus non debilitetur, prout in his terminis pluribus relatis docet Barbos. *d. gloss.* 17. *num.* 48. *& seqq.* & meliùs *de Canonic. cap.* 13. *num.* 40. *vsque ad* 44. Sperell. *dec.* 173. *num.* 37. *& seqq.* & benè ad propositum Rota *decis.* 167. *num.* 24. & *dec.* 182. *num.* 3. *&* 7. *p.* 1. *recentior.* Carleual. *de iudic. p.* 2. *tit.* 2. *disp.* 3. *num.* 8. 26

Et quando fama est orta ab inimicis, non attenditur, nec probat in materia puritatis. Scobar *de purit.* 1. *p. quæst.* 12. *§.* 2. & 2. *p. quæst.* 3. *num.* 7. & optimè Mantic. *dec.* 274. *num.* 9. Durand. *decis.* 131. *num.* 17. Barbos. *d. cap.* 13. *num.* 41. *& seqq.* Themud. *dec.* 105. Valenz. *cons.* 92. & quare *num.* 117. *& seqq.* & optimè *num.* 167. explicat Fermosin. *tract.* 2. *crim. ad cap.* 18. *de Iudæis, quæst.* 1. 27

Et facta probatione impuritatis ex parte Capituli potest prouisus contraria probatione probare suam puritatem, ex Seraph. & aliis August. Barb. *d. cap.* 13. *n.* 45. & *gloss.* 17. *num.* 48. Valenz. *cons.* 90. *num.* 51. Fermosin. *d. quæst.* 2. *num.* 26. 27. *&* 28. Vbi etiam an debeant esse testes omni exceptione maiores, de quo vide Syluam Respons. 28

Respons. *lib.1.respons.12.* Carleual. *de iudic. part.2. tit.2. disp.3. num.6.*

29 Et data paritate probationum, præualet semper illa, quæ fit super sanguinis puritate, cui assistit iuris præsumptio, vt tenet Valenz. *cons.90. num.50. 53. & 55.* Fermosin. *in dict. quæst. 2. num.29. & 30.* Ceuall. *quæst.900. num.84.* Barbos. *dict. c.13. num.45.* & *dict. gloss.17. num.48.* Loter. *dict. quæst.83. num 89. & 97.* Sperell. *decis.173. num.44.* Rota coram Mantica *decis.274.n.6. & 12.* & *decis.317. num.15.* & apud Put. *decis.2. lib.3.* & penes Ludouis. *decis.335. n.5. part.2.* Castill. *dict. cap.123. num.17.* Scobar *de purit. 1. part. quæst.8. §.2. num.25. & 26.* Durand. *decis.151. num.6.* Burat. *decis.829. num.8.* Ricciul. *de neophyt. cap.7. num.22.*

CAPVT VII.

De legitimatione requisita ad Episcopatus munus; & an illegitimi possint eligi ad Archiepiscoporum, aut Episcoporum dignitatem.

SVMMARIVM.

1 *De speciebus variis illegitimorum.*
2 *Requiritur vt Archiepiscopus, aut Episcopus sint nati de legitimo matrimonio, quia illegitimi sunt inhabiles.*
3 *Illegitimi absque dispensatione canonica ad Ecclesiastica beneficia, officia, dignitatesve sunt inhabiles.*
4 *Illegitimi sunt inhabiles ad Commendas, & ad Habitus susceptionem; & quare?* num.5.
6 *Talis est filius qualis est pater.*
7 *An legitimati per subsequens matrimonium admittantur; & quid in matrimonio putatiuo, aut clandestino.*

1 ELICTIS speciebus illegitimorum, de quibus in specie agit Girond. *de Episcopatus ratione 1. part. lib.2. disp.2. cap.1. num.1. & seqq.* Fajard. *in tract. de legitimat. per subsequent matrimonium, per tot.* eleganter Fermosin. *ad tit. & rubric. de filiis presbyterorum, & aliis illegitimè natis, pag. 178.* vbi infinitos refert *cap.1. quæst.2. per tot.*

2 Requiritur vt Archiepiscopus, aut Episcopus ex legitimo sit matrimonio natus, quia illegitimus inhabilis est ad Archiepiscopatus aut Episcopatus electionem aut nominationem, vt decidit Concil. Trid. *sess.7. de reformat. cap.1.* vbi multa refert Barbos. *in collect.* & probant textus *in cap. In cunctis, de electione, cap. Vt innotuit, cap. Vumtoniensis Ecclesia, eodem:* Glos. *in cap. Grandi, verbo Legitimo, de supplenda negligentia Prælatorum lib.6.* Franciscus Leo *in thesaur. fori Ecclesiastici, part.1. cap.3. n.8.* Bertachin. *de Episcop. lib.2. de causa materia Episcopal. num.81.* Vgolin. *de offic. Episcopi part. 1. cap. 1. §.1. num. 5.* Iacob. de Graff. *in aureis decisionib. lib.3. cap.2. n.11.* Maurit. de Alzed. *de præcellenti Episcopor. dignitate 1. part. cap. 3. num. 16.* August. Barbos. *de potest. Episcop. part.2. alleg.1. n.32.* eleganter post eum Girond. *dict. cap. 1. num.6. & seqq.* Fermosin. *in dict. cap. 1. de filiis presbyteror. quæst.5.*

Sunt enim illegitimi absque dispensatione canonica ad Ecclesiastica beneficia, officia, & dignitates, personatusque penitus inhabiles. Gregor. XI. *constit.8.* incipit, *Etsi à sacris*, apud Laërt. Cherub. *tom.2. pag.120.* de qua Nouarius *in summa Bullarum, tit. de illegitim. cum multis iurib.* & ex Concil. Trident. tradit Fermosin. *in rubric. de filiis presbyterorum, & aliis illegitimè natis, num.2.* Torreblanca *lib.2. de iur. spirituali, cap.13. num.42.* Laurent. de Peyrin. *tom.2. de Prælat. quæst.2. cap.5. §.9.* Petr. de Boll. *in œconomia canonic. claus.1. cap.2. §.3. pag.47. & 48.* Barbos. *de iur. Ecclesiast.1. p. cap.33. num.149.* cum multis exornat Solorzan. *de iur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.20. per tot.* 3

Et eodem modo sunt incapaces ad Commendas, & ad susceptionem Habitus, vt ex variis decretis Pontificalibus tradit Laërt. Cherub. *pag.13.* March. de Tarif. *en la fundacion de la orden de san Iuan en el viage de Hierusalen, cap.2. fol.111.* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verb. Illegitimus, num.3.* Barbos. *in summa decision. Apostolicar. collectan. 415. num.3.* Mendo *de Ordinib. Militarib. disquisit.2. quæst. 1. num. 10.* Scano *in propugnaculo Religionis Militaris discept.3. cap.1. num.10.* & vltra eos quos refert, Solorzan. *de iur. Indiar. tom. 2. lib.2. cap.17. per tot.* 4

Ratio huius prohibitionis est, quia proles illegitima non videtur honorabilis hominibus, neque Deo amabilis, neque in fide stabilis, vt scripsit Bonifacius Martyr ad Regem Anglorum, relatus *in cap. Si gens Anglorum, 56. dist.* & probatur *in cap. Si quis cum militibus, 5. quæst.1.* vbi quod nati ex meretrice degeneres, & ignobiles iudicantur, & honores & dignitates habere non merentur, vt dicit textus *in cap. penultim.* 5

multim. 56. *dist.* & latè agunt Chassan. *in catalog. glor. Mundi part.* 11. *considerat.* 15. Scobar *de puritat. sanguin.* 1. *part. quæst.* 4. §.6. Bonacin. *de irregularit. disp.* 7. *quæst.* 2. *punct.* 3. *num.* 2.

6 Requiritur etiam legitimatio natalium in Archiepiscopo, aut Episcopo, propter præsumptionem incontinentiæ, vt consideratur in prole illegitima; incontinens enim præsumitur, cuius pater incontinens fuit, vt *ex dict. cap. Si gens Anglorum*, probat Alciat. *de præsumpt. regul.* 1. *præsumpt.* 24. Rojas *de success. cap.* 15. *num.* 11. Rebuf. *in praxi beneficial. tit. de dispensat. super defect. natal. num.* 5. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 16. & vt est in prouerbio, sæpe solet filius similis esse patri. Gloss. *in l. Quod si nolit*, §. *Si mancipia*, *ff. adilitio edict.* Vnde Ouid. *lib.* 4. *metamorphos.* cecinit:

Qui vires in foliis, venit à radicibus humor;
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

7 At legitimatos per subsequens matrimonium ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus absque aliqua dispensatione promoueri posse, eleganter exornat multis citatis August. Barbos. *de potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 1. *num.* 33. & *in cap. Tanta, qui filij sint legitimi, num.* 24. & vltra quos refert, idem tenet in terminis Fajard. *in tract. de legitimat. per subsequens matrimonium, num.* 121. & 122. Pontius *de matr. lib.* 11. *cap.* 11. *num.* 5. Lupus *de illegitimis & natural. lib. commentar.* 4. §. 3. *n.* 8. eleganter exornat Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 43. vbi quod est glossa expressa *in cap. Innotuit*, per textum ibi, *verbo Coniugata, de electione*; & multos refert latissimè Girond. *de Episcopo* 1. *p. lib.* 2. *disp.* 3. *cap.* 1. & *seqq.* vbi ad varias quæstiones circa matrimonium clandistinum & putatiuum, de qua re etiam nos diximus *tom.* 1. *ad ord. tit.* 1. §. 6. *gloss.* 55. *num.* 13. & *seqq.* & loquendo in successione commendæ, idem tradit Scan. *dict. discept.* 3. *cap.* 1. *num.* 28. vbi idem procedere asserit in legitimatis per rescriptum Principis: de qua re est etiam videndus omnibus citatis nouiter Rojas *de incompatibilitate maiorat.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 18. & *seqq.* Scan. *dict. discept.* 3. *dict. cap.* 1. *num.* 18. & *seqq.* vbi limitat in filiis Regum, Principum, Comitum, aut maioris gradus, quia isti tales illegitimi admittuntur; & ibi multos DD. refert, & testatur de consuetudine Moren. de Vargas *en la Noblesa de España*, *discurs.* 3. *num.* 26.

CAPVT VIII.

Vtrum illegitimus possit dispensari ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem; & an dispensatus quoad omnes Ordines, beneficia, & dignitates, censeatur dispensatus quoque ad Archiepiscopatum, Episcopatum, aut Cardinalatum.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum illegitimus dispensari possit ad Archiepiscopatus & Episcopatus dignitatem; & an dispensatus quoad omnes Ordines, beneficia, & dignitates, censeatur dispensatus ad Archiepiscopatum, & Episcopatum?* & num. 2. 3. 4. & 5.

CVm natalium defectus excludens ab Archiepiscopatibus, Episcopatibus, Cardinalatibus, Dignitatibus & honoribus illegitimos nitatur, & fundetur in præsumptione, & non in culpa eorum; cùm nasci de adulterio non sit culpa eius qui nascitur, sed illius qui generat, vt inquit Diu. Hieronym. relatus *in cap. Nasci*, 56. *dist.* & præsumptio omninò cedit veritati, *l. Nuptura*, *ff. de iure dot.* certum & indubitatum est illegitimos esse benemeritos dignitatum, & honorum propter ingentes virtutes, quibus ornantur, & veram & naturalem nobilitatem, quâ potiuntur. Virtus enim origo & causa est totius nobilitatis, vt latè probat Tiraquellus *de nobilit. cap.* 4. vbi hos versus affert. 1

Si pater est Adam cunctis, si mater & Eua,
Curne omnes sumus nobilitate pares?
Degenerant homines vitiis, fiuntque minores;
Exaltat virtus, nobilitatque genus.

Quos etiam adducit Barnabas Moreno de Vargas *en los discursos de la Nobleza de España*, *discurs.* 1. *num* 7. vbi originem Nobilitatis à virtute descendere, benè ostendit; & pro epigrammate alia scripsit in lingua, & idiomate Hispano, qui certè Nobilitatis originem, & conseruationem discretè comprehendunt, ibi: 2

Las armas y las letras dan nobleza,
Conseruala el valor, y la riqueza.

Non

3 Non adeò illegitimi sunt incapaces bonorum, quin morum probitate & virtute clarissimi ad omnes honores, Episcopatus, dignitates, & officia admittantur; fuerunt enim ad summam Pontificatus dignitatem quamplures admissi, quorum nomina & parentes referuntur *in cap. Osius*, 56. *dist.* & plures Imperatores, Reges, Principes, Episcopos, & DD. illegitimos referunt Paleotus *de nothis & spuriis cap.* 57. *num.* 7. *& cap.* 66. Tiraquel. *de nobilit. cap.*15. *num.*31. Rojas *de successionib. cap.* 15. *num.*18. Lara *de Capellaniis lib.*2. *cap.*4. *num.*6. *&* 7. notat vnico verbo Barbos. *de potest. Episcop. part.*1. *tit.*1. *cap.* 3. *num.*46.

4 Vnde qualitas legitimationis natalium requisita ad Archiepiscopatus, Episcopatus, aut Cardinalatus electionem, aut nominationem, dispensari potest, præsertim in personis benemeritis, à Papa, cuius est dispensare, vt ex textu *in cap.*1. *de filiis presbyterorum*, *cap. Consulait* 5. *de servis non ordinandis*, *cap. Per venerabilem, in fin. qui filii sint legitimi*, *cap. Nisi cùm pridem*, §. *Persona*, *de renunciat.* tradit Solorzan. *de iur. Indiar. tom.*2. *lib.*3. *cap.*20. *num.*7. Petrus Gregor. *de benefic. cap.* 5. Campanil. *in Diuers. iuris Canonici*, *rubrica* 11. *cap.* 13. *per tot.* Nauarr. *cons.* 1. *& seqq. titul. de filiis presbyterorum*: Tusch. *lit.O. conclus.*193. *num.* 11. & *lit S. conclus.* 415. *num.*6. cum multis eleganter Fermosin. *in cap. fin. de filiis presbyteror. quæst.*4.5. *&* 6. *num.*10.

5 Quæ dispensatio debet esse specialissima ad Episcopatum, aut Archiepiscopatum, aut Cardinalatum, quia dispensatus quoad omnes Ordines, beneficia, & dignitates, non censetur dispensatus quoque ad Episcopatum, Archiepiscopatum, & Cardinalatum, vt tenet & exornat etiam ad varios casus Fermosin. *in dict. cap. fin. de filiis presbyteror. quæst.*6. *num.*1. *& seqq.* Bonacin. *de irregularit. quæst.* 2. *punct.*3. *num.*14. cum multis Fagundez *de præceptis Ecclesiæ*, *præcept.* 5. *lib.* 3. *cap* 3. *num.* 5. vnico verbo August. Barbos. *dict. cap.*3. *num.*46. & optimè dicit Sayr. *de censur. lib.*6. *cap.*11, *num.*17. Gloss. *in cap.*21. *de prabend. lib.* 6. Tabiena *verb. beneficium* 2. §. 20. *num.*24. Majolus *de irregularit. lib.*1. *cap.*9. *num.*4. Pax Iordanus *in variis lucubrationibus*, *tom.* 2. *lib.* 10. *titul.*19. *num.*70. Peregrin. *de fideicom. art.* 23. *numer.* 8. Ojeda *de incompatibilit. beneficii*, *part.*2. *cap. fin. num.*77. Marcel. Vulpe *in prax. cap.*47. *num.*29. Diana *part.*10. *tract.*9. *resolut. vnica*, *in vers. Sed vt magis*, Leander *de irregularit. tract.*2. *disp.*3. *quæst.*45. Barbos. *in Bullario*, *& in compendio decisionum ac alibi*, *verb. Filius*: & Fermosin. *dict. quæst.*6. *& antecedentib.* respondet ad contraria, & est omninò videndus *quæst.*7. in quibus omnibus agit latissimè de filiis illegitimorum, & qui comprehendantur: de quo Solorzan. *dict. cap.* 10. *num.*8. *& seqq.* vbi *num.* 55. inquit quod dubius circa modum & formam dispensationis est tutus, & securus tam in foro iudiciali, quàm in conscientia, dummodò si illam habeat læsam scrupulum deponat: & ibi multos DD. refert Fermosin. *vbi suprà*: agit etiam an illegitimus dispensatus ad ingrediendam Religionem censeatur dispensatus ad Generalatum, aut Episcopatum, de quo etiam Scan. *in propagn. Religion. discept.* 3. *cap.*1. *num.* 12. *& seqq.* & de facto vidisse declaratum notat Barbos. *dict. cap.* 3. *num.* 46. de aliis qui possunt dispensari.

CAPVT IX.

Vtrum expositus eligi possit in Archiepiscopum, aut Episcopum.

SVMMARIVM.

1 *Expositi an admittantur ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus, dignitatum, & officiorum apicem, quæ sanguinis puritatem requirunt, & ad Habitus Militares*: & num. 2. 3. 4. 5. & 6.
7 *Expositi an dicantur pari sanguine.*
8 *Expositi sunt habiles ad omnes dignitates.*
9 *Expositi reputantur legitimi*: & n.10.
11 *De expositorum materia, & ad varias quæstiones.*

1 QVAMVIS plures DD. teneant expositos non admitti ad Archiepiscopatus, Episcopatus, aut dignitatum, & officiorum apicem, quæ sanguinis puritatem requirunt, nec etiam ad Habitus Militares, vt multis citatis tenet Girond. *de Episcopatus ratione & necessitate, lib.*2. *disp.*1. *num.*1. *& seqq.* Fermosin. *in cap. fin. de filiis presbyteror. pag.*182. *quæst.*1. *num.*1. *&* 2. vbi alios refert, & vltra eos probat Scano *dict. cap.*2 *num.*14. ex Lara *de Capellaniis lib.* 2. *cap.*4. *num.* 37. *cum seqq.* Girond. *de priuil. num.*1443. Ricciul. *de neophyt. cap.*7. *num.* 33. Scobar *de puritate & nobilitate probanda*, 1. *part. quæst.*8. §.3.

§. 3. *num.* 45. Gratianus *forens. cap.* 267. *num.* 24. Sanctarel. *variar. resolut. quæst.* 44. *vers.* 3. *in fin.* Velascus *de priuileg. pauper. part.* 2. *quæst.* 63. §. 2. *num.* 199. *& seqq.* Ludouicus Bocher. *de expositis num.* 6. *fol.* 16. Mend. *de Ordinib. Militarib. disquisit.* 3. *quæst.* 5. *num.* 49. Garcia *de benefic. part.* 7.
2 *cap.* 3. *ex num.* 8. ex eo quia filij legitimi non solent exponi, sed potiùs qui nascuntur ex furtiuis, & fornicariis congressibus: verisimiliusque esse eos nasci contra matrimonium, qui sic à parentibus contemnuntur; certumque esse, vt ex centum expositis plusquam nonaginta sint illegitimi, cum multis exornat Boss. *moral. part.* 2. *tit.* 1. §. 43. *num.* 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. vbi multos refert, & exornat.

3 Et cùm ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem requiratur legitimitas in prole, vt diximus *cap.* 6. non debent admitti expositi; legitimi enim non reputantur, quia vt dixit Rota apud Seraphin. *decis.* 1081. exponens infantem repugnat valdè legitimæ filiationi, quod etiam tradit Bonacin. *de censur. disput.* 7. *quæstione* 2. *punct.* 3. *numer.* 10. Hurtadus *disp.* 2. *de irregularitat. difficultat.* 14. *numer.* 57. Marchin. *de Ordine tract.* 1. *part.* 10. *cap.* 1. *definitione* 1. Bossius *dict.* §. 43. *numer.* 1566.

4 Quam opinionem contra expositos adeo acriter admisit Mendo *vbi suprà*, *num.* 50. vt nec cum illis dispensandum fore testetur.

5 Tamen quia ista materia est fauorabilis, & resoluta à Gregor. XIV. in bulla edita anno 1591. in fauorem Confraternitatum vbi isti expositi educantur, ideò existimo ad Archiepiscopatus, Episcopatus, ad Ordines, officia, & beneficia, ac dignitates esse admittendos, vt in terminis tradit Girond. *dict. cap.* 3. *per tot.* vbi multos refert, & vltra eos Dian. Molphesius, Gratian. Sanctarel. Salas, Schillante, Præposit. Castrus Palaus, Gibalinus Leander, quos refert Fermosin. *dict. quæst.* 1. *num.* 4. & *in cap. fin. de præsumpt. quæst.* 12. *& fin.* & vltra eos idem tradunt in terminis dictæ bullæ Pellizar. *in manual. Regular. tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *num.* 70. Basil. Pont. *de matrimon. lib.* 11. *cap.* 9. *num.* 4. Boss. *moral. variar. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 1. §. 43. *num.* 1569. Henriq. *in summa tom.* 2. *lib.* 14. *cap.* 8. *num.* 10. *lit.* K. *in annotationib.* Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 30. Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *resolut.* 96. *vers. Probatur* 3. Garcia *in politic. Regular.* 1. *part. tract.* 3. *difficult.* 3. *dub.* 3. *num.* 3. cum multis Boss. *dict.* §. 43. *num.* 1569. eleganter etiam exornat Frances *de Eccles. Cathed. cap.* 28. *num.* 104. *& seqq.*

Adeò quod debeant admitti ad dignitates, beneficia, & officia, in quibus adsunt statuta de puritate sanguinis, quia eam habent ex iuris præsumptione, vt sæpius iudicauit Rota apud Ludouisium *decis.* 498. & apud Coccin. *decis.* 68. Boss. *dict.* §. 43. *num.* 1569. *& seqq.* Frances *vbi suprà.* 6

Ideo expositos reputandos esse puri sanguinis tenent plures apud Dian. *dict. resolut.* 96. Valenz. *cons.* 90. *num.* 70. Boss. *vbi suprà*, Frances *vbi proximè.* 7

Et sunt habiles ad Episcopatus, dignitates, & ad omnes Ordines, officia, & beneficia, neque vllâ dispensatione Pontificis, aut Episcopi indigent, vt tenet Scan. *dict. cap.* 2. *num.* 22. *&* 29. Dian. *dict. resolut.* 9. Lessius *in* 3. *part. Diui Thomæ, cap.* 9. *de irregularit. dub.* 1. *num.* 62. Boss. *vbi sup.* Frances *vbi proximè.* 8

Reputantur enim legitimi, vt communiter affirmant DD. Paleot. *de nothis & spuriis cap.* 63. *num.* 3. Paschal. *de virib. patriæ potest. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 10. Castill. *tom.* 6. *contr. cap.* 124. *num.* 21. Lezan. *in summa quæstion. regular. tom.* 3. *verb. Illegitimi regulares*, *num.* 15. Basseus *in florib. Theologic. verb. Expositus*, *num.* 2. Bordon. *tom.* 1. *resolut.* 12. *num.* 55. Pellizar. *in manual. Regular. tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *num.* 70. Machad. *en el perfecto Confessor*, *tom.* 1. *lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 17. *document.* 1. *num.* 6. Castro Palao *tom.* 6. *disputat.* 6. *punct.* 9. *num.* 3. Bossius *vbi suprà.* Frances *vbi proximè.* 9

Neque obstant quæ in contrarium adduximus, & alia quæ omisimus; ad omnia enim sigillatim respondet, & satisfacit Bossius *dict.* §. 43. *num.* 1572. *vsque ad num.* 1575. Frances *dict. cap.* 28. *numer.* 104. *& seqq.* 10

De expositis, & de eorum priuilegio, & materia ad varias quæstiones, & ad omnes, quæ accidere possunt, sunt videndi suprà citati, & maximè Bossius *dict.* §. 43. *num.* 1576. *& seqq.* Frances *de Eccles. Cathed. dict. cap.* 28. *num.* 104. *& seqq.* vbi omnia tradit. 11

CAPVT

CAPVT X.

An ignotis natus parentibus, vel de quibus vtrum legitimè generauerint, dubitatur, in Episcopum promoueri possit.

SVMMARIVM.

1 *An ignotis nati parentibus admittantur ad Episcopatum.*

1 HANC quæstionem latè resoluit Girond. *de Episcopatus ratione, lib.2.disp.3.* §. 4. vbi *num.*1. resoluit affirmatiuè ex Auila 7.*p.disp.*3. *dub.*10. & idem Girond. *vers. Secundus casus*, agit de illo qui quidem censebatur antea legitimus, & cœpit posteà vel per infamiam, vel aliquo nomine illegitimus haberi; & ibi per plures casus resoluit.

CAPVT XI.

Vtrum nobilitas, seu fidalguia, requiratur ad hoc vt aliquis ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem eligatur; & an ignobilis possit nominari.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas requiritur ad hoc vt aliquis ad Archiepiscopatus aut Episcopatus dignitatem eligatur.*

2 *Eadem nobilitas requiritur ad Ordinis Militaris Habitum.*

3 *Nobilitas requiritur in hoc Regno in Iustitiæ Rectore, & in omnibus Magistratibus: & de ratione*, num.4.

5 *De nobilitate, & fidalguia, quomodo probentur.*

6 *Vtrum præstet Episcopum nobilem esse quàm ignobilem, & an ignobilis possit eligi.*

1 RESOLVENDA est hæc quæstio affirmatiuè, vt experientia docet, quia solùm Nobiles, vulgò *Fidalgos*, ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem eliguntur, vt in hoc Regno videmus, & probatur per ea, quæ Barb. *de potest. Episcopi p* 2. *alleg.*1. eleganter cum multis tradit: Girond. *de Episcopatus ratione lib.*2. *disp.*6. *cap.*1. *de nobilit. sacri Præsulis*, vbi eleganter exornat, & eruditè pertractat.

Et eadem nobilitas requiritur ad Ordinis Militaris habitus admissionem. Tarrifa *en la fundacion de la orden en el viage de Hierusalem, cap.*2. *fol.* 111. Mendo *de Ordinibus Militarib. disquisit.* 2. *quæst.* 1. *num.*10. Burat. *decis.* 42. *num.*1. Rojas *dec.*50. Scano *in propugnaculo sacræ Religionis, discept.* 3. *cap.*3.*num.*1. 2

Quæ etiam nobilitas requiritur in hoc Regno in iustitiæ Rectore, & in omnibus Magistratibus, vt cum multis DD. diximus *in commentar. ad ord. tom.*1. *tit.*1. *glos.*5. *per tot.* Marquez *de gubernatore Christiano lib.*1. *cap.*1. §.4. Valasc. *de Iudice perfect. rubric.*4. *annot. vnica, num.*9. Scobar *de purit. & nobilit. probanda, quæst.* 1. *proœmial.* §.5. *num.*3. *& seqq.* Ribeiro *in lib. intitulato Lustre ao Desembargo de Paço, cap.*2.*num.*161. *& seqq.* exornat Valenz. *cons.* 116.*tom.* 2. Fragos. *de regim. Reip.* 1.*p. lib.*4. *disp.*9. *per tot.* Carualh. *in cap. Raynaldus, de testam.*1.*p. num.*273. Larrea *decis.*17. Censal. *ad l.vnicam, Cod. si quis Imperatori maledixerit*, §.11. *pag.*78. exornat Solorzan. *emblem.*52. *n.*41. *& seqq.* 3

Ratio in qua fundatur hæc resolutio consistit in præsumptione, quæ pro Nobilibus militat, vt exornauimus *in commentar. ad ord. tom.*3. *lib.*1. *tit.*24. *glos.*1. *n.*7. *& seqq.* Scan. *d.cap.*3.*num.*2. 4

De nobilitate & fidalguia, & quomodo probetur, & quis dicatur nobilis, diximus *tom.*1. *d.glos.*5.*num.*5. & *tom.*3. *d.glos.*1. *num.*12. *& seqq.* Scan. *d.cap.*3. *per tot.* 5

Vtrum autem præstet magis Episcopum nobilem esse, quàm ignobilem; & an, & quando possit eligi in casu necessitatis ignobilis, tradit Girond. *d.disp.*6.*cap.*2. 6

CAPVT XII.

Vtrum habens filios, vel nepotes possit ad Episcopatus dignitatem eligi aut nominari.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum habens filios, & nepotes possit ad Episcopatus dignitatem eligi*: & n.2.3.& 4.

QVAMVIS possit eligi in Episcopum, qui filios habet, aut nepotes, iuxta textum *in cap. Episcopus qui filios*, 12.*quæst.*2. & multi Episcopi habentes filios à Sede Apostolica ad 1

Episcopatus fuissent promoti, ex rationibus de quibus Aug. Barbos. *de potest. Episcopi p.1.tit.2.gloss.19.num.30.in med.& seqq.* vbi multos refert, & non paucas authoritates allegat.

2 Attamen contraria sententia mihi verior videtur, cum Nauarr. *de spoliis cleri-cor.* §.19.*num.*2.ex authent. *Quomodo oportet Episcopos*, §.1. *collat.* 1. & ex textu *in cap. De Syracusano*, 28. *dist.* & ex rationibus de quibus idem Barbos. *d. gloss.* 9. *num.*26.*& seqq.*quod antea dixit *tit.*1.*cap.*3. *num.*46.

3 Et meritò, quia per filios Prælatorum Ecclesiastica solet periclitari substantia, vt ait Pelagius *in d.cap. de Syracusana*, relato à Barbos. *d.num.*46.

4 Et contraria opinio procedit quando summus Præsul dispensat, vt ex Innocent. & Abb. tenet Nauarr. *d.*§.19.*num.*2. vt dispensauit cum nobilissimo Episcopo Leiriensi Petro Vieira de Silua, qui multos filios habebat anno 1671.

CAPVT XIII.

Vtrum habens concubinam, vel vxorem, possit ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem eligi, aut nominari: & quid si inscia vxore promotus, vel ordinatus fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo ordinando, aut eligendo concubinam habere nocet; vxorem non item, si iam non habeat.*

2 *Quid si maritus inscia vxore factus clericus electus fuerit ad Archiepiscopatum, & suscipit Ordines sacros, vel in Religione profitetur.*

3 *Idem etiam procedit si inter coniuges diuortium sit celebratum, nisi ex mutuo consensu coniuges ingrediantur Religionem: quod etiam post consummatum matrimonium facere possunt:* & n.4.

4 *Religiosus potest nominari ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem.*

1 PISCOPO ordinando, aut eligendo concubinam habere, aut habuisse nocet; vxorem non item, si iam non habeat, & fuerit eius qualitatis, quæ proponitur in nouella, de qua Arias de Meza *lib.* 3. *var. cap.*41.*num.*18. de quo vide Aug. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi p.* 1. *tit.* 2. *glos.* 4. *num.* 5. Azor. *inst.moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 13. *quæst.* 7. Alzed. *de præcellenti Episcoporum dignitate*, 1.*p. cap.*3. *num.* 64. *cap. Catmensis*, 61. *dist.* ibi: *Qui nec vxorem habeat, neque filios.*

Quid si maritus inscia vxore factus clericus electus fuit ad Archiepiscopatum, & suscepit Ordines sacros, vel in religione profitetur? Totum est nullum, quamuis mulier consentiat vel per dolum, vel metum, ad textum *in cap. Placet, in cap. Quidam, de conuersione coniugatorum: cap. Notificasti*, 35. *quæst.* 5. *cap. Sunt qui dicant*, 27.*quæst.*2.Sanch.*de matr.lib.*7.*disp.*34. *&* 35. Basil. *de matr. lib.*9.*cap.*11. Gratian. *tract.* 1. *definit.* 5. *add.* 4. *punct.* 3. *num.*46. *& seqq.*Mendo *de Ordinib.disquis.*5.*quæst.*3. *num.* 10. 2

Idem etiam procedit si inter coniuges diuortium sit celebratum.Basil. *lib.*9.*cap.*19. Dian. *part.* 3. *tract.*4. *resolut.* 257. Scan. *in propugnaculo Religionis, discept.* 3.*cap.*5. *num.*5. 3

Nisi si ex mutuo consensu coniuges ingrediantur Religionem; quod etiam post consummatum matrimonium facere possunt, *cap. Qui vxorem*, 33. *quæst.* 5. *cap. Cùm ad Apostolicam, de conuersione coniugatorum*; sine licentia Episcopi, nec alterius personæ. Thomas Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 32.*num.*3. Cesped. *de exemptis Regularib.dub.*56. Gratian. *in politic. Regular.tom.*1. *tract.*2. *definit.* 2. *dub.* 10. *punct.* 3. *num.*43. Scan. *vbi suprà, num.* 2. In hisenim terminis cùm Religiosus possit in Archiepiscopum aut Episcopum eligi, vt cum multis tenet Barbos. *de potest. Episcop. p.*1.*tit.*1. *cap.*3. *num.* 47. *& seqq.* Rojas *de incompatibilit. pag.* 308. tunc benè potest vxoratus esse Archiepiscopus, aut Episcopus. 4

CAPVT XIV.

Ære alieno grauatus an possit in Archiepiscopum, aut Episcopum eligi, aut in Religione admitti.

SVMMARIVM.

1 *Ære alieno grauatus an possit in Archiepiscopum, aut Episcopum eligi, aut in Religionem admitti; & quid in decectoribus.*

2 *Limitatur*

2 *Limitatur in quinque casibus, de quibus etiam* num. 3. 4. 5. & 6.

1 NON solùm debitores, sed & qui ad ratiocinia obligati sunt, non possunt in Archiepiscopatibus, Episcopatibus, aut Religionibus admitti, *cap. Legem*, 53. *dist. cap. vnic. de obligat. ad ratiocin.* latissimè Carol. Marant. *respons.* 51. *p.* 5. & disponit Bulla Sixti V. quæ incipit *Cùm de omnibus*, expedita anno 1587. quâ prohibentur admitti decoctores post dilapidatam rem familiarem & contractam ingentem vim æris alieni, quam Sixti V. dispositionem postmodùm reuocauit Clemens VIII. in Bulla quæ incipit *In suprema*, data anno 1602. quantùm ad valorem professionis decernens, validam fore professionem emissam à grauato ære alieno, licèt in certas pœnas incurrant, qui eum admiserint, vt testatur Scan. *d. discept.* 3. *cap.* 6. *num.* 2. 3. & 4. cum quo venit limitanda prædicta resolutio in sequentibus casibus.

2 Limitatur primò prædicta resolutio, si debita sint incerta quantùm ad personas, cùm restitutio fieri debeat pauperibus, & alicui in specie quis non sit adstrictus. Aragon. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *circa solutionem ad primum*: Rodrig. *tom.* 3. *regular. quæst.* 10. *art.* 9. Fagund *de iustitia lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 5. Trullench *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 12. *num.* 1. Sanch. *lib.* 4. *in sum.* S. Faust. *lib.* 5. *in thesaur. Religionis*, *quæst.* 134. Garcia *in politic. Regular. tom.* 1. *tract.* 2. *definit.* 2. *dub.* 9. *num.* 8. Pelliz. *in manual. Regul. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 46.

3 Secundò limitatur in eo, qui bonis cedit, quamuis bona non sufficiant ad debita soluenda, de quo vide S. Thom. 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 6. *ad* 3. Azor. *lib.* 12. *cap.* 5. *quæst.* 5. Sanch. *vbi suprà*, *num* 8. Lessium *de iustitia & iure cap.* 16. *lib.* 2. *dub.* 8. Dian. *p.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 41. Lezan. *tom.* 2. *regular. cap.* 24. *num.* 17. Garcia cum aliis *num* 9. S. Faust. *d. quæst.* 134. *num.* 5. Dian. *p.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 82. Bordon. *de profess. Regular. cap.* 2. *quæst.* 29. *vers.* 7. *dubio.*

4 Tertiò Limitatur in eo qui ingenti ære alieno non fuerit adstrictus, vt quando debitum non fuerit supra vires facultatum, vt in prohibitione dicti motus docent Roderic. 2. *tom. summa*, *cap.* 3. *num.* 7. & *tom.* 3. *quæst. regular. quæst.* 10. *art.* 9. *notabil.* 2. Sanch. *d. cap.* 19. *num.* 24. Lugo *tom.* 1. *de iustitia & iure*, *disp.* 21. *sect.* 6. *n.* 87. & 88. Fagund. *vbi suprà*, *num.* 5. Garcia *num.* 11.

5 Quartò limitatur in eis, qui absque culpa peruenerunt ad inopiam, & impotentiam soluendi creditoribus, vt tenet Sanch. *suprà*, *num.* 25. Fagund. *num* 7. Garcia *num.* 11. Dian. *d. resolut.* 81. Bonacin. *de restit. disp.* 1. *q. vltim. punct.* 2. §. 1 *n.* 8.

Quintò limitatur in debitoribus ex promissione liberali, vt ex donatione, quia propriè non possunt dici ære alieno grauati. Sanch. *num.* 10. Dian. *d. resolut.* 82. *vers. Notandum est*, cum aliis Garcia *suprà*, *num.* 13. vbi quod donationes liberæ non possunt hoc impedire, nec donator potest compelli, nec carcerari à donatario, vt ex Hermosill. prosequitur Scan. *d. cap.* 6. *num.* 13. 6

CAPVT XV.

Vtrum criminosi possint in Archiepiscopos aut Episcopos eligi, ac in Religionem admitti.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum criminosi possint in Archiepiscopos aut Episcopos eligi, ac in Religionem admitti*: & n. 2. 3. & 4.

QVAMVIS criminosi non videantur exclusi, multos enim delinquentes admissos fuisse notant Portel. *in dubiis regularib. verbo Nouitij qualitates*, *num.* 12. & *in tom. de responsis moralib p.* 1. *cas* 7 & 8. Garcia *in politic. Regular. tom.* 1. *tract.* 2. *difficult.* 2. *dub.* 9. *num.* 1. Scan. *d. discept.* 3. *cap.* 7. *n.* 2. 1

Attamen qui crimen habent non possunt in Archiepiscopos, aut Episcopos eligi, vt probat textus *in cap Catinensis*, 61. *dist.* ibi: *Neque crimen aliquod*; vt vnico verbo notat Barbos. *de potest. Episcopi p.* 1. *tit.* 2 *glos* 4. *num.* 0. 2

Neque in Religione admitti, ex Bulla Sixti V. de qua Scan *d. cap.* 7. *num.* 3. quæ prohibet ne ad Religiones admittantur qui in sæculo criminosi fuerint, delictaque perpetrassent; & irritam susceptionem habitus, professionemque eorum nullam esse declarat, & decernit: de qua constitutione meminerunt Roderic. *quæst. regular. tom.* 2. *quæst.* 1. *art.* 3. Garcia *vbi suprà num.* 3. Pelliz. *in manual. Regular. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 3. Quarant. *in sum. Bullary. verb. Monasteria & Conuentus*, Graffis *de effectibus clericat.* 1. *effect n.* 1142. 3

Quod tamen Clemens VIII. reformauit quoad eam partem quâ irritat professiones 4

siones admissorum ad Religionem, easque nullas declarat, & decernit; reducens prædictam constitutionem ad terminos iuris communis, & Sacrorum Canonum, prout testantur Sanch. *in summa, lib.4. cap. 19. num.21.* Portel. *d. cas.7. & 8.* Peyrin. *de Prelato, quæst.3. cap. 1. num. 6. & 7.* Lezan. *tom.1. regular. cap.24. num.15.* Garcia *vbi suprà, num. 5.* Mendo *de Ordinib. Militarib. disquisit. 2. quæst.2. num.78.* Barbos. *de potest. Episcopi alleg.101. num.42.* Carleual. *de iudic. lib.1. tit.1. disp. 2. n. 449.* latè Bordonus *de professione regulari cap.3. quæst.23.* & ad varias quæstiones vide Fermosin. *crim. tract. 1. cap. 4. de accusat. pag.29. & seq.*

CAPVT XVI.

Vtrum corpore vitiati, infirmi, & insani possint in Archiepiscopos aut Episcopos eligi, ac in Religione admitti.

SVMMARIVM.

1 *Corpore vitiati inhabiles sunt ad munera Ecclesiastica exercenda.*

2 *Deformitas corporis animi deformitatem ostendit.*

3 *Infirmi etiam actualiter, vel habitualiter an possint eligi.*

4 *Insani an admittantur.*

1 IN hac materia est certum, quod corpore vitiati inhabiles sunt ad munera ecclesiastica exercenda, vt ex titulo *de corpore vitiatis,* probant DD. Bordon. *de professione regular. cap. 3. quæst.* 14. Marant. *respons. 64. p. 5.* Tamburin. *tom. 3. de iure Abbat. disp. 6. quæst. 3. num. 29.* Garcia *in politic. regular. tom.1. tract.2. different. 2. duda 11. punct.3. num.4.*

2 Deformitas enim corporis animi deformitatem ostendit, *cap. Cùm infirmitas, de pœnitentia:* exornat Scan. *in propugn. Religion. Militar. discept. 3. cap.8. num.3. & 4.*

3 Infirmi etiam actualiter, vel habitualiter, quibus scilicet persæpè aduenit aliqua grauis infirmitas, vt fatigatio cordis, non possunt admitti. Garcia *vbi sup.num.3.* Lezan. *tom. 4. verb. Professio, num. 18.* à S. Fausl. *in thesaur. lib.5. quæst. 212.* Bordon. *vbi suprà, quæst.16.*

4 Insani quoque non admittuntur, quia sunt incapaces, *cap. Sicut, de Regularib.* de cuius conclusionis limitationibus, & declarationibus latè agunt Sanch. *in Decalog. lib.4. cap.1. num.5.* & *lib.5. cap.4. n.53.* Suar. *de Religione tom.3. lib.5. cap.4.* Tamburinus *tom.3. disp.6. quæst. 3. num. 2.* Bordon. *de profess. regular. cap.3. quæst.8. n.41.* Hieronym. Garcia *difficult. 2. dub. 6.* Mirand. *tom 1. quæst.17. art.5. conclus.3.* Peyrin. *de Prælato, quæst.3. cap.1. num.37.*

CAPVT XVII.

Quæ ætas requiratur ad hoc vt aliquis eligatur ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ætas requiratur ad hoc vt aliquis eligatur ad Archiepiscopatus dignitatem:* & num.2.

2 *Impubes si consecretur, quid dicendum.*

AD Episcopatus culmen nemo promoueri potest ante annum trigesimum, vt habetur *in cap. Quicumque, 77. dist.* postmodùm verò, ex constitutione Alexandri III. in Concil. Lateranensi superadditum fuit vt exegerit trigesimum annum, *in cap. Cùm in cunctis, de electione,* vbi Barbos. & Fermosin. Azor. *Instit. moral. lib. 6. cap. 5. in princip.* Guttier. *canonicar. lib.1. cap.28. n.39.* Cardos. *in prax. verb. Episcopus, num. 2.* Castro Palao *oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp.4. punct. 3. num.1.* cum multis Aug. Barbos. *de potest. Episcopi p.2. alleg.1. num.16. & 27.* vbi quid in Regno Franciæ: latè Narbona *de ætat. anno 30. quæst.2. num.4.* & *quæst.5. & quæst.8. num.4.* 1

Itaque non ampliùs satis est attigisse prædictos 30. annos, nisi expleuisse pateat, ex Rebuf. *in prax. beneficial. rubric. Requisita ad collationem bonam, num.* 37. licèt Glos. *in cap. vnico, vers. Compleuerint, de ætate, & qualitate in 6.* dixerit Episcopum esse posse, qui trigesimum ingressus est annum: cui respondetur per Barbos. *d. alleg.1. num.28.* Narbona *de ætatis anno 30. quæst.5. & num.2.* 2

Impubes autem si consecraretur nihil ageret, ex Diuo Thom. *ad 3. p. Summæ, quæst.39. art.2.* Henriq. *in summ. lib.1. cap.21. §.4.* & *lib.10. cap.14. §.3.* Siluest. *verb. Ordo 4. num.1.* 3

num. 1. Menoch. *de arbitr. cent.* 5. *caſ.* 427. *num.* 10. Auguſt. Barboſ. *dict. alleg.* 1. *n.* 29. de quo etiam vide Narbona *dict. anno* 30. *quaſt.* 5. *num.* 5. *& ſeqq.*

4 Contrarium tamen reſoluit Bonacin. *de Sacram. diſp.* 8. *quaſt. vnic. part.* 5. *num.* 5. Suarez *tom.* 5. *diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 29. Alter. *de cenſur. tom.* 2. *diſp.* 10. *cap.* 1. *dub.* 3. idem Bonacin. *de cenſur. extra Bull. diſp.* 3. *quaſt.* 1. *punct.* 2. *num.* 10. Sanchez *in opuſcul. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 32. *num.* 4. quos refert Barboſ. *vbi ſuprà.*

CAPVT XVIII.

Quo iure Regi, ac Principi noſtro competat iuſpatronatus circa electiones ac nominationes Archiepiſcopatuum, aut Epiſcopatuum ſui Regni; & quomodo à ſummo Pontifice concedatur talis dignitas.

SVMMARIVM.

1 *Electio Epiſcoporum iure regalia vſurpata fuit ab Imperatoribus.*
2 *Electio ſummi Pontificis ſine Imperatoram placito non fiebat.*
3 *Reges ius vſurparunt nominandi Epiſcopos.*
4 *Patronatus ius inuſucapibile eſt.*
5 *Gelaſius II. conceſſit Imperatori Henrico ius nominandi Epiſcopos.*
6 *Reges ius nominandi Epiſcopos quare deſiderent:* & num. 7.
8 *Regum voluntas in electionibus Epiſcoporum ſui Regni neceſſaria eſt, ne parum fideles Regi in Epiſcopos eligantur.*
9 *Aſſenſus Principis temporalis ad electionem Epiſcopi ſic neceſſarius eſt, vt in terris Eccleſia deſideretur, vt à Papa tanquam Principe temporali conferatur.*
10 *Rex cogi non poteſt admittere in Epiſcopos ſui Regni ſibi ſuſpectos.*
11 *Prælatorum admiſſio in Regno damnum Reipublica temporali irrogare valet, ad quod vitandum tria remedia inuēta ſunt.*
12 *Iura Regibus competentia in electionibus, vel admiſſionibus Epiſcoporum ſui Regni, qualia?*
13 *Reges patroni ſunt Eccleſiarum majorum ſui Regni.*
14 *Epiſcopi in principio Eccleſiæ eligebantur conſenſu ſæcularium, & clericorum.*
15 *Epiſcopus primus in Eccleſia electus, omni turbâ fidelium adſtante fuit inſtitutus.*
16 *Epiſcopus ſuffragio populi eligebatur.*
17 *Diuus Ambroſius à Populo & Clero electus Epiſcopus Mediolanenſis.*
18 *D. Ildephonſus à Populo & Rege electus Archiepiſcopus Toletanus.*
19 *Epiſcoporum electiones à populo fieri ſtatutum ſub Leone Papa.*
20 *Reges propter tranſlatam à populo poteſtatem gaudent iure nominandi Epiſcopos.*
21 *Sacerdotes apud Romanos ſuffragio populi eligebantur.*
22 *Reges iure nominandi Epiſcopos gaudent apud quamplurimas nationes.*
23 *Regum Hiſpaniarum ius ad electiones Epiſcoporum ſuorum Regnorum non prouenit à iure temporali regalico, immò omne reiiciendum eſt.*
24 *Reges Hiſpaniarum à tempore Gothorum eligunt Epiſcopos Hiſpaniæ.*
25 *Reges Patroni ſunt Eccleſiarum ſui Regni.*
26 *Gothi Reges qualiter eligebant Epiſcopos.*
27 *Toletanus Archiepiſcopus in Regis Hiſpaniarum abſentia eligebat Epiſcopos.*
28 *Reges Hiſpaniarum nunquam iuſpatronatus eis competens ad electiones Epiſcoporum amiſerunt.*
29 *Sixtus IV. Regibus Hiſpanis Bullâ Apoſtolicâ latâ iuſpatronatus eis competens confirmauit, & conceſſit denuò.*
30 *Pater Mariana negauit directo iure competere Regibus Hiſpanis electiones Epiſcoporum.*
31 *Luſitanorum Reges ac Principes, Hiſpaniarum quoque Reges patroni ſunt Eccleſiarum ſui Regni.*
32 *P. Mariana in denegatione Regij patronatus nihil dandum:* & num. 33.
34 *Patronatus Regius, etſi antiquâ tantùm conſuetudine valeret, legitimus eſt.*
35 *Concilium Tridentinum Regibus reſeruauit iuſpatronatus eis competens iure regalia.*
36 *Concilium Tridentinum non derogauit patronatum Regibus competentem.*
37 *Pontificium mandatum derogans ius competens Regibus in electionibus Epiſcoporum, ſuſpendendum eſt vſque ad certiorandum Pontificem.*
38 *Caſus referuntur, in quibus Epiſcoporum prouiſio à Papa facta in derogationem iurium Regis fuit ſuſpenſa vſque ad certiorandum Pontificem.*
39 *Epiſcoporum electio difficillima res eſt.*
40 *Reges Hiſpaniarum non ex propria voluntate, ſed conſilio prudentum Epiſcopos eligunt.*
41 *Conſiliarij ſupremi, quibus competit conſultare Regi, quos nominat ad Epiſcopatus, qualiter procedere debeant in conſultatione.*

42 *Rex an possit nominare ad Episcopatus alios, quàm à suis Consiliariis propositos.*

43 *Papa an possit non admittere propositum à Rege ad Episcopatum.*

44 *Rebuffus quid senserit in hac quæstione?*

45 *Pontifici remittitur resoluenda quæstio.*

46 *Rex si simoniacè elegit Episcopos, Pontifex potest non admittere nominatum.*

47 *Rex si indignum nominet ad Episcopatum, potest à Papa non admitti.*

48 *Electus præsumitur dignus.*

49 *Rex an teneatur eligere digniorem ad Episcopatum.*

50 *Papa tenetur eligere digniorem ad Episcopatum ex propositis à Rege, si Regi tantùm competit propositio.*

51 *Papa tenetur confirmare dignum à Rege electum ad Episcopatum, dum tantùm confirmatio competit Pontifici, & Regi electio.*

52 *Episcopus confirmatus intra quod tempus confirmationem petere teneatur.*

1 COGNITA itaque qualitate & capacitate eorum, qui eligi aut nominari possunt ad Archiepiscopalis, aut Episcopalis celsitudinis dignitatem, sequitur ostendere ad quem pertineat eorum nominatio ac electio, confirmatióve? Et vtendo verbis ac discursu Doctissimi Gonzal. *de leg. lib. 2. cap. 11.* constabit resolutio: vnde notandum est quod Regalico iure fuit vsurpata Prælatorum electio, tam ab Imperatoribus Orientalibus, quàm Occidentalibus, vt de Nicephoro Phoca, qui constitutionem edidit vetantem vt nullus Episcopus sine Imperatorum iussu eligeretur, relatam à Gothofredo *in constit. Imper. c. 4. fol. mihi* 499. scribit Zonaras *tom. 3. ann.* 961. sed posteà reuocata fuit à Basilio Porphyrogenita Orientis Imperatore: & Alexius Comnenus elegit Metropolitanum Basileæ: & Theodosius Imperator, & Arcadius, mortuo Nestorio Ioannem Chrysostomum Antiochenum Presbyterum ad illam Ecclesiam accersiuerunt. Socrat. *Histor. Ecclesiast. lib. 7. cap. 29.* Fermosin. *in cap. Cùm Ecclesia Sutrina, 3. quæst. 2. de caus. poss. & propr.*

2 Nec tantùm Episcopatuum electiones ambire ausi fuerunt, sed electionem summi Præsidis, ac Patroni Ecclesiæ vsurpare conati sunt: quod à tempore Iustiniani Imperatoris, quo Narses Italiæ ora à Gothorum fæuitia liberarat, vsurpatum legimus. Testis est Platina, Ciacion. Gualter *in vita Sylverij Pontificis.* Theodatus Rex Longobardorum Syluerium Pontificem creari fecit contra decreti rationem, à quo ius eligendi Pontificem Imperatori concedunt taliter, vt electio Pontificis sine assensu Imperiali non fieret, ex Platin. *in Gregor. I.* vsque ad tempora Iustiniani II. qui in manus Constantini I. Pontificis hoc ius remisit, quamuis alij sanctitate, & humilitate Pontificis Benedicti II. ab Imperatore Constantino Pogonato fuisse renuntiatum referant, vt Platin. *in Benedict. II.* quo iure vsi fuerunt aliquando Clerus, & Populus Romanus à tempore Bonifac. III. quamuis necessaria fuit post populi electionem confirmatio Imperatoris, vt scribit Platin. *in Bonifac. III.* vel Exarchæ Italiæ, Platin. *in Seuerin. I.* taliter vt Gregor. IV. teste Platin. priùs Pontificis munus accipere renuit, quàm à Ludouico Imperatore sua confirmaretur electio, vsque ad tempora Caroli Magni, cui ius eligendi Pontificem concessit Adrianus I. *cap. Adrianus, 22. cap. In synodo, 63. distinct.* Marc. Anton. Sabellicus *lib. 8. Æneidos 6.* Fermosin. *in dict. cap. Cùm Ecclesia Sutrina, quæst. 3. num. 1.*

Quod absolutè renuntiauit Ecclesiæ Ludouicus primus, vt ex canone *Ego Ludouicus, 63. dist.* scribit Volaterran. *lib. 3. Geographiæ, cap. de Pepini & Caroli gestis, fol. 21.* S. Antonin. *histor. part. 2. tit. 16. cap. 1. §. 2.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 4. cap. 2. quæst. 2. & 3.* qui hanc historiam diffusè narrat. Barbos. *cap. Adrianus, num. 7. 63. distinct.* & sic generaliter, vt nec Imperialis, nec Exarchica authoritas ad electionem Pontificis desideraretur, sed illicò Pontifex haberetur quem Populus, & Clerus Romanus eligerent. Platin. *in Benedict. II.* Fermosin. *in dict. cap. Cum Ecclesia Sutrina, quæst. 3. num. 4.*

Quod posteà Imperatores irremissibile esse iactitantes, electionem Summi Pontificis ad se pertinere dicebant, priuilegio ad id rogato posteà à Leone III. per Imperatorem Othonem. Platin. *in Leone III.* in quo si exornare vellem hanc conclusionem authoritate, ac lectione, nihil aliud facerem quàm transcribere quæ Petr. Gregor. Tolos. *ad Decret. cap. 5. de elect.* refert. Sed cùm plagiariè non conuinci studeam, vide Petr. Gregor. vbi omnia eruditione magna à tempore Constantini vsque ad nostrum tempus collecta inuenies; & *lib. 25. syntagm. cap. 3. ad num. 19.* Vincent. Cabot. *var. disp. lib. 1. cap. 5.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 4. ex cap. 2.* & optimè tradit Fermosin. *in dict. cap. Cùm Ecclesia Sutrina, quæst. 3. per totam.*

Reges

3 Reges etiam id sibi jus arrogarunt; nam Henricus I. Angliæ Rex Episcopatuum electiones vsurpauit. Polydor. Virgil *lib.* 11. *hist. Angl.* Petr. Gregor. *lib.* 15. *syntagm. cap.* 12. *num.* 11. Clodomirus Gothorum Rex Archiepiscopum Turonensem elegit. Gregor. Turon. *lib.* 3. & Gruntanus Episcopum Biturigum, teste eodem Gregor. *lib* 6. vt de Suessionensi Ecclesia, & aliis testatur Renat. Chopin. *de sacra Politia lib.* 1. *tit.* 7. *ex num.* 22. *vsque ad fin.* de Ecclesiis Hungariæ Naucler. *generat.* 37. Fermosin. *suprà.*

4 Tamen cognitum est partim inusucapibile esse, *cap. A nobis*, & ibi Abb. *de iurepatronatus*, *l.* 1. *tit* 15. *part.* 1. Alexand. *consil.* 74. *lib.* 4. Couarr. *regul. Possessor*, 2. *part.* §. 10. *num.* 4. partim verò vt legitimo modo exequeretur, diuersis priuilegiis Regibus fuit concessum, vt Prælaturas, Episcopatus, & Archiepiscopatus suis in Regnis eligerent, ac nominarent.

5 Primùm à Pontifice datum credo, quod in Concilio Romano habito anno Domini 780. concessum fuit Carolo Magno, vt eligeret Episcopatus, & Archiepiscopatus, *cap. Adrianus*, 63. *dist.* Marc. Anton. Sabellic. *lib.* 8. *Æneid.* 8. Bozius *de signis Ecclesiæ lib.* 9. *sign.* 79. & *de stat. Italiæ lib.* 3. *cap. vltim.* Vald. *de dignitat. Reg. cap.* 20. *num.* 16. Iul. Lauor. *variar. tom.* 1. *tit.* 4. *num.* 23. & 24. Fermosin. *dict. quæst.* 3. *num.* 1.

Quod ius Ludouicus Imperator renuntiauit Paschali I. vt Platina *in eo*, ibi: *Ludouicum liberam eligendorum Episcoporum potestatem Paschali dedisse, cùm anteà eâ quoque in re Imperatores consulerentur.*

Sequenti tempore Henricus Imperator minis & terroribus à Paschali II. extorsit priuilegium, & inuestituras Episcoporum: quod Synodo habitâ Romæ recusauit idem Paschalis, quod iterum fecit in Concilio Lateranensi habito anno 1116. Sed quia Imperator renuntiare nolebat illud, à Callisto II. & Gelasio II. excommunicationis vinculo fuit innodatus: quâ territus, & quia Imperium à se defecerat, in Curia generali apud Vormiam habita in manus Legati Apostolici publicè vsurpatum, & violentum ius resignauit. Abb. Vrspergensis *in Chronico, anno* 1123. Ciacon. *in vita Paschal. II. & vita Callist. II.* qui concesserunt Imperatori, vt Episcopi omnes, tam Cisalpini, quàm Transalpini non priùs Episcopi ordinarentur, quàm voluntate Imperatoris fuissent electi. Albertus Krantz. *lib.* 5. *cap.* 34. 37. & 38. Gothofred. Vviterniens. *in chron. cap.* 17. *in Henric. V.* Petrus Gregorius Tolos. *lib.* 5. *syntagmat. cap.* 12. *num.* 10. & *ad Decretal. de election. cap.* 5. *num.* 14. & 15. Fermosin. *vbi suprà.*

Ex quo omnes Reges desiderarunt hoc ius habere. Primò, ne vassalli tot sumptibus Romam adire cogerentur, vt de Rege Castellæ Camil. Borel. *de præst. Reg. Catholic. cap.* 50. & 51. Moscon. *de Maiest. Eccles. cap.* 8. §. 1. & 2. *lib.* 1. *part.* 1. Moneta *de commutat. vltimar. volunt. cap.* 11. *num.* 122. Viuian. *de iurepatron. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 37. & *lib.* 11. *cap.* 12. *num.* 2. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 218. August. Barbos. *de iure ecclesiastic. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 84. Fermosin. *dict. quæst.* 3. 6

Secundò, vt saniori iure electiones subsisterent, & nullum ius eis in re tam spirituali sine Pontificio iure competeret, cùm ad acquisitionem necessarium priuilegium esset, *cap. Nobis, de iurepatron. cap. Hinc est etiam*, 19. *quæst.* 1. Rebuff. *in Concord. tit. de Reg. ad Præl. nomin. fol.* 542. *lit. B.* Fermosin. *dict. quæst.* 2. & 3. 7

Tertiò, ne exteri, parumque fideles ac suspecti Episcopi ad Episcopatus proueherentur: quapropter cautum fuit, vt post electionem Episcopi à Clero, vel populo factam, Regi adducerentur, vt in electum consensum præberet (tanta curâ, solicitudineque vt esset, à Pontificibus prospiciebatur pro conseruatione Reipublicæ temporalis,) *cap. Cùm terra* 14. *cap. Quod sicut, de electione, cap. De hoc, de simonia, cap. Reatina, cap. Lectis*, 63. *distinct.* Host. *dict. cap. Cùm terra*, & ibi Ancharan. *num.* 5. & Abb. *num.* 7. Francisc. Marc. *decis.* 44. Imola *cap. Quod sicut*, *num.* 3. *de elect.* Azor *tom.* 2. *instit. mor. lib.* 4. *cap.* 2. *quæst.* 3. *ad fin.* Barbos. *cap.* 1. *num.* 4. 63. *distinct.* Fermosin. *dict. quæst.* 3. *num.* 8. 8

Et taliter ex illa causa necessarius est assensus & notitia Principis temporalis, vt in terris Ecclesiæ, etsi notitia Pontificis ad confirmationem electionis Episcoporum (in terris vbi electio ad Capitulum pertinet) desideretur ex sacris Constitutionibus, adhuc necesse sit, vt Pontifex tanquam Princeps temporalis de electione Prælati certioretur, *cap. Cùm inter vniuersas*, 18. *de elect.* ibi: *Per quos à nobis vice Regia postuletis assensum, & Apostolicæ confirmationis gratiam requiratis.* Et ibi Abb. *num.* 6. & Anton. de Butr. *num.* 14. & Imola, & Fermosin. *in dict. cap. Cùm Ecclesia Sutrina*, *de caus. poss. quæst.* 2. 9

Nec potest Rex cogi ad admissionem Prælati 10

Prælati sibi suspecti in regimine temporali, vt scribit Abb. *in cap. 1. num. 9. de elect.* & *in cap. Cum terra, eodem titul.* Butr. Hostiens. Bald. Zabar. Ancharan. Ioan. Andr. & Bellam. Henric. Boic. *cap. Super his, num. 17. de elect.* Boisio *direct. lect. part. 1. cap. 6. num. 3. & 4.* Mattius Mut. *ad c. Regn. Sicil. cap. 21. num. 35.* Carol. de Graf. *de effect. cleric. effect. 1. numer. 1039.* Francisc. Marc. *decis. 355. n. 5.* Conrad. *in Temp. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. 2. num. 4.* Palac. Rub. *in præfat. rubric. de donat. inter vir. num. 28. 29. & 30.* Gonzalez *reg. 8* Cancel. *gloss. 1. num. 166.* etsi de eo prouisio facta sit à Papa, prout etiam testatur Fermosin. *dict. quæst. 3.*

11 Sed cùm hæc Prælatorum admissio damnum quàm grande valeat Reipublicæ temporali adducere, tria fuerunt remedia inuenta ad ei obuiandum.

12 Assensus Principis secundùm dispositionem dictorum capitum: iuspatronatus Regibus competens in electionibus Episcoporum.

Vel post nominationem, electionem, & confirmationem Pontificis, *placet* Principis temporalis ad apprehensionem possessionis, quâ vtuntur Mediolani, ex Conrad. *in Templ. iudicum, lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. 2. num. 4.* cum multis Fermosin. *in dict. cap. Cum Ecclesia Sutrina, quæst. 3. num. 1. & seqq.*

13 Et cùm iura nostra de Patronatu Regio loquantur, & hoc iure mediante Reges nostri ad electiones Episcoporum, & nominationes procedant, antequam ad iura ex priuilegio eis competentia perueniamus, ab exteris scriptorum monumentis inuenimus consonam, ac receptam consuetudinem, vt Reges patroni sint Cathedralium Ecclesiarum suorum Regnorum, vt de Regibus Galliæ, Hungariæ, & Angliæ testantur Guillelm. Benedict. & Afflict. relati à Camill. Borel. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 50. num. 7. & seqq.* Speculat. *titul. Ne Sede vacante.* Oldrad. *cons. 1.* Renat. Chopin. *de Dom. Franciæ tit. 4. num. 9.* Ceuall. *comm. quæst. quæst. 897. ex num. 464. de elect. Regni Siciliæ:* Mar. Cutell. *Ad ll. Siciliæ, ad ll. Federic. not. 87.* Barbos. *cap. Cum terra, num 9. de elect.* & *cap. Nullus 1. num. 9. 63. dist.* latè exornat Fermosin. *in dict. cap. Cum Ecclesia Sutrina, quæst. 3. per tot.*

Quod potuit illo inniti principio, quod tanquam cætera iura Regibus concessa à populo cum translatione dominij, & hoc ius fuit translatum, prout testatur Fermosin. *dict. quæst. 3.*

Quia nascentis Ecclesiæ primordiis Antistites eligebantur pariter consensu Sæcularium ac Clericorum, vt ex Greg. *in cap. Quantò*, Gelasio *cap. Plebs*, & Nicolao *c. Episcopos*, Stephano *cap. Nosce, 63. dist. cap. Episcopus, cap. Nullus, cap. In ordinatione, & aliis, 67. dist.* Fermosin. *dict. quæst. 3. num. 8.* 14

Et si antiquam historiam recolimus, coram populo electionem Sacerdotis factam inueniemus: *Num. cap. 10. Et impones eos in montem coram omni synagoga.*

In prima Episcopi electione inuenimus omnes fideles coadunatos. *Actor. cap. 1. In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum simul ferè centum viginti.)* Et *vers. 20. Et Episcopatum eius accipiat alter.* Quod etsi ad Petrum pertineret præcipua confirmatio, attamen omni interueniente populo fuisse factam sacra historia refert. *Statuerunt duos, & orantes dixerunt.* D. Athanas. *epist. 1. de persecutione sua ad Theod. Sed secundùm Canones Ecclesiasticos, prout Apostolus præcipit, congregatis populis vnà cum Spiritu sancto, quem Episcopum constituunt.* 15

Æqualis fuit ex mente D. Athanasij D. Ambrosij electio in Episcopum Mediolanensem, consentiente populo, & Clero temporibus Valentiniani, vt ex Theodor. *lib. 7. tripart. capit. 8.* scribit Nicephor. Callist. *lib. 7. histor. capit. 8.* Petr. Gregor. *lib. 5. syntagm. c. 12. n. 8.* Baron. *annal. Eccles. ann. 374.* Platin. *in Anastas. 1.* & Ciacon. *in eodem*, Fermosin. *dict. quæst. 3. num. 8.* 16

Alias electiones populi suffragio factas refert Renat. Chopin. *Doman. Franc. lib. 2. tit. 10. n. 2. & 3.* & Fermosin. *dict. quæst. 3.* 17

D. Ildephonsi electionem à populo & Rege Rechesvindo factam refert nouissimè ex Luitprando *in Chronic. num. 97.* Dom. Laurentius Ramires de Prado antiquæ lectionis fidus & verus inuestigator *in notis illustr. ad Luitprand. num. 97.* 18

Sub Leone Papa I. *epistol. 82. aliàs 84. cap. 5.* & in Concilio Aurelianensi fuit cautum, vt populi placito electiones Episcoporum fierent: de quo vide Vincent. Cabot. *variar. disput. lib. 1. cap. 4.* Petr. Gregor. *de election. cap. 5. num. 2. & num. 16. & 17.* qui memorat rationes, quare fuerunt moti Pontifices ad abolendam factam à populo electionem Prælatorum: quod refert Platin. & idem Petr. Gregor. *lib. 15. syntagm. cap. 12. num. 7. & 8.* Barbos. *in Pastor. tit. 1. cap. 3. num. 4.* & *in cap. 1. num. 1. 2. & 3. 63. dist.* Bobadill. *lib. 2. polit. cap. 18. num. 222.* Alzed. *de election. Episcoporum, cap. 3. num. 1.* Fermosin *dict. quæst. 2. & 3.* 19

Atque

20 Atque quidem iustè, propter populi ad Principem translatam potestatem voluit Renatus Chopinus *de sacr. Polit. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 10. vt vacuo Episcopatu solus Princeps Regali vteretur conferendi Sacerdotij prærogatiuâ, vt testatur etiam Fermosin. *d. quæst.* 3.

21 Sed ne Ecclesiasticarum Historiarum tantùm seriem attingamus, iure etiam sæculari, antiquitusque apud Romanos recepto varia fuit Sacerdotum electio: & abstracto illo principio, quo Reges pariter ac Sacerdotes erant, vt scribit Xiphilin. *in Pompeio*, Plutarch. *de Isid. & Osirid.* Tullius *lib.* 2. *de legib.* Dion. Cass. *lib.* 53. *histor.* Liuius *lib.* 1. *histor.* Virgilius ibi:

Rex Anius eùm Rex hominum, Phœbique Sacerdos.

Balduinus *ad ll. Romul. l.* 2. *num.* 2. apud Græcos Prytanea sacra peragebantur ab his, qui potestatem summam habebant, & apud Ægyptios. Plato *lib.* 16. *de Regno*, Ælian. *lib.* 14. *antiq. c.* 16. *de sacerdotibus*, Druides apud Gallos in honore fuere. Iulius Cæsar *de bell. Gallic.* quod ius diuisum tempore Turni, ac Latini legimus ex Vrigil.

Sacra Deosque dabo; socer arma Latinus habeto.

Rosinns *antiquit. Roman. lib.* 3. *cap.* 5.

Ad ius eligendorum Sacerdotum deueniamus. Et primò patet ex lege Romuli cautum fuisse, vt singulæ Curiæ sibi Sacerdotes eligerenr. Dionysius Halicarn. *lib.* 2. quod multo tempore inualuit: contra quod ius fuit lata prima Licinia à quinto Licinio Crasso, quamuis non fuisset prolata quousque tertio C. Marij Consulatu C. Domitius Tribunus plebis tulit, vt Sacerdotes, quos collegæ sufficiebant, populus crearet, lata 1. Domitia de Sacerdotiis: quamuis vt Cicer. 2. *Agrar.* non omni plebi, sed ad minorem partem selectam hoc ius fuisse translatum referat: quæ à L. Sylla sublata, à T. Labieno Tribuno plebis fuere relata Consule Cicerone. Dion. Cass. *lib.* 37. vt scribit Cicer. *orat.* 2. *in Rullum.* Adest etiam & 1. Tullia de Sacerdotiis, ex Anton. August. *de legibus, tit. de leg. Domit. & Iulia de Sacerdotiis.* Fermosin. *d. quæst.* 3. *num.* 4. *& seqq.*

Sequenti tempore Marc. Anton. Consul à populo eligendi Summum Pontificem potestatem abrogauit, & in vniuscuiusque collegium transtulit. Dion. Cass. *lib.* 4. *Histor.* quæ lex cum cæteris Antonianis sublata fuit. Ascan. Pedian. *in diuinat. Ciceron.* Manut. *de leg.* Anton. Aug. *d. lib. tit. de lege Domitia, & Iulia de Sacerdotiis:* Petr. Gregor. *ad Decretal. cap.* 5. *num.* 15. & *lib.* 17. *syntagm. cap.* 12. *num.* 36. Carol. Sigon. *de antiquo iur. Roman. cap.* 9. Balduin. *ad ll. Romul. l.* 5. *num.* 4. & 8. Rosin. *antiquit. Roman. lib.* 3. *cap.* 8. & *lib.* 8. *cap.* 1. *fol.* 640. Fermosin. *vbi suprà.*

Sed sicuti Magistratuum electio à populo in Reges abdicata fuit, pariter & Sacerdotum: quod à tempore Augusti, & cæterorum Romanorum Principum arbitrio executum recenset Rosinus *lib.* 3. *antiquit. Roman. cap.* 8. & de Nerone testatur Sueton. *cap.* 2. & Fermosin. *d. quæst.* 3. *n.* 4.

Nec nostros iuris Professores latuit hanc Sacerdotum creationem à Principe fieri: nam iure Regalico, aut Imperiali ad eos pertinere dicit Modestin. *l.* 1. *ad l. Iuliam de ambit.* vel vt Anton. August. *de legib. titul. de l. Iulia de ambit.* sensit, ad stabiliendum ius summum Imperij hæc lex lata fuit ab Augusto: meminit Petrus Gregor. *lib.* 36. *syntagm. cap.* 29. *num.* 3.

Ex quibus iuribus partim priuilegio Apostolico, partim legitimâ consuetudine 22 ius eligendi, vel nominandi Episcopos statuunt in Regibus Germaniæ, Angliæ, Hungariæ, Scotiæ, Saxoniæ, & Galliæ Carol. Graff. *de iur. Regal. Franc. lib.* 2. *centur.* 3. Anastas. Germon. *lib.* 3. *sacr. immunitat. cap.* 12. *à num.* 30. Annæus Robert. *lib.* 3. *rerum iudic. cap.* 1. Marth. *de iurisdict. cap.* 40. 2. *part. num.* 12. Fab. §. *Habet, Instit. de mandato*, Ceuall. *commun. quæst.* 897. *ex num.* 468. Petr. à Monte *in Monarch. Concil. in princip. cap.* 4. Castald. *tract. de Imperat. quæst.* 100. *num.* 14. Conrad. *in Temp. iud. lib.* 1. *cap.* 2. §. 3. *num.* 10. Boër. *decis.* 32. *num.* 8. Bald. *l. Rescripta, Cod. de precib. Imper. offer.* Silua *de benef. part.* 2. *quæst.* 13. *n.* 23. Marth. *de iurisd. omn. iudic. part.* 2. *cap.* 46. Guillelm. Benedict. *cap. Raynunt. verb. Vxorem, decision.* 2. *num.* 78. Petr. Gregor. *de electiion. cap.* 6. *num.* 23. Vgolin. *de censur. part.* 1. *tab.* 1. §. 10. *num.* 3. Bellug. *specul. Princip. rubr.* 11. §. *Videndum*, & ibi Camill. Borel. *de præstant. Reg. Cathol. cap* 53. Cened. *quæst. can.* 22. *ex num.* 26. August. Barb. *in cap. Cùm terra, num.* 9. *de elect.* Solorzan. *de gubern. Indiar. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 48. Et de Comitatu Flandriæ priuilegium fuisse concessum Philippo II. Hispaniarum Regi à Pontifice Paul. IV. testatur Onufr. Panuin. *in eum*, cum aliis Formosin. *d. q.* 3. *num.* 1. *& seqq.*

Reiecto autem illo Regali principio, ac 23 protectorio, à quo patronatum in electione Episcoparuum deducunt aliqui, Conrad. *in Temp. iud. lib.* 1. *cap.* 2. §. 3. Fermosin. *vbi suprà*: illo prouenienti à tempore legis antiquæ, vbi Sacerdotes creari

 suffragio

suffragio populi dixit Petr. Gregor. *ad Deeret.cap.5. de elect.num.23.* & illo quo vtitur Menchac. *lib.2. variar. cap.51. num.38.* intendens deducere ratione superioritatis ius Regibus nostris ad præsentandum, & electionem Episcopoporum; cùm hæc omnia parum conferre inter Catholicos verissimum sit, immò ab ambitiosa cuppiditate ortum habere dicat Renat. Chopin. *Doman. Franc. lib. 2. tit. 10. num.6.* Palac. Rub. *in præfat. rubr. de donat. inter vir. num. 28. versicul. Cessante:*

14 Ad ius patronatus Regi Castellæ, & nostro competens ad electionem, & præsentationem Episcoporum recurrendum est: quod à tempore Heruigij Gothorum Regis Hispanici anno Domini 685. & duodecimi Toletani Concilij deductum inuenimus, *capit. Cùm longè, 58. distinct.* Roder. Archiep. Tolet. *lib.3. Concil. cap.12.* Didacus Perez *ad l. 1. titul. 6. lib.1. ordinam.* Camil. Borel. *de Reg. Cathol. præst. capit.50.num.36.* Garcia *de benef. 5.part.cap.1. §. 0, num. 447.* Pereyr. *cap.7. num.25.* Cabed. *Patron. Reg. Coron. cap. 8.* Zeuall. *de cognit. ad tollend. vim, glos.8. num.16.* Cened. *quæstion. can. 22. num. 27.* Salazar de Mendos *de origin. dignit. Hispan. lib.1.cap.6. fol.8.* Maguer. *aduocat. armat. cap.9.num.11. & 376.* Renat. Chop. *Doman. Franc. lib.2. tit. 10. num. 6.* cum multis Fermosin. *in d. cap. Cùm Ecclesia Sutrina, quæst.3. num.1. & per tot.*

25 Nec nostri instituti est Regibus nostris iuspatronatus generale, quod omnibus Regibus suis in Regnis competit ratione protectionis, assignare, cùm sint Patroni maiorum Ecclesiarum Reges suorum Regnorum, *capit. Lectis, 63.dist.* Bald. *cap. 4. de iudic. colum. vltim.* Anton. Corset. *tract. de excellent. Reg. quæst. 34.* Couar. *in Reg. Possessor, 2.p. §. 10. num.5.* Azor. *p.2. instit. moral. lib.3.cap.18.*Castald. *de Imper. q.100. num.6.* Zeuall. *quæst. 897. num.379.* Gonzal. *regul.8. Cancel. glos.43. num.60.* Spin. *specul. testam. glos.4. num.13.* Cabed. *de Reg. patron. cap.37. à num.2.* & *decis. 63. num.3. p.1.* Cened. *collect. 51. ad Decretum*, Conrad. *Temp. iud. lib.2. cap.1. §.4. num.9.* Vincent. Cabot. *variar. disp. lib.1. cap.5.* Petr. Gregor. *ad Decret. cap.5. de elect.n.7.*

26 Sed prænotare oportet, quod Patronatus ius Lusitanorum ac Hispanorum Regum omni tempore ex Apostolica concessione obseruatum, radicatum, nec amissum fuit: nam decedente Episcopo apud Hispanias, Episcopi conterranei obitum nunciabant Regi, & Rex successorem eligebat, confirmatioque à Concilio Episcoporum expectabatur; quousque sequenti tempore propter Prouinciæ longinquitatem, difficilemque nuntiatorum aditum fuit cautum, vt Archiepiscopi Toletani confirmatio sufficeret electioni, iusque conseruaret legitimum, vt patet ex Concilio Toletano XII. *can. 6. d.cap. Cùm longè.* Marian. *histor. Hispan. lib. 9. cap. 19.* Bobadill. *lib.7.politic. cap.18. num.277.* Anastas. Germ. *lib.3. sacr. immunit cap.12. n.40.* & adducti *suprà num. 24.* Couarr. *regul. Possessor, 2. p. §.10. num. 6.* Menchac. *contr. illustr.cap.22.num.16.* Spin. *spec.testam glos.4. num. 13.* Gregor. Lop. *l. 18. tit. 5. part. 2.* Barbos. *in Pastoral. 3. p. allegat. 57.num. 87.* Chassan. *cathalag. glor. mund. 5. part. consid.24. num. 194.* Mar. Alzed. *de Episcop. pracell. cap. 1. num. 2.* & cum Salazar de Mend. & Martin. Mager. *Aduocat. armat. cap.9. num.11. & 376.*& *cap.11. num.21.* Solorzan. *de Ind. gubern. lib.3.cap.4.n.31.*

Nec tantùm hæc confirmationis prærogatiua concessa fuit Archiepiscopo Toletano; immò in eodem Toletano Concilio XII. statutum est, vt in Regis absentia ipse Archiepiscopus absolutè Episcopos eligeret, ac nominaret, vt ex Canone 6. patet, & memorat D.Franc. Padilla *histor. Ecclesi. Hispan. centur.7. cap. 57.* Salazar. de Mend. *de origin. dignit. Hispan. lib. 1. cap. 6.* Marian. *histor. Hispan. lib.6. cap.17.* ibi: *La sugunda cosa fue dar al Arçobispo de Toledo authoridad para criar y eligir Obispos en todo el Reyno.* Alzed. *de Episcop. pracell. cap. 3. num.7.* 27

Hispaniarum miserâ amissione, Maurorumque ingressu hoc ius non amissum, vt omitteretur necessitas continui belli coëgit, quousque sequenti tempore iure postliminij recuperatis Hispaniarum Prouinciis, Ecclesiisque constructis, recuperatum fuit partim religione Regum, partim pietate Pontificum. Sic tempore Regis Alphonsi, vulgò *el Casto*, qui primus D.Iacobi Basilicam construxit, hoc iuspatronatus Regibus competebat. Renat. Chopin. *de sacr. polit. lib. 1. tit. 7. num. 25.* Didac. Perez *l.2. tit.6. lib.1. ordin. fol.149.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynunt. verb. Vxorem, dec.2.num.78.& 79.* 28

Bellis autem ingrauescentibus, tâm exteris, quàm ciuilibus, parum à Regibus fuit prouisum de conseruatione inuiolabili horum iurium, quousque bellis pacatis hoc ius inuiolabiliter obseruari debere Reges cognoscentes, vt conseruaretur, ac obseruaretur magnoperè fuerunt conati, in quo diuersi fuerunt & casuum, & temporum successus, quousque gubernans 29

Ecclesiam

Ecclesiam Sixtus IV. priuilegio Apostolico ius patronatus Regibus Hispanis competens ad electionem Episcopatuum confirmauit, & si quid antiquo iuri deficeret, auxit Bullâ ad id latâ, quam posteà Adrianus VI. approbauit, vt DD. laudati numero sequenti referunt.

30 Et licèt aliqui voluerint, quod non fuisset iuridicè hoc ius antiquo priuilegio stabilitum, & quod Canon sextus Concilij Toletani nullum Regibus Hispaniæ ius tribueret, qualiter Marian. *histor. Hispan. lib.* 25. *cap.* 5. notat, ibi: *Desta manera en España los Reyes pretendian fundar el derecho de nombrar los Prelados de las Iglesias:* (& miror quo iure Mariana hæc verba profert.) *Demas desto el Pontifice Sixto por la muerte de Don Iñigo Manrique Arçobispo de Seuilla, dio aquella Iglesia al Cardenal Don Rodrigo de Borja: cosa que sentio mucho el Rey D. Fernando hasta mandar prender a Pedro Luis Duque de Gandia, hijo que era de aquel Cardenal. Torcedor conque al fin alcanço reuocada la primera gracia.* Nam si ex canone Concilij Toletani hoc ius competebat Hispanis Regibus, vt lex voluit; aut ex consuetudine antiqua, & ex concessione Pontificis, vt Gregor. Lop. quare hoc potuit fundamentaliter Mariana exscribere, præsertim sui immemor? qui *lib.* 24. *cap.* 26. inquit: *Iuntamente se expedio vna Bula, en que concedio el Papa à los Reyes de Castilla pera siempre, que en los Obispados fuessen eligidos los que ellos nombrassen y pidiessen.*

31 Tamen ex omnium consensu est receptum Regi nostro & Hispano electiones Episcoporum competere, iusque habere legitimum ad electiones Prælatorum, Episcoporum, Archiepiscoporum sui Regni, *l.* 18. *tit.* 5. *p.* 1. *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopilat.* Chassan. *catalog. glor. mund. p.* 5. *consid.* 25. *vers.* 99. Palac. Rub. *de benef. in Cur. vac.* §. 4. & 8. Didac. Perez *d. l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordin.* Azeuedo *d. l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopilat.* Menchac. *contr. illustr. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 14. Spin. *specul. testam. glos.* 4. *in princip.* & *num.* 13. Ioan. Guttier. *lib.* 3. *pract. quæst.* 13. *num.* 72. Bobadill. *lib.* 2. *politic. cap.* 18. *num.* 215. Quintanad. *lib.* 1. *Eccles. cap.* 5. *num.* 4. Azor. *instit. mor. p.* 2. *lib.* 10. *cap.* 7. *quæst.* 4. Fr. Manuel. Rodrig. *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 112. *art.* 3. Camill. Borel. *de Reg. Catholic. præstant. cap.* 50. Guillelm. Benedict. *cap. Raynunt. verb. Vxorem, dec.* 2. *num.* 78. Conrad. *Temp. iudic. lib.* 1. *cap.* 2. §. 3. *num.* 15. Couarr. *reg. Possessor*, 2. *p.* §. 10. *num.* 5. Cened. *Collect.* 51. *ad Decretum, num.* 3. & *canonic. quæst. q.* 22. *ex num.* 27. & 28. Marth. *de iurisdict.* 2. *p. cap.* 40. *num.* 13. Acuña *in com. ad cap.* 2. *n.* 71. *distinct.* 23. Diana 3. *p. resolut. moral. resolut.* 62. *in fin.* Gonzal. *reg.* 8. *Cancel. glos.* 24. *num.* 153. & *glos.* 51. *num* 49. Aug. Barb. *in cap. Cum terra, num.* 7. & 8. & *cap.* 4. *n.* 28. & 29. Pereyr. *p.* 2. *cap.* 22. *num.* 14. *vers. Quare*, *ad fin.* & *cap.* 59. *num.* 15. Cabed. *de Patr. Reg. Coron. cap.* 37. *à num.* 1. Isidor. Mosc. *de Maiest. Ecclesiast. lib.* 1. *p.* 1. *cap.* 8. §. 1. & 2. Vincent. Cabor. *var. lib.* 1. *cap.* 5. Ioan. Kochier. *tract. de prim. precib. Imperat. in proœm.* Viuian. *de iurepatron. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 37. & *lib.* 11. *cap.* 12. *num.* 2. Ioan. Filas. *de sacr. Episcop. author. cap.* 7. Ioan. de Balboa *in cap. Cùm Ecclesia Sutrina, n.* 50. *de caus. possess. & propriet.* Ramirez de Prado *in not. illustr. ad Chronic. Luitprandi, num.* 99. Garc. *de benef. d. cap.* 1. *num.* 218. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 80. cum multis Fermosin. *in d. cap. Cùm Ecclesia Sutrina, quæst.* 2. & 3. *per tot.* & *ad rubric. de elect. quæst.* 2. *num.* 7.

Hoc ius, quidquid senserit Marian. *d. cap.* 5. *lib.* 25. legitimum est, in quo tam parum auctoritatis adhibendum erit assertioni suæ, vt quod Ferdinandus Pizarro *en la censura à la historia de las Ordenes Militares*, apponit ex mente Martialis *epigram. ad Martianum*, 32

Si cupis vt ploret, det Mariane nihil:

Ad hoc meliùs referendum iudicem, cùm coarguat mentem Regis Catholici suum ius quærentis conseruare, paucis antè temporibus ab ipso Sixto IV. Hispanis Regibus concessum, vt ipse Mariana refert *suprà*. 33

Quæ omnia constant siue antiquo priuilegio ex canone 6. Concilij Toletani XII. relato *in d. cap. Longè*, 63. *distinct.* Azeuedo *in d. l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopilat.* Couarr. *in reg. Possessor*, 2. *p.* §. 1. deducamus, siue ex antiqua consuetudine, vt voluit lex 18. *tit.* 5. *p.* 1. & dicta lex 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *ordin.* & ibi Didacus Perez; & non ex noua Sixti IV. & Adriani VI. concessione, *d. l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. & Gregor. Lopez *d. l.* 18. refert quod ex Ceuall. & è cæteris retulimus, & vltra eos Fermosin. *d. q.* 3. 34

Obseruandum quoque est, quod ex Concilio Tridentino *sess.* 25. *de reformat. cap.* 9. præcipitur, ibi: *Decernit sancta Synodus, vt titulus iurispatronatus sit ex fundatione, vel donatione, qui ex authentico documento, & aliis iure requisitis ostendatur, siue ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasve secundùm iuris dispositionem.* Et postea: *Exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesiis competentibus,* 35

tibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem & Reges, seu Regna possidentes, aliosque sublimes, ac supremos Principes iura Imperij in dominijs suis habentes pertinent. In quo fuisse comprehensum hoc iuspatronatus in Rege Hispano existens, non est ambigui iuris, præcipuè cùm ei non competat solùm ratione Regaliæ: quod ex dicto canone Concilij sufficere poterat, vt ex verbis Concilij patet, quidquid dicat Diana *resolut. moral. 9. part. tract. 1. de immunit. Eccles. resolut.* 65.

Nam Reges possunt patronatus adquirere præscriptione, dum descendat à legitimo & possibili principio (qualiter ius Imperij, vt ex Concilij mente patet;) seu ex priuilegio Summorum Pontificum, & Bullis à Sixto IV. & Adriano VI. expeditis, vt tenet Dian. *dict. resolut.* 65. *in fin.* Balboa *in cap. Cùm Ecclesia Sutrina, num.* 50. *de caus. possess. & propriet.* confirmando antiquam consuetudinem in hoc Lusitano ac Hispano Regno præexistentem, vt *d. l.* 18. *part. & ordin.* demonstrant, & tenent Cabed. Barbos. & Cunha *vbi suprà, num.* 31.

36 Quod ius Regium illæsum remansit post dispositionem Concilij Tridentini. Cassad. Aimon. & cæteri relati à Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 18. *num.* 20. & *glos.* 24. *num.* 160. Ioan. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 72. Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 1. *num.* 218. & disputat Solorzan. *de Indiar. gubern. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 1.

37 Quare si lex, vel statutum feratur, vt Episcopi in Hispania admitterentur etiam sine Regis permissu, qui eos eligit, vt supponit Anastas. Germon. *d. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 40. habitoque personarum delectu, Ceuall. *d. quæst.* 897. *num.* 175. Guttier. *Canon. d. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. debere suspendi executionem illius legis, vel statuti hodie non dubito sine incursu excommunicationis, vt illibatum remaneat priuilegium Regis, vt in terminis nostris, quidquid aliàs notauit, scribit Dian. *resolut. moral.* 1. *p. tract.* 2. *resolut.* 62. sequendo doctrinam Duardi *in Bullam Cœnæ, lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 11. *num.* 59. Marth. *de iurisdict.* 4. *p. centur.* 1. *casu* 46. *num.* 8. & 14. quod sic obseruatum exponit Didacus Perez *l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *ordinam.*

38 Sic executum exposuit Marian. *histor. Hispan. lib.* 2. *cap.* 16. ibi: *En especial, que en aquel tiempo tenian introducida vna costumbre, que ningun Obispo fuesse en España eligido sino à suplicacion de los Reyes, y por su nombramiento: ocasion con que poco despues resultò otra contienda sobre la Iglesia de Tarragona, por muerte del Cardenal Andres Ferrer, la dio el Pontifice à vno llamado Andres Martinez: hizo resistencia el Rey Don Fernando con intento, que reuocada aquella eleccion, se diesse aquel Obispado al Cardenal de España, como vltimamente se hizo. Acabose este pleito con otra reyerta semejante. El Pontifice Sixto confiriò quatro años adelante el Obispado que vacaua de Cuenca à Rafael Galeoto, pariente suyo. Opusosse el Rey D. Fernando, y en fin acabò, que se diesse aquella Iglesia de Cuenca à Don Fray Alonso de Burgos su Confessor, que ya era Obispo de Cordoua.* Idem ait de prouisione facta in Cardinali Auzias Despuch, de Ecclesia Cæsaraugustana: & idem executum in Archiepiscopatu Mediolanensi à Phillippo II. Hispaniarum Rege, testatur Ripamont. *histor. Ecclesiast. Mediolanens.* 2. *p. cap.* 18.

Et cùm Regi nostro, ac Principi Lusitano, necnon Regi Catholico hoc iuspatronatus circa electionem Episcoporum competat, & electio tantæ difficultatis sit, vt sicut Bellarm. *de offic. Princip. lib.* 1. *cap.* 10. inquit, Sanctus Gregor. vir sapientissimus & optimus nunquam se immiscere voluerit in electionibus Episcoporum, vt ipse testatur, ne videlicet esset particeps peccati grauissimi, quod illi committunt, qui quoquo modo indignum eligunt, prætermisso præcepto Apostoli 1. *ad Timoth. cap.* 3. quod adducitur *l.* 22. 24. 31. 32. 36. *vsque ad* 40. *tit.* 5. *part.* 1. 3

Episcopos eligunt non tantùm ex proprio placito, sed interueniente diligentia, de qua meminit Guttier. *Can. quæst. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. Sic facit Catholicus, & prudentissimus Rex Castellæ, & noster, qui in eligendis Episcopis, ac in prouisione Episcopatuum, quorum ipse verus Patronus est, mirum in modum diligentiam adhibet, ac haberi semper sua instructione circumscriptâ sic prouidit, vt quotannis nomine Regio scribatur Prælatis suorum Regnorum, vt eum suosque Regios Consiliarios certiores reddant virorum eminentiorum, & huic muneri Prælatorum præficiendorum conuenientiorum doctrinâ, moribus, omniumque virtutum meritis, cæterisque requisitis in suis Diœcesibus existentium, vt ab his digniores in Prælatos eligantur. Ceuall. *com. quæst. q.* 897. *num.* 475. & de exteris Anastas. Germon. *sacr. immunit. cap.* 12. *num.* 40. tales viros Pontifici maximo non in Hispanis solùm, sed in Indis, & Neapolitano, & Siciliensi Regno præsentat, qui Episcopali dignitate meritò ab omnibus digni existimentur, vt nominati 40

fuerunt,

fuerunt, & confirmati à S. Pontifice Domino nostro anno 1671. Regnante Petro Principe nostro totius Regni Dominatore & Regente.

41 Ex quibus cùm nominatio ad Prælaturas, Archiepiscopatus, & Episcopatus huius Regni tantâ adhibitâ curâ, ac præstitâ diligentiâ fiat, verissimè fateor Consiliatiorum supremorum conscientiam grauari, si diligentiam quammaximam omittant in examine qualitatum præsentati, in quo eis, non Regi nostro accommodanda sunt quæ Tridentina Synod. circa Episcoporum electiones exposuit *sess.* 24. *de reform. cap.*1. quia cùm Regi nostro nominationes Episcopatuum competant, & Pontifici summo tantùm confirmatio præsentationis, cogitent supremi Consiliarij quantâ extent necessitate compulsi scrutandi vitas, & mores illorum, quos ad Episcopatus Regi consulunt, ne malitiâ, ignorantiâ, commissione, omissionéve illud bonum opus indigno conferatur, vel incurrant in id, quod dixit D.Hieronym. *in epistol. Pauli ad Tit. cap.* 1. *super verb. Et constituas per Ciuitates*, *fol. mihi* 198. ibi: *At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quærant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant in Ecclesia prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, & (vt deteriora taceam) qui clerici fierent, muneribus impetrarunt.*

42 Sed vt Fr. Ioan. Zapata *de iustit. distribut.*2. *part. cap.*6. *num.*26. asserit, rarò Rex Castellæ ad Prælaturas, & Episcopatus alios nominat, eligitve, quàm à Consiliariis suisve Consultatoribus propositos, vel vt voluit Marins Alced. *de praecell. Episcop. cap.*3. *num.*13. Rex tenetur digniorem eligere ex propositis à Consiliariis suis sub peccato mortali; quod etiam nostro in Lusitaniæ Regno obseruatur.

43 Nunc verò sciendum est, num Pontifex possit electum nominatumve à Rege non admittere.

44 In qua quæstione meum interponere iudicium temerarium esset, cùm Rebuff. *in Concordat. suo, tit. de Reg. ad Prælat. nominat.* §. 1. *fol.* 556. *lit. B. vers. Quid si Papa*, dicat: *Super his essari periculosum est.* Et D. Ioan. de Solorzano *de Indiar. gubernat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 29. *circa finem*, remissiuè tantum hanc quæstionem tetigerit.

45 Summo quidem Pontifici remittenda quæstio, nec resoluenda est à me omissa à tantis viris resolutio illius. Verumtamen haud asserendo vtinam principiis sequentibus decidi possit. Cogitent Lectores, & videant Fermosinum *dict. quæst.*2. & 3.

Si Princeps abutendo potestate à consuetudine, vel priuilegio concessa eligendi Episcopos sui Regni, vel simoniacè proponit, vel indignos, hoc casu posse Pontificem nominatos non eligere, immò & iure nominandi priuare Reges asserit Vincent. Cabot. *lib.*1. *var. cap.*5. Petr. Gregor. *ad Decretal. tit. de election. cap.*5. *n.*23. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynunt. verb. Vxorem, decis.* 2. *num.* 89. Sic à Pontifice Gregor. VII. factum refert Platin. *in eum*, ibi: *Adeptus Pontificatum Gregorius statim Henricum Imperatorem admonet, ne deinceps largitione corruptus Episcopatus, & beneficia alicui per simoniacam cupiditatem committat, aliter se vsurum in eum, & delinquentes censuris ecclesiasticis.* De quo facto latè Abrah. Bzou. *de Roman. Pontific. cap.*38. *fol.*490. & eleganter cum multis Fermosin. *ad rubric. de elect. quæst.* 2. *per tot.* 46

Quare enim si licet Principibus laïcis obiicere, & opponere se electioni, Petr. Gregor. *dict. cap.*5. *num.*22. Pereyra *Man. Reg. part.*2. *cap.*59. *num.*15. vel denegare possessionem simoniaco, etsi à Papa prouiso, vt diximus suprà; denegandum erit Pontifici, vt non admittat electum à Patrono, etsi Rex Patronus sit, dum de indignitate constat? 47

Et quare Pontifici denegandum, quod Episcopis concessit sancta Synodus Trident. *sess.*25. *de reformat. cap.*9. ibi: *Ad hæc liceat Episcopo præsentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere*; vt cum Rebuff. ait Solorzanus *de Indiar. gubernat. lib.* 3. *cap.* 15. *num.*85.

Sed cùm pro electo adsit præsumptio, vt est Glossa celebris *in cap. monasterium*, 16. *quæst.*3. præcipuè in electionibus Regis nostri, cùm tanta consultatione fiant à tam Catholicis, piis, supremisque Consiliariis. 48

Inquirendum est, quod cùm Rex noster non teneatur digniorem ad Episcopatus proponere, vt explicans dictum caput *Monasterium*, tenet Lambertin. *de iurepatronat. part.*1. *lib.*2. *quæst.*10. *art.* 3. *n.*17.18.19. & 20. *fol.*660. & 661. Sanchez *consil. moral. lib.*2. *cap.*1. *dub.*5. *num.*2. (caueat tamen Rex hanc sequi strictam resolutionem, quam etsi veriorem existiment DD. in puncto iuris, in praxi verò nunquam sequendam censeo, cùm tanta ad id cura intenta sit à Deo in eligendis Episcopis, vt D. Paulus *epist. ad Tit. cap.*1. demonstrat,) vtrum si eligat dignum, possit à Papa remoueri, vel denegari confirmatio? 49

50 In quo nota, quod aut Regi competit præsentatio aliquorum ad Episcopatus, & Pontifici electio: & eo casu Pontifex ex nominatis, & electis tenetur eligere digniorem, vt cum Spino *specul. testam. gloss.*4. *num.*86. Sanchez *consil. moral. lib.*2. *cap.*1. *dub.*8. *num.*6.

51 Aut competit Pontifici confirmatio nominatorum à Rege; & hoc casu sequendum videtur quod inquit Soto *lib.* 3. *de iustit. & iure, quæst.*6. *art.* 6. *conclus.* 8. ibi: *Vnde Rex, aut quiuis alius gaudens iurepatronatus, cùm eligit dignum, cui iura non refragantur, nequit vel Papa, vel inferior Prælatus electionem in fauorem dignioris perimere.* Sanchez *dict. dub.*8. *num.*8. 9. *&* 10.

52 Et intra quod tempus debeat Episcopus nominatus petere confirmationem Episcopatus, latè disputat Fermosin. *in cap transmissam* 15. *de elect. quæst.*1.

CAPVT XIX.

De diligentiis necessariis ad hoc vt Episcopus obtineat dignitatem: & quomodo fieri debent, & apud quem; & quid de præconizatione.

SVMMARIVM.

1 *De diligentiis necessariis ad hoc vt Episcopus obtineat dignitatem.*

1 De hac materia in praxi est videndus doctissimus Lucas de Andrade *in libello intitulato acoes Episcopaes, cap.*4. *&* 5. Mandos. *in rubric. de constitutionibus, num.*43. *&* 44. Paris. *lib.*8. *quæst.*8. *num.*24. *&* 25. Pax Iordan. *lib.*1. *cap.*1. *num.*24.

CAPVT XX.

De iuramento fidelitatis, & ad quod præstandum teneatur Archiepiscopus aut Episcopus; & quare, & apud quem.

SVMMARIVM.

1 *De iuramento fidelitatis, & ad quod præstandum teneatur Archiepiscopus, aut Episcopus; & quare, & apud quem:* & num. 2. & 3.

Qvamvis in sex casibus Presbyter teneatur iurare, & cogi possit, de quibus Glos. *verb. Sacramento, in can. Quoties* 1. *quæst.* 7. ibi: 1

Hæc sex Presbyterum faciunt iurare coactum,
Vt sit recta fides, vt obediat, vt bona fama;
Ne verum pereat, ne res sacra, vel data damna.

De quo etiam Barbos. *in collect.*

2 Attamen in quattuor casibus tantùm Canonicæ Sanctiones statuunt Episcopum ad iuramentum præstandum posse compelli, & teneri, scilicet pro recta fide, pro obedientia, pro pace, & pro indemnitate Ecclesiæ, *cap. significasti, de elect.* vbi Barbos. & Fermosin. *can. De ciuitatis Syracusana, dist.*28. de qua materia & iuramento fidelitatis, ad quod tenetur, agit Sausay *de Episcopali monogamia & vnitat. Eccles. causa* 9. & *in panop. Episcop. lib.*2. *pag.* 157. & *pag.* 148. quomodo præstatur in Franciæ Regno, & in Regno Castellæ. Gonzalez *de leg. lib.* 1. *cap.*4. *num.* 28. *ad num.* 31. item in Regno Angliæ & Scotiæ, & in aliis: vide etiam per eum Valascum *consult.*100. & Solorzanum *de iur. Ind. tom.*2. *tit.*3. *cap.*6. & *cap.* 27. *num.* 26. vbi omnia tradunt, & latissimè Fermosin. omnia tradit circa fidelitatis iuramentum *in cap.* 4. *&* 5. *de iureiurand.* & *in cap. Significasti, de elect. num.* 4. vbi etiam an possit præstari per procuratorem: latè Fermosin. *de Sede vacante tract.*1. *quæst.*6.

3 Et de forma iuramenti fidelitatis, & apud quem præstari debeat, & quomodo, est textus *in cap.* 4. *de iureiurand.* & *in tit. de consecrat. electi in Episcop.* Sausay *in panop. Episcop. lib.* 2. *pag.* 165. *& seqq.* & *pag.* 174. agit de iuramento Archiepiscopi in pallij susceptionem, *ex cap. Significasti* 4. *lib.* 1. *Decret. tit.*6. *de elect.* vbi Barbos. multos refert, & Fermosin. & DD. *vbi suprà.*

CAPVT

CAPVT XXI.

An & quando Archiepiſcopus aut Epiſcopus poſſit adipiſci poſſeſſionem virtute literarum Apoſtolicarum; & quibus requiſitis: & an abſque Bulla confirmationis poſſit adminiſtrare, aut per Regis mandatum, aut ex epiſtola Cardinalis, in qua dicit literas eſſe expeditas? Et quid quando apprehendit poſſeſſionem abſque Bullis, & an eam poſſit obtinere & apprehendere per procuratorem ſæcularem; & quid poſſit adminiſtrare ante conſecrationem, & poſt adeptam poſſeſſionem?

SVMMARIVM.

1 *An & quando Archiepiſcopus aut Epiſcopus poſſit adipiſci poſſeſſionem virtute litterarum Apoſtolicarum; & quibus requiſitis, & quando.*

1 DE hac materia eſt textus elegans in extrauaganti *Iniunctæ*, de electione, vbi multos refert Auguſt. Barboſ. *in collect. ad dict. text.* & *in cap. Auaritia, de electione*, & *de poteſt. Epiſcop. cap.4. de confirmat. numer.9. & 10.* & *alleg.54. num.161. & 162.* & *de iur. Eccleſiaſtico cap.19. de elect. lib.1. num.* 247. Solorzan. *de iur. Indiar. lib. 3. cap.4. & num.* 35. eleganter Fermoſin. *de Sede vacante tract.1. quæſt.5. & 6.* & latiſſimè optiméque *in cap. Transmiſſa* 15. *de elect. in princip.* & *quæſt.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *&* 7. vbi omnia tradit: eleganter etiam & latiſſimè Villaroël *in tract. Gouierno Eccleſiaſtico y pacifico*, 1. *part. quæſt* 1. *art.*10. 11. *&* 12. vbi multos refert, & eſt omninò videndus.

CAPVT XXII.

De conſecratione Archiepiſcoporum, aut Epiſcoporum, & quomodo fieri debeat, & in quo tempore, & quibus requiſitis, & ceremoniis.

SVMMARIVM.

1 *De conſecratione Archiepiſcoporum, aut Epiſcoporum, & quomodo fieri debeat, & in quo tempore, & quibus requiſitis & ceremoniis.*

Laudatur Dominus Inquiſitor Alexander de Silua, ibid.

2 *Vtrum Epiſcopus nondum conſecratus fruatur priuilegio capitis fin. de priuileg. in 6. & quid de tantùm electo.*

DE hac materia, quæſtione, & reſolutione ſunt textus *in cap. Quoniam*, 75. *diſtinct. c. Quoniam*, 100. *diſt cap. Archiepiſcopus, de temporib. ordinationum*; Concil. Trident. *ſeſſ.*23. *de reformat.* & ibi Auguſt. Barboſ. *de poteſtat. Epiſcopi, part.*2. *alleg.*1. *num.* 39. *& ſeqq.* Auendaño *theſaur. indic.* 2. *part. tit.* 13. *cap.*3. 4. *&* 5. Doctiſſimus Lucas de Andrade *in libello intitulato acceoes Episcopaes, cap.*7. 8. *&* 9. Solorz. *de iur. Indiar. tom.*2. *lib.*3. *cap.*6. *num.*37. *&* 38. idem Barboſ. *de iur. Eccleſ.*1. *part cap.*9. *num.*51. Marchin. *de ſacram. Ordin. tract.* 1. *part.* 2. *cap.*12. Leander de Sacram. *tract.*6. *diſp.* 3. *quæſt.*4. & *ad Decalog. tom.*3. *diſp.*6. *quæſt.*11. Alzed. *de præcedentia Epiſcopi, part.*1. *cap.*4. *num.*12. Fermoſin. *in cap. Si Archiepiſcopus* 6. *quæſt.*1. *& ſeqq. de temporib. ord.* & *ad rubric. de ſacram. Vnctionis, q.*2 *à n.*16. Caſtr. Palao *moral. tract.*27. *diſp. vnica, punct.*14. quos accepi à ſapientiſſimo viro D. Alexandro de Silua à Conſiliis Principis, & Menſæ magnæ Inquiſitore, in iuris literalitate Alexandro, in partibus magno, in toto maiori & inter omnes literis florentiſſimo, & nunc Epiſcopo Elienſi digniſſimo: de quo etiam vide Fermoſin. *de Sede vacante quæſt.*6. Proſper. Fagn. *in cap. requiſiuit, de ord. ab Epiſc. pag.*262. *& ſeqq.* 1

Vtrùm autem Epiſcopus nondum conſecratus fruatur priuilegio capitis finalis *de priuileg. in* 6. & quid de tantùm electo, tractat Paſqualig. *de ſacrific. nouæ Leg. quæſt.*1228. 2

F 2 CAPVT



CAPVT XXIII.

De Mitræ Episcopalis antiquitate & vsu.

SVMMARIVM.

1 *De Mitra Episcopalis antiquitate & vsu:* & num.2.

3 *Mitra vsus quis esse debeat.*

1 De hac materia agit eleganter Andreas de Sausay *in lib. intitulato Panoplia Episcopalis, lib.*1. *cap.*1. *& seqq.* vbi omnia tradit de hac materia, & de illa agunt etiam Stephan. Durant. *lib.*2. *de ritib. Eccles. Catholic. cap.*9. *num.*36. Angel. Rocca *in annot. ad S. Gregor. eiusque parentum imagin. ad calc. tom.*1. *oper. eiusd. Sancti, pag.*474. de ea loquitur Fortunat. *lib.*4.

Tegmine vir niueus miro diadémate fulsus.

Et in vita S.Hilarij *lib.*1.

Hilarius fama radios iaculabat in orbem,
Ritè sacerdotis penetralia iura gubernans,
Ornatum Ecclesia pollens diadema corruscum,
In membris Christi capitis velut infula fulgens.

2 De hac materia agit etiam S. Hieronym. *in lib. de Eccles. Scriptor. cap.*45. & de ea loquitur etiam Ecclesiasticus *cap.*45. ibi: *Coronam aliam super mitram eius expressâ signo sanctitatis, gloriâ honoris.* Tertullian. *de corona milit. cap.*3. Ennodius Ticinensis *epigr.*77. de vita & moribus S. Ambrosij, de cuius ornatu, & mitra sic cecinit:

Serta redimitus gestabat lucida fronte,
Distinctum gemmis ore parabat opus.

3 Baron. *tom.*6. *annal. sub anno Christi* 54. vbi loquitur de mitra Episcopali. S. August. Episcop. Hipponensis, S.Bernardus *epist.*42. *ad Henric. Archiepiscop. Senon.* ibi: *Vtentes & ipsi more Pontificum mitrâ.* Et de hac mitra, & quomodo de ea vti debeat, & quis, loquitur textus elegans *in cap.*6. *de priuileg. in* 6. Campello *infrà*, & August. Barbos. *de potest. Episcop. part.*1. *tit.*1. §.5. *num.*19. vnico verbo inquit, quod in signum ordinis Episcopus habet mitram: de quo vide etiam Andrade *accoes Episcopaes cap.*13. Corona *de potest. Episcop. tract.*2. *cap.*4. *num.*5. & eleganter *numer.* 6. Pasqualig. *de sacrific. nou. Legat. quæst.*1130.

CAPVT XXIV.

De virga Episcopali, vel Pastorali baculo.

SVMMARIVM.

1 *De virga Episcopali, vel Pastorali baculo:* & num.2. *vbi de significatione, & an denotet ordinem vel potestatem.*

Inter Episcopalis dignitatis insignia hic certè eminet magis post mitram spectabilis ornatus, de cuius antiquitate, & materia est videndus eleganter idem Sausay *in panop. Episcop. lib.*2. *pag. mihi* 87. *& seqq.* Beda *in collect. ad calc. tom.*3. *eius operum de septem ordinibus*, vbi de Baculo Pastorali: de eo loquitur Marc. *cap.*6. Cassian. *lib.*1. *de Monach. veter. cap.*8. *&* 9. 1

Virgam autem ad indicium directionis ouium correctionisque etiam non esse prohibitam, facilè hinc perspicere licet, vt inquit Apostol. 1. *ad Corinth.*4. ibi: *Non enim in sermone est Regnum Dei, sed in virtute. Quid vultis? in virga ventam ad vos, an in charitate, & in spiritu mansuetudinis.* Extat Tolosæ in Ecclesia S.Stephani lapis marmoreus, in quo sculptæ sunt Sancti Petri, & Beati Saturnini imagines. Saturnini cum baculo recuruo, in quo versus ille legitur. 2

Curua trahit, quos recta regit, pars vltima pungit.

Refert Durant. *lib.*2. *de rit. Cathol. Eccles.* & idem Sausay *pag.*98. agit de benedictione Baculi, & quomodo fieri debeat. Innoc. III. *lib.*1. *myster. Miss. cap.*62. & Gloss. *verb. Propter historiam, in cap. vnic. de sacr. vnct.* §.*vlt.* qui incipit *Licet*, quatuor his versibus expressos docet Baculi Episcopalis significatus.

In baculi forma, Præsul, datur hac tibi norma:
Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.
Attrahe peccantes, rege iustos, punge vagantes:
Attrahe, sustenta, stimula vaga, morbida, lenta;

Etetiam est videnda Glossa *Mysticum*, in §. *vlt. d. cap.* & Innocent. *d. cap.*62. explicat

cat & dicit quare Summus Pontifex Baculo non vtitur: & textus *in cap. Cùm venisset, de sacra. vnct.* vbi Barbos. de qua materia est etiam textus *in can. Nullus Episcopus, dist.* 1. & Glossa *verb. Baculo:* Campello *infrà*, August. Barbos. *de potest. Episcop. p.* 1. *tit.* 1. inquit §. 5. *num.* 19. vnico verbo, scilicet quod Episcopus in signum ordinis habet baculum: sed quod baculus, quo Episcopus vtitur, potestatem denotet, tradit Corona *de potest. Episcop. tract.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. Andrade *accoes Episcopaes cap.* 13. Coron. *d. cap.* 4. *num.* 5. Pasqualig. *de sacrific. nou. Leg. q.* 1230.

CAPVT XXV.

De Annulo Episcopali.

SVMMARIVM.

1 *De Annulo Episcopali, & de eius significatione, & quomodo eo vti debeat Archiepiscopus, aut Episcopus; & quâ formâ*, & numer. seqq.

1 DE hoc annulo Episcopali agit eleganter Dusausay *in panop. Episcop. lib.* 3. *cap.* 1. vbi quod Christus est Annulus mysticus, & quare; & de eo agit Sacra Pagina *Cant.* 8. & S. Ambros. *serm.* 90. ibi: *Annulo suo suburrauit me Dominus meus Iesus Christus.* D. Aug. *lib.* 1. *de Ciuit. Dei, cap.* 13. *tom.* 5.

2 Et idem Dusausay *c.* 2. agit de antiquitate Annuli Pontificalis, Archiepiscopalis, & Episcopalis, *pag.* 180. *& seqq.* & *c.* 3. *pag.* 188. agit de materia Annuli Episcopalis, & de qualitate Annuli agit Iuuenal *satyr.* 1.

Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum.
Nec sufferre queat maioris pondera formæ.

Et *satyr.* 7.

Semestri vatum digitos circumligat auro.

3 Idem Sausay *pag.* 191. agit de more portandi annulum auri, & de illis, quos sponsus sponsæ præstat: & *cap.* 4. *pag.* 208. agit de forma & ornatu Annuli Episcopalis, de quo Stephan. Durant. *lib.* 2. *de ritibus Catholic. Eccles. cap.* 9. vbi quod in gemma, quæ annulum decorat, nihil omninò exprimi oportere dicit, vt patet ibi: *Annulus Episcopalis ex auro puro puto solidè conflatus constat cum gemma pretiosori, in qua nihil sculpti esse debet.*

4 At in illo non debet apponere profanas res, nec insculpere vanis hieroglyphicis, vt tenet Sausay *pag.* 213. vbi de ratione: & optimè. Clemens Alexandrin. *lib.* 2. *Pædagog. cap.* 12. & *in tract. de discip. & hab. virg. ex cap.* 17. *Apocalyps.* optimè exornat.

5 Et Episcopis permittitur annulum auri & cum gemma gestare, quia in Sacra Pagina plus æstimabatur, vt in Cantic. cap. 5. *Caput eius aurum optimum.* Psalmo 18. *Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum.* Apocal. 21. Exod. 35. Ezech. 28. Math. 13. *Quærenti bonas margaritas.*

6 Sic magnus Ambrosius in Ecclesia coruscabat; cui ideò accinit Ennodius *epigrammate* 77. de eius moribus, ac vita Deo digna, hominibusque gratissima.

Serta redimitus gestabat lucida fronte.
Distinctum gemmis ore parabat opus.

7 Sic & Hilarius, de quo Fortunatus cecinit.

Hilarius famæ radios iaculabat in orbem.
Ritè Sacerdotis penetralia iura gubernans.

Et infrà *lib.* 1. *Carm.*

Ornatum Ecclesiæ pollens diadema coruscum,
In membris Christi capitis velut infula fulgens.

Ità & Marinus, charus eius alumnus, & deinde compar: de quo idem Fortunatus meritò prædicat *lib.* 3.

Vir cui digna foret stola lactea, & aurea fulua.

Et *lib.* 4.

Tegmine vir niueus miro diademate fuluus.

8 Et verò pretiosos lapillos gestari ab Episcopis, eo intento Ecclesia voluit, vt gemmarum instar in templo Domini collucerent: margaritarumque quarum clarent ornatu, non solùm pulchritudinem, sed & vim ac excellentiam studerent seriò æmulari. Præclarè Sanctus Hieronymus *epist.* 128. *ad Fabiolam*, de veste Sacerdotali, *tom.* 3.

9 Hinc & Antistites qui gerunt gemmas in annulis decet in earum delectum studium adhibere. Sicut enim sunt virtutes quædam Episcopis propriæ, quas ideò Apostolus eorum in ornatu speciatim exigit: sic & gemmæ nonnullæ sunt aptiores ad ipsas virtutes designandum: quamobbrem condeceret, vt inseri annulis suis sacris nullas alias gemmas Episcopi paterentur,

tur, quàm quæ ob mysticos significatus in Scripturis sacris diuina ex approbatione commendantur, vt eleganter prosequitur idem Dufausay *pag.* 230. *& seqq.* & *cap.* 5. vbi agit de vsu annuli, ad quod facit illud Martial.

Per cuius digitos currit leuis annulus.

10 Annulus datur Episcopo in pignus casti amoris, & conjugij signaculum, ex Tertulliano *in Apologetico contra Gentes*, & Isidoro *lib.* 19. *origin. Daniel.* 6. *&* 14. Dusausay *pag.* 236. *vers. In pignus, & seqq.* vbi eleganter: *& cap.* 6. *pag.* 146. agit de annuli abusu, seu vsu non pio, vel non honesto aut superfluo; & ibi eleganter exornat.

11 De situ annuli sacri in manu Antistitis agit idem Dufausay *lib.* 3. *cap.* 7. *pag.* 261. & Lipsius *in commentar. ad Senec.* de eodem agit, & ex professo ostendit annulum olim apud Romanos in sinistræ tantùm manus digito, qui inde annularis dictus est, solitum fuisse collocari: astipulatur Papinius *lib.* 3.

Atque idem in cuneos populos conduxit Equestres,
Mutauitque genus, læuæque ignobile ferrum.
Exuit.

12 Et quamuis *in cap. Nostrates*, 30. *quæst.* 5. de annulo fiat mentio, & non exponat in quo digito soleret poni; at Isidor. Nicolao antiquior de hoc ritu loquens expressè annulum enuntiat in læuæ manus digito, qui extremo immediatè accedit, more apud fideles recepto solitum esse reponi, vt dicit *lib.* 2. *de offic. cap.* 19. de quo etiam est Canon. *Fœminæ*, 30. *quæst.* 5. & ibi Gloss. *fin.* de quo etiam agit caput *Illud, de præsumpt.*

13 At Episcopo non licet nisi vnicum gerere annulum: at hunc in dextra manu, eiusque digito, qui dicitur annularis, qui proximus est scilicet extremo, & non alio ferre debet, iuxta regulam in Romano Pontificali expressam, de qua & de benedictione annuli agit Sausay *pag.* 264. & *pag.* 266. disputat cur situs dexteræ excellentior ac dignior sinistræ censeatur, iuxta illud, *Dextra tua suscepit me*, Psalm. 17. *In potentatibus salus dexteræ eius*, Psalm 19. *Sed dextera tua & brachium tuum*, Psalm. 43. *Dextra Domini fecit virtutem*, Psalm. 117. ex eo quia virtus & potestas in sacris paginis solet per dextram designari: quod conuenit Episcopo, quia est in Ecclesia Dei virtus, & ab eo habet potestatem: de quo situ annuli est controuersia apud DD. Canonistas, vt tenet Durant. *lib.* 2. *de ritib. Eccles. cap.* 9. Imol. *in cap. Clerici, de vita & honestate. cleric.* Syluester *verb. Episcopus, num.* 1. Petr. Gregor. *syntagmat. lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 39. Abbas *in cap. Licet, de translat. Episcop.* Mauric. de Alzed. *de excellent. Episcopal. dignit. cap.* 5. *num.* 67. *&* 68. Sausay *pag.* 269. & *cap.* 8. *pag.* 261. tractat de mystica annuli Episcopalis significatione, de qua est textus *in c. Ex ore, de his quæ fiunt à maiori parte Capituli*: & glossa *signum, in cap. Ad nostram, de consuetudine,* & ibi DD.

CAPVT XVI.

De Episcopali cruce pectorali, & de eius gloria, reuerentia, & laudibus; & quantùm sit ad benè regendum necessaria.

SVMMARIVM.

1 *De Archiepiscopali, aut Episcopali cruce pectorali, & de eius gloria, reuerentia, & laudibus, & quare introducta:* & num. seqq.

LICET in veteri Romano Ordine, sub titulo *Qualiter Episcopus in Ecclesia Romana ordinetur*, vbi etiam eius referuntur ornatus, nihil de cruce pectorali expressum sit, vti neque apud Alcuin. *lib. de diuinis offic. cap. de singul. vestib.* & Fortunat. *lib.* 5. *de offic. Ecclesiast.* vbi etiam agit de vestibus sacrorum Ducum, & *cap.* 15. *& cap.* 16. mysticos ipsorum vestimentorum significatus exponit: sed nec apud Raban. *lib.* 1. *de Clericor. institutione*, vbi ex professo de sacris ipsis vestibus tractat, scilicet *à cap.* 14. *vsque ad* 24. inclusiuè: quemadmodum nec Honorius Augustodunens. *in gemma animæ, de antiquo Missæ ritu, lib.* 1. vbi nempe *à cap.* 209. *vsque ad* 221. differit de vestibus Episcopi; & mirum est, cur capite sequenti de ornatu Archiepiscopi differens, nullam super pectore eius agnoscit crucem, præter eam quæ è pallij linea à parte anteriori defluenti super pectus ipsius Archipræsulis descendit: *In duabus quippe* (inquit) *lineis pallij ante & retro est purpureum crucis signaculum, quia Pontifex ex vtraque lege debet proferre Christi passionis testimonium. Duæ enim lineæ pendentes sunt duæ leges Christi passionem proferentes.* 1

Attamen asserere non vereor antiquissimum Episcopis ritum esse gerendæ pectoralis 2

ctoralis crucis, quæ ideo verè annumeratur in Romano Pontificali recognito inter spectatissima horum sacræ dignitatis insignia, *lib. 1. de mysteriis Missæ, c. 53.* ibi: *Tum accipit crucem pectoralem*; vt eleganter prosequitur Dusausay *Panopl. Episcopal. lib. 4. pag. 294. & seqq.*

3 Et à Græcis videtur mos ille manasse, à quibus crux illa à sinu pendula vnica voce à sinu vocitatur, quam se gestasse ipse meminit sanctus Gregor. Nazianzen. *carmin. 21.* inter varia carmina, *tom. 2. eius operum edit. Parif. pag. 94.* qua à se dæmonem abegit: ita siquidem tetrum in hostem adoritur.

—— Diffuge jamjam,
Ne cruce quam metuunt omnia te feriam.
Namque crucem in membris medioque in corpore gesto,
Inque viis, &c.

4 De qua re idem Diuus Gregor. *tom. 1. de Sancta cruce:* & de hac pectorali loquitur Nicephorus Patriarcha in eius epistola ad Leonem III. *Pontificem Romanum*, de quo Baron. *tom. 9. sub anno Domini 811.* Augustin. Piuisant. *lib. 2. de ritu præferendi crucem Romano Pontifici*, *cap. 7.* Diuus Gregor. *lib. 7. epist. 126.* Maurit. de Alzed. *p. 1. cap. 11. de prisca veneratione Episcopor.* & *cap. 13. de præminentia ac prælatione ipsorum Episcoporum*, agit cur Episcopus hanc perferat crucem. Sanct. Basil. *lib. de Spirit. sanct. cap. 27.* Lancelot. *in Templo iudic. lib. 2. cap. 5.* Chassan. *in catalogo glor. p. 1. consider at. 4.* Rupert. *lib. 1. de diuinis officiis*, *cap. 26. de cruce* (vbi etiam quod signare frontes fidelium signo crucis in chrismate solius est Episcopi munus:) & ibi etiam agit de cruce pectorali Archiepiscopi aut Episcopi.

5 Quæ crux est gloria Episcoporum, aut Archiepiscoporum, vt ait Dusausay *d. lib. 4. pag. 317.* ex qua eis maxima reuerentia debetur, vt patet ibi: *Crux nempe inæstimabile signum est*, *admirabilis virtus est. Crux spes Christianorum*, *resurrectio mortuorum*, *cæcorum dux*, *claudorum baculus*, *destructio superborum*, *consolatio pauperum*, *sustentatio inopum*, *spes desperatorum. Crux Regum magnificentia*, *Sacerdotum gloria.* Et *pag. 325.* agit etiam, an passim vti pectorali cruce Abbatibus, Episcopali more liceat.

6 Et in ea ideo Apostolus præcipuum decus suum reponebat. *Gal. 6. 14. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Super qua est videndus Diuus Augustin. *de verbis Apostoli serm. 27. inter fragmenta*, *tom. 10.* citatus à Beda *in epistol. ad Gal. 6.* & est videndus D. Dusausay *d. lib. 4. pag. 318. vers. Præclarè*, ibi: *Præclarè Sanctus Chrysostomus in locum Apostoli præcitatum*, *sese Episcopum sola in cruce dicebat cum eodem Apostolo gloriari*; *quia in ea patet magnitudo peccati nostri*, *& immensus Domini in nos amor: in cruce enim vulnera nostra Christus curauit*, *vbi sua pertulit: ibi à morte sempiterna nos seruauit*, *vbi temporaliter mori dignatus est.* Sanct. Augustin. *serm. seu tract. 3. in Ioannem. Quo die crux fixa est*, *mundus sanctificatus est. Crux vicit*, *& mors victa est. Per crucem Diabolus victus*, *homo solutus*, *& Deus glorificatus est. Crux enim est destructio inferni*, *perditio diaboli*, *clauis Paradisi*, *victoria Christi*, *arbor resurrectionis*, *lignum vitæ æternæ*, *& signum salutis perpetuæ. In hoc igitur signo Dei elucet misericordia*, *manifestatur iustitia*, *amplificatur gloria: ex quo nostra oritur fides*, *exurgit spes*, *ac charitas inflammatur*, *omnisque nostra profluit felicitas. Nam crux Christi peccatores saluat*, *cæcos illuminat*, *infirmos curat*, *catechumenos baptizat*, *fideles iustificat*, *pœnitentes reparat*, *iustos augmentat*, *Martyres coronat*, *virgines*, *viduas*, *& coniugales casto pectore conseruat*, *clericos ordinat*, *Sacerdotes consecrat*, *Sacramenta sanctificat*, *electos denique associat Angelis*, *& cum eis æternæ hæreditatis efficit beatos consortes.* Eleganter etiam Gunth. *in Ligur.* sic canit:

—— Suo cum Præsule Clerus.
Vestibus ornati nitidis, *pretiosa ferentes*,
Signa crucis.

Marc. Anton. Muret. *in hymno sanctæ Crucis*, præter alia de laude, & triumpho crucis elegantissimè decantata sic extulit:

Gentes nulla quibus notitia est Dei,
Armis, *imperio*, *prole superbiant:*
Nobisque is melior spiritus obtigit.
Sola est in cruce gloria.

Cum multis eleganter exornat, & eruditè pertractat, nullis ex his consideratis, 7
Solorzan. *emblem. 10.* vbi agit de historia Rudolphi crucem pro sceptro in sua inauguratione sumentis cum lemmate SCEPTRVM PRÆSTABILE: quod luculenter ornat, & in vera crucis & Christi imitatione, & pietatis ac veræ religionis stricta obseruatione verum & securum Regum & Regnorum sceptrum fulcrumque consistere pluribus demonstrat, & multa in cruis laudem adducit *pag. 78.*

In hoc igitur salutari crucis signaculo 8
diuina beneficia quasi in speculo splendidissimo Episcopus intuetur. Nec enim suspensam è sinu crucem potest pectori suo impositam cernere, quin mysteriorum omnium

omnium (si benè attendat) recordetur, quæ Christus in ea pro genere humano salutarem oppetendo mortem dignatus est operari, vt probat Diuus Bernard. *epistol. 42. ad Henric. Senonens. Archiepiscop.* Diuus Chrysostom. *in commentar. super epistol. ad Gal. cap. 6. in fin. tom. 4.*

9 Quæ crux cum auro & gemmis perferri potest, quæ omni auro longè pretiosior, gemmaque inæstimabilis est: quamobrem in eius triumphali festo Ecclesia has in laudes lætabunda erumpit: *O quam pretiosum lignum! quàm pretiosa gemma, qua Christum meruit sustinere!*

CAPVT XXVII.

De chirothecis Archiepiscoporum seu Episcoporum.

SVMMARIVM.

1 *De chirothecis Archiepiscoporum, seu Episcoporum.*

1 DE hac materia est omninò videndus Dusausay *in Panoplia Episcopali, lib. 5.* vbi elegantissimè ex Diuo Hieronymo scribente ad Fabiolam de veste Sacerdotali *epistol. 128. tom. 3. pag. 727.* Durant. *lib. 2. de Ecclesia Catholica ritibus, cap. 9.* ibi: *Post indutam dalmaticam Episcopus manus operit chirothecis.* Quid verò chirothecæ significent enarrauit Innocentius III. *lib. 2. de myster. Missarum, cap. 41.* Durant. *lib. 3. ration. cap. 12.* Honor. Rupert. *lib. 1. operis cuius titulus est, Gemma animæ, cap. 209.* cùm de septem vestibus Episcoporum proprio sub programmate tractat, inter eas nominatim chirothecas recenset, ibi: *Episcopus iisdem septem vestibus induitur quibus Presbyter; insuper & aliis septem redimitur, scilicet sandaliis, dalmatica, rationali, mitra, chirothecis, annulo, baculo.* Et *c. 215.* speciale syntagma prænotat de chirothecis, & de earum morali ac mystica significatione, de qua latissimè est videndus idem Dusausay *pag. 334. & seqq.* Corona, Barbos. & Pasqualig. relati *cap. 22. in fin.*

CAPVT XXVIII.

De dalmatica, & tunicella Archiepiscopali, & Episcopali.

SVMMARIVM.

1 *De dalmatica, & tunicella Episcopali aut Archiepiscopali:* & n. 2. & 3.

DE hac re est videndus eleganter idem Dusausay *Panop. Episcopal. lib. 6. pag. 356. cap. 1.* vbi quod sacris vestibus non modò in diuinis mysteriis, sed etiam in synodis Episcopi ac cæteri viri ecclesiastici hactenus vsi fuerint: & ibi multa refert: & *cap. 2. pag. 364.* agit de discrimine tunicæ, & dalmaticæ, ac vtriusque origine, & vsu apud veteres, de quo etiam Cassian. *lib. 1. de habitu Monachor. cap. 5.* Rosin. *lib. 2. cap. 3.* Virgil. *Æneidos 9.* de illis mentionem facit. 1

Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis,
Desidia cordi, iuuat indulgere choreis.
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Idem notat Horat.

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Idem Dusausay *capit. 3.* agit de Pontificalis & Leuiticæ tunicæ ac dalmaticæ antiquitate: & *cap. 4. pag. 378.* loquitur de vsu dalmaticæ & tunicæ tum Episcopalis, tum Diaconicæ iam diu approbato, tam canonica lege, quàm consuetudine ecclesiastica: & ibi multa refert. Et *cap. 5. pag. 382.* disputat an ex peculiari priuilegio ius gerendi dalmaticas non Diaconis modò, sed Episcopis quibusdam accesserit, quo ornatu vti, huius indulti defectu, aliis Episcopis non liceret: & *cap. 6.* num Subdiacono ex iure dalmaticæ vsus competat? vbi obiter de differentia dalmaticæ Diaconi, & tunicellæ Subdiaconi differitur: de quo canon *De ieiunio, dist. 76.* vbi Barbos. & canon *Diacono, gloss. F.* & de Alba canon *Episcopus Presbyter, 11. quæst. 3.* vbi etiam Barbos. 2

Idem Dusausay *cap. 7. pag. 392.* agit de dalmaticæ vsu ecclesiastico, qui diuinæ approbationis plerisque indiciis commendatur: & *cap. 8. pag. 396.* agit de sacræ dalmaticæ, ac tunicellæ mystico significatu: & *lib. 7. pag. 404.* agit de compagis, seu compagiis, caligis, & sandaliis Pontificum, 3

&

& de omnibus vestibus, & ornamentis summi Pontificis: & vide Barbos. Corona, & Pasqualig. *relat. cap.22. in fin.*

CAPUT XXIX.

De sandaliis, & podere, vulgò *Roxete*, Archiepiscoporum, & Episcoporum, & quomodo, & quando portari possint.

SUMMARIUM.

1 *De sandaliis, & podere, vulgò* Roxete, *Archiepiscoporum, & Episcoporum: & quomodo & quando portari possint.*

1 DE hac materia agit idem Dusausay *Panoplia Episcopal. lib.7. cap.6. de sandaliis Episcopor.* & *cap.8.* vbi etiam de calceamentis; & ibi multa refert: & eo non relato nouissimè Doctissimus Lusitanus noster Lucas de Andrade Prior de Villaverde *in libro intitulato accoes Episcopaes, 1. part. cap.6. pag.15.* vbi eleganter Campello *infrà pag.414. num.9. & seqq.* de quo etiam Beda Venerabilis *in opusculo de septem ordinibus, ad calcem tom.3.* Alcuinus *lib. de diuinis officiis, cap. quid vestimenta significent, in exordio:* Amalarius *lib.2. de ecclesiastico officio, cap.25.* Serab. *de rebus Ecclesiæ, cap.23.* Rupert. *lib.1. de diuinis officiis, cap.24.* Innocentius III. *lib.1. mysteriorum Missæ, cap.48.* Durant. *rational. diuinorum officiorum lib.3. cap.8.* de quo etiam Solorzan. *emblem. 62. num. 10.* vbi quod Christiani Episcopi petaso ad Mercurialis similitudinem fabricato, & filaminatis borulis vti solent, quia cùm Apostolorum Gentiumque Pastorum, & Doctorum munus exerceant, in continua veluti peregrinatione esse debent, ideoque etiam illis scapulis insigniuntur, quas musetas vocant, quæ peregrinorum chlamydi, quæ sclauina dicitur, adaptatur, vt sui veluti præcipui muneris, quod in visitandis, sedulóque diuini verbi pabulo suis ouibus reficiendis consistit, admoneantur, de quo vide Dom. Sebastian. Couarr. *verbo Musetas*, de quibus sandaliis, vestibus, & ornamentis vide etiam Nostrum Capello *in libel. intitulato Thesouro de Ceremonias, pag. 423. & seqq.* vbi etiam de materia.

CAPUT XXX.

De vestibus Episcoporum, & quibus vti possint, & quando.

SUMMARIUM.

1 *De vestibus Episcoporum, quibus vti possint, & quando: vbi de Rochetto & aliis:* & num.2. 3. 4. 5. 6.

7 *Quid in Episcopo regulari.*

IN omni loco possunt Archiepiscopi, aut Episcopi vti vestimentis violacei coloris rubeis transuersis. Ceremoniale Episcoporum *lib.1. c.1. & 2.* Garcia *de nobilitat. gloss.48. §.3. num 52.* August. Barbos. *de potest. Episcopi part.2. alleg.1. num.47.* nouiter Corona *de potest. Episcopi tract. 2. cap.4. num.5.* 1

Ac rochetto, quod est indumentum lineum, & album, *cap. Clerici, de vita & honestate clericorum*, August. Barbos. & Coron. vbi proximè: Andrade *nas accoes Episcopaes cap.6. num.42. & 43.* 2

Cum hoc tamen temperamento, quod in propria Diœcesi incedunt rochetto discooperto, extra Diœcesim verò, vel in præsentia Legati de latere portant mantelettum ad rochettum cooperiendum; nam loco manteletti in propria Diœcesi vtuntur mozetta supra rochettum. Vgolin. *de offic. Episcopi cap.3. num.6.* Barbos. & Coron. *vbi suprà.* 3

Vti etiam possunt galero nigro, laneo, serico, viridi suffulto, cum chordulis, & floccis sericis, viridibusque, vt tenet Barbos. *dict. alleg. 1. numer. 48.* Coron. *vbi suprà*, Andrade *dict. cap. 6 num.45.* 4

Portare etiam possunt anulum gemmatum in quarto digito à pollice manus sinistræ, *cap. Clerici, de vita & honestate Clericorum*, Petr. Gregor. *syntagmat. iur. part.2. lib.4. cap.12.* 5

Insuper possunt cappam gerere, cuius cauda à Capellano deferatur. Gratian. *forens. cap.467. num.3.* Corona *dict. cap.4. n.5.* Barbos. *dict. alleg.1. num.49.* 6

At Episcopus regularis cùm monasticum habitum non amittat, imò illum gestare teneatur ex vi regulæ & iuris, *ex cap. Clerici officia, in fin.* retento colore sui Ordinis possunt in forma 7

seu figura habitus se conformare cum Episcopis sæcularibus, & anulum gemmatum ferre, vt multis citatis tenet idem Corona *dict. cap.* 4. *num.* 5. *pag.* 130. *colum.* 2. Andrad. *dict. cap.* 6. *num.* 46. Barbos. *de potest. Episcopi* 1. *part. tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 26. *& seqq.* & eleganter est videndus Villaroël *Gouierno ecclesiastico y pacifico, quæst.* 2. *art.* 2. & *art.* 1. tractat vtrum possint gestare cappas magnas sericeas coloris rubei, & quomodo vti debeant dorsualiis, vulgò *Gualdrapa.* Andrade *accoes Episcopaes cap.* 18. vbi in quibus diebus possint mutare vestes.

CAPVT XXXI.

De Archiepiscopali pallio, & quid sit, & quando tradendum.

SVMMARIVM.

1 *De pallio tradendo Archiepiscopis, & quid sit.*

1 DE pallio tradendo Archiepiscopis, & quid sit, & de eius materia latissimè Fermosin. *in tit. de authorit. & vsu pallij*, August. Barbos. *de iur. Eccles. part.* 1. *cap.* 7. vbi *num.* 103. inquit, quod pallium est speciale ornamentum Archiepiscopi, quo vtuntur in Ecclesiis suæ prouinciæ, & in Missa solenni tantùm, etsi Episcopos contigerit ordinare: & *num.* 107. agit de quæstione, an Archiepiscopus possit ordinare ante pallij receptionem: & quod nisi priùs præstet fidelitatis & obedientiæ iuramentum, ei non tradatur pallium, est textus *in cap. Significasti* 4. *de elect.* vbi Barbosa & Fermosin. Cum quo hîc, & *in tit. de authorit. & vsu pallij*, omnia circa varias quæstiones videbis. Andrade *accoes Episcop. cap.* 11. *&* 12. eleganter cum multis Coron. *de potest. Episcop. tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 10.

CAPVT XXXII.

De antiquo more mittendi ad Regna Legatos, ac Nuntios cum potestate Legati à latere; & quæ debeat legatio continere.

SVMMARIVM.

1 *De antiquo more mittendi ad Regna Legatos:* & num. 2. & 3.
4 *Summus Pontifex vti legatione solet.*
5 *Eligi potest Apostolicæ Sedis Legatus quicunque summo Pontifici visus fuerit idoneus:* & num. 6. *quid hodie obseruent Pontifices.*
7 *Species Legatorum triplex est, & quæ.*
8 *De officio, dignitate, immunitateque Legatorum, tam legationis tempore, quàm functi muneris.*
9 *Vt aliquis Legatus optimè in legatione procedat, & accipiatur, sex requiruntur, & quæ.*
10 *An legatis fœdera frangentibus seruanda sit fides, & an à Principe apud quem legatione fungatur coerceri, & puniri valeant.*
11 *Familia Legatorum vtrum iure gentium ac fœderali immunis habenda sit à iurisdictione ordinaria.*
12 *Vtrum Legatorum ædes immunitatis, & asyli iure gaudeant ad hoc vt delinquentes ab eis extrahi non possint.*
13 *De materia, potestate, & iurisdictione Legatorum à latere.*

CERTVM est moris antiquissimi fuisse Nuntios, Oratores, & Legatos mittere: ac non discedendo à Scripturæ sacræ testimoniis, se mihi offert ante omnia exemplum Patriarchæ Iacob filij Isaac, nepotis Abraham, qui discedens à Laban socero, & pergens ad suos cum omni familia, animalibus, & aliis bonis, hæc Angelis Dei, quos obuiam habuit, considerans ne ab Esau fratre suo, ob odium, inuidiam, vel aliam ob causam offenderetur, misit Nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in Regionem Edom, & præcepit illis his verbis dicens: *Sic loquimini Domino meo Esau. Hæc dicit frater tuus Iacob. Apud Laban peregrinatus sum, & fui* 1

fui vsque ad præsentem diem. Habeo boues, & asinos, & oues, & seruos, & ancillas: mittoque legationem ad Dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. Reuersique sunt Nuntij ad Iacob, dicentes: *Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tuum*, cum quadringentis viris, vt habetur in libris Geneseos, *c.*32. In erectione Altaris Domini ædificati in Chanaan, quòd illam non permitterent filij Israel, deputauerunt legatos ad filios Ruben, Galaad, & dimidiæ Tribus Manassæ, ne id facerent; qui miserunt Phinees filium Eleasari, Sacerdotis, & alios decem Principes, qui exierunt ad Israel ad eosdem filios Ruben, & dimidiæ Tribus Manassæ; quorum legatorum medio quies inter ipsos facta est, vt habetur in libro Iosuæ, *cap.*22. Similiter quando Nabuchodonosor Assyriorum Rex misit Holofernem militiæ suæ Principem cum millibus peditum pugnantibus centum viginti, & cum equitibus sagittariis duodecim millibus, cum innumerabili exercitu camelorum, & quadrigarum, qui destruebant Ciuitates omnes, & cuncta loca infestabant, qui incidebant vineas, & flammis incendebant sata matura, terrorem vbique incutiendo: ob eas locorum destructiones ac ruinas Reges & Principes Syriæ, Mesopotamiæ, Sobal, Libyæ & Ciliciæ, timentes Hierosolymæ, ac templi destructionem, aliarumque ciuitatum demolitiones, ad eundem Holofernem Legatos miserunt, qui illum rogarent, vt desineret sua indignatione vti, quia melius esset viuentes ipsos conseruare, vt seruirent Regi Magno Nabuchodonosori, quàm destrui. Cùm idem Princeps obduratus existeret, & Legatos non audisset, tunc Eliachim Sacerdos magnus illos confortans hortatus est, vt ad Deum clamarent, pœnitentiam agerent, ieiuniis, & orationibus vacarent, & ciliciis se induerunt Sacerdotes, ac alij omnes clamantes ad Dominum Deum, viri pariter & mulieres: qui omnes se humiliauerunt, atque animas deduxerunt in lachrymis, fletibus, orationibus, & ieiuniis. Et cùm legatio cùm effectum non habuisset, per manus mulieris operâ Dei salui facti fuere: quæ omnia in sacra Scriptura notantur *Iudith cap.* 3. *cap.* 4. *& seqq.* Eodem modo Ionathas misit Legatos ad Bacchidem, vt componeret eum ipso pacem, quam libenter fecit, & accepit, ac ille iurauit nihil ei mali facturum omnibus diebus vitæ eius, vt scriptum est in libris Machabæorum, *lib.* 1. *cap.* 9. ob virtutes, ac potentiam Ionathæ ac Simonis fratrum. *Postea Rex Alexander vocauit Ionatham, vt occurreret sibi Ptolemaide, quò abiit cum magna gloria: & occurrit duobus Regibus, & dedit illis aurum, & argentum multum, & inuenit gratiam in conspectu eorum, & ad confusionem illorum, qui inuidebant Ionathæ: & Rex fecit illum vestiri purpura, & fecit eum sedere secum, & præcepit Principibus suis, vt irent cum eo vsque ad medium Ciuitatis, & prædicarent, vt nemo aduersùs eum interpellet de vllo negotio, nec quisquam molestus sit vlla ratione: & magnificauit eum Rex, & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum Ducem & participem Principatus.* Hæc omnia habentur *Machabæorum lib.* 1. *cap.*10. Eodem modo Alexander Regis Antiochi filius ad Ptolemæum Ægypti Regem Legatos misit in hæc verba: *Quoniam regressus sum in Regnum meum, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui Principatum, & contriui Demetrium, & possedi Regionem nostram, & commisi pugnam cum eo, & contritus est ipse, & castra eius à nobis; & sedimus in sede Regni eius, & nunc statuamus ad inuicem amicitiam: da mihi filiam tuam in vxorem, & ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipsi dignitatem.* Cui respondit Rex Ptolemæus: *Felix dies in qua reuersus es ad terram patrum tuorum, & sedisti in sede Regni eorum; & nunc faciam tibi quod scripsisti; sed occurre mihi Ptolemaidam, vt videamus inuicem nos, & spondeam tibi sicut dixisti.* Et exiuit Ptolemæus de Ægypto, ipse, & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centesimo sexagesimosecundo: & occurrit ei Alexander Rex, & dedit ei Cleopatram filiam suam, & fecit nuptias eius Ptolemaidæ, sicut Reges in magna gloria. Quæ omnia continentur Machabæorum *lib.* 1. *cap.* 10. Antiochus Rex misit Nuntios cum epistolis huius tenoris: *Antiochus Rex, Senatui Iudæorum, & cæteris Iudæis salutem. Si valetis, sic estis vt volumus: sed ipsi bene valemus. Adiit nos Menelaus dicens velle descendere ad vestros, qui sunt apud nos. His igitur, qui commeant vsque ad diem trigesimum mensis Xantici damus dextras securitatis, vt iudaicis vtantur cibis, & legibus suis, sicut & priùs, & nemo eorum vllo modo molestiam patiatur de his, quæ per ignorantiam gesta sunt. Misimus autem & Menelaum, qui vos alloquatur. Valete.* De quibus habetur *Machabæorum lib.*2. *cap.*11. & in eodem loco Legati Romano

Romanorum scripserunt epistolam infrascripti tenoris. *Quintus Memmius & Titus Manilius, Legati Romanorum, Populo Iudaeorum salutem. De his, quae Lysias cognatus Regis concessit vobis, & nos concessimus: de quibus autem ad Regem iudicauit referendum, confestim aliquem mittite, diligentiùs inter vos conferentes, vt decernamus sicut congruit vobis: nos enim Antiochiam accidemus, ideoque festinate rescribere, vt nos quoque sciamus, cuius estis voluntatis. Bene valete.* Quae omnia habentur *eodem lib.2. Machab.cap.11.*

2 Hactenus ex sacris literis quarundam legationum exempla narrasse sufficiat, quando aliarum etiam gentium moris, & vsus fuisse alia referam, quae breuibus expedire conabor. Sed tamen hi Legati quandoque Oratores, Nuntij, & Interpretes appellati fuere. Oratorum nomine vsus est Liuius *lib.24. & 25.* qui pluries quoad hos Legatos, ac homines legationibus deputatos Oratores appellat. Sed Guilielmus Budaeus *in annotationibus ad Pandectas, in titul. de vi publ.* dicit Legatos esse, qui deprecationibus vtuntur: in quorum numero collocare possumus Carthaginensium Legatos, qui ad Scipionem Africanum maiorem missi fuere, pacem & veniam petentes. Quibus responsum dedisse Scipionem hoc modo refert Franciscus Petrarcha *in libris Africa.*

Non pacis tractator ego, sed victor & vltor.

Qui Legati eidem Scipioni deprecantes iterum replicasse refert idem Poëta:

Sed nulla victoria maior,
Quàm veniam petiisse reos.

De quibus Legatis Carthaginensium ad Scipionem maiorem, & de Legatis ad Quintium superato Philippo, & de Legatis ad Lucium Scipionem deuicto Rege Antiocho, & ad Paulum Æmilium victo, & capto Perseo missis scribit Liuius *lib.3. 33.37. & 46.* vbi etiam de Legatis ad Anicium redacto in potestatem Gentio.

Oratorum nomine Legatos ab Ænea missos appellat Virgil. *lib. 2. Æneid.* dum inquit:

Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
Gentium Oratores augusta ad mœnia Regis
Ire iubet.

Interpretes etiam vocati sunt Legati à Platone in Cratylo, de quibus interpretibus Cicero ad Brutum *epistol.9.* dicit esse illos Legatos, qui ferunt, referuntque mandata. De illis Virgilius *lib. 4. Æneid.* inquit:

Interpres Diuûm fert horrida iussa per auras.

Et lingua similiter vocatur animi interpres per Lucretium dicentem *lib.6.*

Atque animi interpres manabat lingua.

Et quemadmodum lingua dicitur nuncia, & interpres animi, ac ipsius cordis praeco, sic concinit illud Aristotelis *lib.2. Perihermenias, siue de interpretatione,* quod voces sunt earum, quae sunt in anima passionum notae: proinde quinque nostros sensus animi nostri nuntios esse voluit Cicero *Tusculanarum quaestionum lib. 1.* ex quibus apparet à Scriptoribus diuersimodè appellatos fuisse Nuntios.

A Senatu missas, Populoque Romano legationes scribit Terentius Varro *de lingua Latina lib.4.* Quandoque id Consules fecerunt; nam Liuius *lib. 29. Consuli,* inquit, *à Patribus permissum, vt quem videretur ex his, qui extra Senatum essent, Legatum mitterent ad bellum Regi indicendum.* Cumque nonnulli dicant soli Senatui permissum id fuisse, contrarium tamen dici potest ex dictis Varronis, & Liuij authoritatibus: & ponderanda est historia in principio fundatae vrbis Romae, dum fuere missi Legati pro habendis legibus ad Athenienses, Lacedaemonios, aliasque Graeciae Ciuitates: & his non citatis aliqua notauit nouissimè doctissimus Salzed. *in lib. theatr. honoris, gl0s.26.* vbi multos DD. refert: Parexa *de instrum. edit. tit.2. resol. 2. num. 55.* Kochier *tract. de Legat. cap.1. & seqq.* 3

Et in summo Pontifice ita obseruatur; legationes enim inter summos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes magnos, qui sui iuris sint, in vsu esse solent, vt notat Villaroël. *Gouierno Ecclesiastico y pacifico, 1. part. quaest.4. art.6. per tot.* August. Barbos. *de iure ecclesi. lib.1. cap.5.* Fragos. *de regim. reipub. 2. part. lib.4. disp. 10. §.1.* eleganter Parexa *de edit. instrum. tit.2. resol. 2.* Valenz. *cons. 170. num. 7. iunct. cons. 151. num.48.* 4

Et eligi potest Apostolicae Sedis Legatus quicunque summo Pontifici visus fuerit idoneus, vt notat idem Barbos. *dict. cap.5. num.11.* & potest creare Legatos à latere, quos sibi placuerit, *argumento cap.1. de offic. Legati in 6.* ex his fuit Alexand.II. Pontifex *in cap. Praetereà, §.Verùm, 32.dist.* Fragos. *dict. §.1.* 5

Et quid hodie obseruent Summi Pontifices, cùm non soleant Legatos de latere creare nisi Cardinales, videndi sunt Angel. de Clauas. *in summa, §. Legatus, vers. Secundi* 6

Secundi sunt: Bartholom. Fumeus *in summa*, Armilla §. *Legatus*, *num.* 1. videndus est etiam Æneas de Falconib. *in tract. reseruation. p.* 1. *quæst.* 1. *in fin.* Conradus *in templo omnium Iudicum*, *lib.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 8. Fragos. *d. disp.* 10. *d.* §. 1. *num.* 2. Cæsar *Hierarch. Eccles. disp.* 3. §. 1. *num.* 10.

7 Et isti tales Legati alij sunt missi, & qui emanant; alij qui non emanant, sed constituuntur; alij qui non emanant, nec constituuntur, sed officium hoc habent dignitati connexum, & Legati nati dicuntur, quia cum dignitate quam acquirunt fiunt ipso iure Legati: & de hac triplici Legatorum specie satis constat ex glossa communiter recepta *in verb. Legati*, *cap.* 1. *de offic. Legati*, *lib.* 6. Gambar. *de offic. Legati*, *in initio num.* 7. *&* 8. Lælio Flamin. Azor. Reginal. Molin. Kochier. Garcia, Layman. Machad. quos refert & sequitur August. Barb. *d. cap.* 5. *num.* 1. *vsque ad* 10. & vltra eos Villaroël. *Gouierno Ecclesiastico y pacifico*, 1. *p. quæst.* 4. *art.* 6. *per tot.* Fragos. *de regim. Reip. d. disp.* 10. §. 1. *per tot.* Cæsar *Hierach. Eccles. disp.* 3. §. 1. cum multis August. Barb. *ad rubr. de offic. Legat.* Ferro *de praecedent. quæst.* 29. Bordon. *var. resol.* 78. *p.* 2. *num.* 66. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 8. Tondut. *benef. qq. quæst.* 290. Monet. *de Conseruat. cap.* 4. *num.* 14. Cordeiro *Stat. Ecclesiastic. part.* 2. *tract.* 2. *de priuileg. Canon. quæst.* 22.

8 Et vt aliquis Legatus optimè in legatione procedat, & accipiatur, sex necessaria adesse requiruntur, vt mihi videtur. Primò obseruari debet modus mox hactenus à mundi initiis seruari solitus inter diuersitates Gentium, Populorum, Regum, Principum, ac Rerumpublicarum legationes mittendi. Secundò consideranda est mittentis persona. Tertiò consideranda est persona illius Legati, qui mittitur. Quartò consideranda est persona illius ad quem mittitur. Quintò considerandum est negotium, idest legatio negotij siue rei pro qua mittitur. Sextò considerandus est finis pro quo Legatus mittitur. De aliquibus ex his qualitatibus tractat Villadamor. *en el libro intitulado Thomas de la Loenra*, *ò embustes de la malicia*, *assumpt.* 3. §. 2. *pag.* 114. *& seqq.* Salzed. statim citandus, Cæsar *Hierarch. Ecclesiast. quæst.* 2. *proœm.* §. 2. *n.* 3. *& disp.* 3. §. 1. Kochier. *in tract. de legat. quæst.* 1. *& seqq.*

9 De officio, dignitate, immunitateque Legatorum, tam legationis tempore, quàm functi muneris, & an debeant vocari, seu appellari *de Señoria*], nouissimè Salzed. *theatr. honoris glos.* 26. *per tot.*

An Legato fidem frangenti seruanda sit fides, & à Principe apud quem legatione fungitur coërceri, & puniri valeat? vide Ord. *lib.* 3. *tit.* 4. & latissimè, eleganterque Salzed. *theatr. honoris glos.* 27. 10

Vtrum familia Legatorum de iure gentium, ac fœderali immunis habenda sit à iurisdictione ordinaria, eleganter tractat idem Salzed. *glos.* 28. Crespy de Valdaur. *obseru.* 5. *num.* 36. *&* 37. *limitat. & obseru.* 113. *num.* 24. 11

Vtrum autem Legatorum ædes immunitatis ac asyli iure gaudeant ad hoc, vt delinquentes ab eis extrahi non possint? omnia tradit eleganter idem Salzed. *glos.* 29. *num.* 18. *& seqq.* 12

De materia, potestate, & iurisdictione Legati à latere, Barbat. Boër. Gambar. Villadieg. vnusquisque *in tract. de offic. & potest. Legati*, inter tractatus Doctorum *tom.* 15. *p.* 1. Herman. *de Legato, eiusque iure, dignitate, & officio*, Caint. *in summa iuris Canonici*, *tit.* 17. *de offic. Legati*, & ibi Barbos. Zecch. *de Rep. Ecclesiastic. tit. de stat. illustrissimi Legati*, Henriques *in summa*, *lib.* 14 *cap.* 34. Gregor. Lop *l.* 23. *tit.* 9. *partit.* 1. Zerol. *in prax. Episcopal.* 1. *p. verb. Legatus Apostolicus*, Azor. *institut moral. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *cum seqq.* Reginald *in prax. fori pœnitential. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 237. *& seqq.* Kochier. *de iurisdict. ordinaria in exemptos p.* 2. *quæst.* 2. Paris. *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 13. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 33. Garcia *de benef. p.* 5. *cap.* 1. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. §. 6. *de iurisdictione Legati*, Cæsar *Hierarchia Ecclesiast.* 1. *p. disp.* 3. Machad. *en su perfetto Confessor*, *tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 7. *tract.* 2. *document.* 1. *cum seqq.* latè August. Barb. *de iure ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 20. Fragos. *de regim. Reip. tom.* 2. *lib.* 4. *disp.* 10. §. 1. *& seqq.* eleganter Tondut. *qq. benef.* 3. *p. cap.* 200. *per tot.* 13

CAPVT XXXIII.

Vtrum Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere creatus habeat potestatem Legati à latere, vel non; & de eius potestate.

SVMMARIVM.

1 *De missione Illustrissimi Nuntij ad Portugallia Regnum.*

2 *Legatus est officium potestatis, & repræsentat Principem.*

3 *Legatus à latere si qua faciat, à Papa fieri dicuntur; & potest facere quæ reseruata non fuerint.*
4 *Legatus de latere vires gerit summi Pontificis, & vt talis honorari debet.*
5 *Legatus de latere venit appellatione Sedis Apostolicæ.*
6 *Legatus de latere in Prouincia sibi decreta repræsentat Papam.*
7 *Cardinales Legati de latere habent priuilegium vtendi insignibus Apostolicis.*
8 *Literæ Legatorum de latere dicuntur Apostolicæ: & explicatur* num. 21.
9 *Prouisus à Legato à latere potest dici prouisus authoritate Apostolica:* & n. 21.
10 *Legatus de latere potest cognoscere de appellatione interposita expresso nomine ad Summum Pontificem: & idem Nuntius cum potestate Legati à latere.*
11 *Contrarium dicunt aliqui.*
12 *An in materia reseruata possit idem.*
13 *Nuntius cum potestate Legati à latere habet eandem potestatem ac Legatus à latere.*
14 *Contrarium est verius.*
Nuntius non Cardinalis, non est Legatus à latere in potestate vltra facultatem illi concessam; sed in honore, & quare: & num. 16.
15 *Clausula*, Cum potestate Legati à latere, *adiecta in facultatibus Nuntij, de stylo Curiæ Romanæ apponitur.*
17 *Potestas Legati à latere aut Nuntij non extenditur vltra facultatem concessam.*
18 *Nuntius cum potestate Legati à latere solùm prouisionem facit beneficiorum quantitatis 24. ducatorum, & non vltra, & quomodo procedat.*
19 *Legatus à latere facit prouisionem beneficiorum cuiuscunque quantitatis, & qualitatis*, & num. 20.
21 *Quod per Legatum à latere fit, non potest dici factum à Sede Apostolica, nisi interpretatiuè.*
Si executioni Breuis concepti sub clausula Non tamen à nobis prouisus, *se opponat habens titulum etiam à Legato à latere, non iuuabitur ea exceptione*, ibid.
22 *Vtrum iurisdictio Nuntij cum potestate Legati à latere sit restringenda, vel amplianda:* & n. 23.

1 VM sit moris antiquissimi mittere Legatos, aut Nuntios ad Regna, vt diximus *cap.* 32. Pontifex Maximus Dominus noster Clemens anno 1671. vti supremus Pater totius populi Christiani, in Christo filium Principem Nostrum Dominum Petrum & populum diligere, & amore summo, & affectione paterna illum prosequi demonstrare contendens, ab Vrbe Roma misit Illustrissimum ac Reuerendissimum D. Franciscum Rauiza Archiepiscopum Sidoniensem, tanquam Nuntium ereatum cum potestate Legati à latere; qui cùm efficij & honoris causâ Pontificio nomine declararet eidem Principi amplissimam Pontificiam voluntatem, & eius promptitudinem ad complenda omnia iusta desideria, quæ non solùm eius Majestatem, & Altitudinem, sed sui Regalis Palatij & familiæ, ac omnium Regiorum subditorum hominum commoditates concernerent; ob eam Pontificij animi magnitudinem, & amicabilem zelum Princeps noster Petrus & Dominus gratias Deo reddidit, maximaque gratitudine clarissimum reputauit, & habuit; quis enim non magnificaret? Et maximâ lætitiâ acceptus, & acceptatus, exercere suam iurisdictionem cœpit, & continuauit vsque ad præsentis controuersiæ tempus, in quo dubitatum fuit ab Illustrissimo Archiepiscopo Vlissiponensi in suæ iurisdictionis defensionem de eius potestate, cum qua asserebat se posse in præsenti casu facultatem concedere ad hoc vt filius Illustrissimi Comitis cum Pontificalibus ab Illustrissimo Episcopo Capellano Majori baptizaretur, & cùm in iurisdictionis ordinariæ præiudicium hoc foret, & in ea; cùm etiam ex tenore licentiæ, de qua suprà *cap.* 1. *num.* 3. fecisset fundamentum in potestate Legati à latere, venit disputandum vtrum Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere creatus habeat potestatem Legati à latere, vel non.

In qua quæstione videbatur respondendum affirmatiuè, ex eo quia cùm Illustrissimus Nuntius, aut Legatus Pontificis Domini nostri sit officium potestatis, vt tenet nouissimè Salzed. *in theatr. honor. glos.* 28. *num.* 19. & vt talis repræsentet Pontificem D. N. non natiuè, sed effigiatè, aut repræsentatiuè, vt cum multis prosequitur idem Salzed. *d. glos.* 28. *num.* 2. & *glos.* 29. *num.* 32. Valenz. *cons.* 101. *num.* 25. & 26. habet potestatem Legati à latere, & omnia potest sicut Papa; est enim suprema hæc legatio, & ideo quæ ab eo fiunt, à Papa fieri dicuntur, *cap.* 1. §. *hi qui, de præbend. in* 6. Frag. *dict. disput.* 10. §. 1. & 2. 2

Possunt enim facere omnia quæ reseruata non fuerint, *cap.* 2. & *cap. Quoad translationem, de offic. Leg. cap. frater*, 15. *quæst.* 1. *glos. in cap. Si Abbatem, de elect.* 3

in

in 6. Sequitur Hostiens. *in sum. eiusdem tit. §. Quod pertinet, vers. Gerunt enim:* Crauet. *cons.* 117. *num.* 3. Franc. Marc. *dec. Delfin.* 317. *num.* 28. *& dec.* 975. *num.* 6. *vol.* 1. Themud. 3. *p. quast.* 17. *n.* 15. *& seqq.*

4 Propterea benè concludit Speculat. *in tit. de Legat. §. Nunc tractemus, in princip.* quod Legatus de latere vices gerit summi Pontificis, & vt talis honorari debet, *cap. fin.* 93. *dist. & cap.* 1. de quo Barbos. *de iure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. *& seqq.* Fermosin. *in cap. si duobus* 7. *de appell. quast.* 1. *num.* 39. Giurb. *cons.* 19. *num.* 14.

5 Et ideò Legatus de latere venit appellatione Sedis Apostolicæ, & in sua prouincia gerit vices eiusdem Sedis in non reseruatis, *c. Mandata, de præsumpt.* Chucus *instit. moral. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 22. Garcia *de benef.* 5. *p. cap.* 3. *num.* 13. *Giurb. cons.* 19. *num.* 14.

6 Et in Prouincia sibi decreta repræsentat Papam. Bonifac. *in Clement.* 2. *de offic. Ordinary, num.* 13. Villadieg. *de potest. Legati* 1. *p. quast.* 9. Pereyra de Castro *decis.* 118. *num.* 15. Fragos. *d. disp.* 10. §. 1. *&* 2. Giurb. *suprà.*

7 Et Cardinales Legati de latere habent priuilegium vtendi insignibus Apostolicæ dignitatis, *cap. Antiqua, de priuileg.* cum multis exornat Aug. Barbos. *de iure Ecclesiastic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 18. *&* 23.

8 Et ideo literæ Legatorum de latere dicuntur Apostolicæ. Semens. *regul. de valore benefic. quast.* 2. de quo infrà *num.* 22. & constituunt idem Tribunal cum Pontifice. Narbon. *de appell. à Vicar. p.* 1. *n.* 153.

9 Vnde prouisus à Legato de latere potest dici prouisus authoritate Apostolica, vt eleganter resoluit Garcia *d. cap.* 5. *num.* 14. *&* 15. & explicatur *num.* 21. est enim imago Papæ. Fermosin. *ad rubric. de author. & vsu pally, quast.* 1. *num.* 6.

10 Et sicut appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam potest Legatus de latere committere; ita pariter & Nuntius habens potestatem Legati de latere. Garcia *de benef.* 6 *p cap.* 2. *sub num.* 85. 87. *&* 90. Hieronym. Gonzal. *glos.* 12. *num.* 30. *& num.* 28. Scaccia *de appellat. quast.* 17. *limit.* 47. *memb.* 3. *quast.* 8. *num.* 16. latè Valasc. *consult.* 62. *per tot.* Barbos. *in collect. ad cap. Constitutt* 45. *in fin. de appellat.* de quo vide Gratian. *dec.* 199. *num.* 2. *in addit.* & Salgad. *de regia protect.* 2. *p. cap.* 13. *num.* 134. & ita communiter practicatur in Tribunali Illustrissimi Nuntij, etiamsi nominatim appelletur ad Sanctissimum proprio nomine expresso, quoniam consideratur non persona, sed Tribunal, & Sedes Apostolica; & ita quotidie iudicatur, & declaratum fuit in recursu D. Antonij Ximenes de Aragon: optimè, & etiam in secunda appellatione loquendo Tondut. *quast. benef.* 3. *p. cap.* 200. *num.* 40. *&* 41. explicat Fermosin. *in cap. Constitutus, de appellat. num.* 1. *&* 2. Gom. Bajo *prax. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1 *n.* 3.

Licèt contrarium teneat Kochier *de iurisdict. in exemptos lib.* 2. *quast.* 42. *num.* 6. Valasc. *vbi suprà*, Fermosin. *vbi suprà:* cui respondet Tanaglio *de sacr. Rot. Aud. lib.* 1. *cap.* 7. *dec* 1. *num.* 7. vbi etiam quod potest committere causam appellationis Interpositæ à suo Auditore virtute primæ commissionis, tam in secunda, quàm in tertia instantia, quando habet potestatem Legati à latere, vel non, & est creatus ad illius instar Legati à latere: de quo vide Themud. 3. *p. quast.* 17. *num.* 21. *& seqq.* Ferro *de præcedent quast.* 29. *num.* 3. Narbon. *de appellat. à Vicario, part.* 2. *fund.* 5. *pag.* 265. *num.* 14. *&* 15. Mend. *in praxi, p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. Rodrig. *quast. reg. p.* 1. *quast.* 8. *art.* 13. vbi limitat quando adest clausula, *Appellatione remota:* Fermosin. *in cap. Constitutus, de appellat.* 11

Et ita si non est in materia solùm reseruata Pontifici conditione taxatiua *tantùm*, vel simili, potestas Legati à latere non manet exclusa, vt eleganter resoluunt Dominic. Franch. & Cardinal. *in Clement. Quia contingit, de religios. domib.* Villadieg. *d. quast.* 9. *num.* 7. quia potest ea omnia quæ sibi specialiter Papa non reseruauit, vices enim eius gerit, *cap. Cùm venerabilis, de consuetudine, cap.* 1. & ibi Abbas notat, *de offic. Legati*, Guttier. *canonicar. quastion. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. optimè Giurb. *cons.* 19. *num.* 14 Garcia *d. cap.* 3. *num.* 12. latè Fermosin. *d. quast.* 10. §. 2. Themud. 3. *p. q.* 17. *num.* 15 *& seqq.* 12

Quare hanc sententiam, & quod Nuntij Apostolici qui ad Regna mittuntur cum potestate Legati à latere, potestate Legati vti possint, & habeant, probatur *in l.* 1. *de tutorib. & curatorib.* tradit Bon. *in tract. de potest. Legati à latere, n.* 68. *&* 69. *vol.* 14. *tract. Doctorum, fol.* 274. sequitur Nauarr *in cap. Cùm contingat, remed.* 5. *num* 2. *de rescript. tom.* 2. Paris. *cons.* 17. *n.* 3. *& seqq. vol.* 4. Francisc. Marc. *decis.* 135. Gonzal. *in regul.* 8. *de mensib. glos.* 9 *in annotationib. num* 2.8. & *glos.* 23. *num.* 23. Villadieg. *de Legato quast.* 9. *num.* 9. Gigas *de pensionib. quast.* 6. *num.* 19. Mandoz. *regul.* 13. *Cancellaria, quast.* 6. *num.* 4. & *de monitorijs quast.* 60. *num.* 41. Garcia *de benef.* 5. *p. cap.* 3. *num.* 82. Aug. Barb. *de iure ecclesiast. cap.* 5. *num.* 24. Tanaglio *de sacr. Rot. Auditorio cap.* 7. 13

cap.7. dec.1. num.7. & seqq. & alij consultò omissi: & Pacian. de probat. cap.33. lib.2. num. 11. & lib. 1. cap. 27. num. 4. Barbos. vot. 19. num. 36.

14 Sed his non obstantibus contraria sententia mihi verior videtur, quia cùm Illustrissimus Nuntius non sit Cardinalis, non est Legatus à latere in potestate vltra facultatem illi concessam, sed in honore; & iura, quæ disponunt in concessione facta Cardinalibus Legatis à latere non extenduntur ad alios Legatos de latere non Cardinales, nec ad Nuntium missum cum clausula, Cum potestate Legati à latere, quia talis clausula de stylo Curiæ Romanæ consueuit adjici mandatis Legatorum ad honorem, & non ad potestatem, quæ non extenditur vltra facultatem, vt tradunt Speculat. §. Sequitur, tit. de Legato, Hostiens. in summa de Legat. Erasmus à Kochier de iurisdictione ordinaria in exemptos, p.1. quæst.2. num. 6. ibi: Concessio enim facta Cardinalibus Legatis à latere non extenditur ad alios Legatos de latere creatos non Cardinales. DD. in cap.1. Qui clerici. Roch. in tract. de consuetudin. num. 323. Nec, inquiunt, idcircò vana erit atque superflua clausula, Cum potestate Legati à latere; quippe quòd ea stylo Curiæ Romanæ consueuerit adijci mandatis Legatorum, qui fimbriam vestimenti Papæ tetigerunt, seu qui ab eo mandatum viuæ vocis oraculo receperunt: id quod ita inoleuit propter reuerentiam sanctæ Sedis, cui meritus honor exhiberi non potest. Et per hæc verba idem tenet in terminis Aug. Barb. in cap. excommunicatis 9. de offic. Leg. num. 4. vbi eleganter.

15 Idem tradit Aug. Barbos. de iure Ecclesiastic. cap. 5. num. 4. ibi: Roch. tract. de consuetudine, num. 323. resoluit concessionem factam Cardinalibus Legatis à latere non extendi ad alios Legatos de latere non Cardinales; quippe quod aliquoties Summus Pontifex mittit inferiorem (qui non Legatus, sed Nuntius nominatur) adiecta in eis facultatibus hac clausula, Cum potestate Legati à latere, quæ de stylo Curiæ Romanæ consueuit adjici mandatis Legatorum. Optimè etiam Villaroel. in tract. Gouierno Ecclesiastico y pacific. 1. p. quæst. 4. art. 5. num. 4. ibi: Los Nuncios que embian los Pontifices à les Cortes de los Reyes, no siendo Cardinales no son Legados a latere (y que sean estos Legados diremos en el siguiente articulo) pero es estilo de la Curia Romana ponerles en sus titulos, y ellos en las bullas que despachan, Cum potestate Legati à latere. Et disp. 5. num. 4. ibi: Y es tan sacrosanta esta iurisdicion lateral, que en la forma que reside en los Cardenales no se extende à los que no siendo Cardenales son Legados à latere: porque à estos les ponen vna lista en su comicion, con que se pueden distinguir. No les dize su Santidad, que los haze Legados à latere, sino cum potestate Legati à latere: notaron algunos, y viendo el titulo podran entenderlo todos; porque los señores Nuncios en sus bullas no se nombran Legados à latere, sino despues de su nombre, y de la prouincia de su Nunciatura añaden: Cum potestate à latere Legati; de quo Roch. tract. de consuetud. num. 323. Optimè etiam Giurb. cons. 19. num. 31. 33. 34. & 35. vbi asserit procedere etiam quando in facultate est clausula potestatis, vt alter Nos, quod magis est: optimè Bordon. resol. 78. p. 2. num. 67. benè etiam in specie Pacian. de probat. lib. 1. cap. 17. num. 4. in add. lit. A. Tondut. 3. p. quæst. benefic. quæst. 200. num. 1. ibi: Deputat nihilominus summus Pontifex alios qui non sunt Cardinales, adiectâ clausulâ cum potestate Legati à latere: sed hi non Legati, sed Nuntij appellantur. Gom. de infirm. resign. quæst. 3. Idem tradit Cordeiro de stat. Eccles. tract. 1. de priuilegio Canon. quæst. 22. num. 2.

Neque obstant in contrarium adducta, 16
quia dicti Doctores loquuntur in Cardinali Legato à latere, vt per illos videre est: & non loquuntur in Nuntio cum potestate Legati à latere, quia isti non sunt Legati à latere in potestate, sed in honore: tum ex dictis num. 14. tum etiam quia solum Cardinales possunt dici Legati à latere, quia sunt de latere Papæ, cui semper assistunt, ac propterea Legati de latere nuncupantur, cap. Decreto, cap. Si quis Episcopus 2. quæst. 6. & ita solos Cardinales cùm mittuntur à Papa, dici Legatos de latere; tradunt verb. Legationes, cap. 1. de offic. Legati, & verb. Commissum, in cap. Excommunicatis, eod. tit. Boër. de potest. Legati à latere, num. 12. Villadieg. tract. de Legat. 1. p. quæst. 3. Menoch. cons. 190. num. 14. Flamin. de resignat. lib. 8. quæst. 13. num. 5. Azor instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 27. quæst. 2. Cæsar de Hierarch. Eccles. 1. part. disp. 3. §. 1. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 10. Santarel. variar. resol. quæst. 2. num. 8. Machad. en su perfecto Confessor, tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 2. document. 2. num. 1. Kochier dict. quæst. 2. num. 5. Barbos. de iure ecclesiast. lib. 1. dict. cap. 5. num. 3. Villaroël. dict. quæst. 4. p. 1. art. 6. num. 2. & 3. (vbi num. 16. refert quomodo receptus fuisset in Castellæ Regno Eminentissimus Cardinalis Barberinus à Rege Philippo Catholico:) Aug. Barb. in cap. Excommunicatis 9. de offic. Legat. num. 4. Ferro de præcedent. quæst. 29. num. 2.

num.2. Pacian. *de probat. lib.2. cap.33. n.9. & 10.* optimè in terminis Nuntij cum potestate Legati à latere Tondut. *quæst. benef. cap.100. num.1.* Monet. *de conseruat. cap.4. num.24.* Cordeiro *vbi suprà, num.2.*

17 Et solùm potest vt Legatus à latere in his quæ sibi concessa specialiter sunt in facultatibus, & non extra facultatem; secundùm enim illam in effectu dicitur Legatus à latere, quando est creatus cum potestate Legati à latere, quia certum est, vtplurimùm potestatem Legati dependere ex tenore facultatum illi per summum Pontificem concessarum; quia facultas, quæ in eius concessionibus non est expressa, censetur tali Nuntio cum potestate Legati à latere denegata. Ludouis. *decis.287. num.8.* Serafin. *decis.772. n.3.* vbi dicit quod tenor literarum Legati de latere auget, vel restringit eam potestatem, quæ ipsi de iure competit. Put. *decis.144. num.1.lib.2.* vbi quod potestas Legati, seu Nuntij cum ea non extenditur vltra illi specialiter concessa, & solùm in concessis expressè in facultate habet potestatem Legati à latere, vt tenet Tondut. *quæst. benef.3.part.cap.100.num.12.* & ita etiam tenet Villaroël. *dict. quæst.4. art.5. num.4. & seqq.* loquendo de Nuntio cum potestate Legati à latere creato, asserendo habere tantummodò jurisdictionem & potestatem Legati à latere in expressis in facultate, & non vltra; quod etiam videtur sentire Barbos. *de iur. ecclesiast. lib.1. cap.5. num.24.* Fragos. *de regim. Reip. dict. disp.10. §.2. n.14.* ibi: *Nisi in his quæ speciali commissione Papæ Legatus exercet.* Gom. Bajo *prax. Ecclesi. part.2. lib.3. cap.1. num.1.*

18 Probatur etiam, quia cùm Nuntius Illustrissimus cum potestate Legati à latere, vt experientia docet, solùm prouideat beneficia quantitatis 24. ducatorum, & non vltra, de qua prouisione, & quod non possit beneficia majoris quantitatis prouidere, & quando, & quomodo probetur beneficia esse illius quantitatis; adeo vt prouisio facta de beneficio majoris quantitatis sit nulla, optimè & nouissimè Cæl. Bicchius *decis. Rot.213. num.11. & 12.* Clemens Merlin. *decis.157.num.12.& decis.785. num.1. & seqq.* Otthobon. *decis.172.n.10. & seqq.* & *decis.221. per tot.* Barbos. *de iur. ecclesi. lib.1. cap.5. num.51.*

19 Certum est non habere in effectu potestatem Legati à latere, sed solùm in honore; quia si haberet potestatem veram Legati à latere, de iure prouideret beneficia cuiuscunque qualitatis, ac quantitatis, & pensiones ex solo titulo Legati à latere, absque alio speciali mandato aut facultate, prout in terminis tenet Gambar. *de offic. & potestat. Legati à latere, lib.6. num.77.* Garcia *de benefic. 1. pars. cap.5. num.281. & seqq.* Solorzan. *de iur. Indiar. tom.2. lib.2. cap.4. num.14.*

Et solùm si haberet potestatem amplam prouidendi talia beneficia sine limitatione, diceretur Legatus à latere in effectu, & non in honore, vt tenet idem Solorzan. *dict. cap.4. num.31.* 20

Et ideò in illis, in quibus habet facultatem expressam, & virtute illius potestatem Legati à latere, quod fit non potest dici factum à Sede Apostolica, nisi interpretatiuè, vt ex Gambar. *de offic. & potest. Legat. in exord. num.43.* resoluit Loter. *de re benefic. lib.3. quæst.11. num.20.* vbi respondet ad contraria; & *num.21.* vbi quod si executioni breui concepti sub clausula *non tamen à nobis prouisus*, se opponat habens titulum etiam à Legato à latere, non iuuabitur ea exceptione; & ibi multos refert. 21

Maximè quando siue jurisdictio Illustrissimi Nuntij sit ordinaria, siue delegata appellanda, semper est restringenda, & non amplianda; nam etsi Nuntij cum potestate Legati à latere jurisdictionem ordinariam exercere dicantur; tanquam Legati de latere nati, siue missi; tamen inspecto iuris rigore, vt aliqui volunt, dato quod sint judices ordinarij, sunt superinducti, non verò naturales; & sic odiosam jurisdictionem habent, quare non debet ampliari, sed restringi titulus cum potestate Legati à latere in Archiepiscopi aut Episcopi fauorem, vt tradit Glos. *in Clem.1. de offic. Ordinarij.* Cassador. *in decis. super regul. Cancellar. tit. de decretis in reseruationib. decis.1. num.3.* & *decis.3. num.11.* ibi: *Nam & potestas Legatorum vt superinducta, & extraordinaria, ac ordinariis præjudicans, restringenda est; Ordinariorum verò, vt naturalis & fauorabilis amplianda.* Crescent. *decis.20. de prabend.* Puteus *decis. 45. in fin. lib. 2.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. gloss. 21. num. 38.* Garcia *de benefic. cap. 3. 5. part. num. 9.* August. Barbos. *in prætermiss. ad cap. P. & G. de offic. delegat. numer. 3. & seqq.* vbi multos refert. 22

Si autem delegatam habet, satis compertum est in iure odiosam etiam restringendam esse, & non ampliandam, *cap. P. & G. 40. de offic. & potest. iudicis delegati*, vbi Glos. & scribentes communiter, & Barbos. *& in c.1. de rescript. lib.6.* & ibi Glos. Kochier *de iurisdict. ordinaria in exemptos, 2. p. quæst.11.* 23

*quæst.*11.*num.*2. Amat. *variar. resol.*8.*num.*4. & *resolut.*39. *num.*11. & ita in specie Nuntij missi cum potestate Legati à latere, tradit Oliua *de foro eccles.* 2. *part. quæst.*23.*n.*19. Parexa *de edit. instrument. tit.*2. *resol.*2. *n.*7. & 8. & *per tot.* vbi etiam tradit, & eleganter tractat, vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere teneatur edere literas ei iurisdictionem tribuentes coram Rege, & quando ei eredendum sit, & *resolut. sequentib.* vbi etiam disputat eleganter, & est videndus ad varias quæstiones circa materiam: & ita manet satisfactum contrariis, & indubitabile quod Illustrissimus ac Reuerendissimus Nuntius cum potestate Legati à latere missus, non habet in effectu potestatem Legati à latere, vltra casus in facultate expressos, sed solùm intra concessos, & ad omnia in honore, vt concludit Fragos. *dict. disp.*10. §.2. *num.* 14. & Villalob. *de Legat. quæst.*9. *num.*9. Guttier. *de iuram. part.*1. *cap.*51.*n.*6. optimè Giurb. *cons.*19. *num.*31. & *per tot.* vbi ad omnia contraria respondet.

CAPVT XXXIV.

De potestate permissa Archiepiscopo negandi facultatem sibi petitam, ac de nullitate facultatis concessæ ab Illustrissimo Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere, ad hoc vt contradicente Archiepiscopo Illustrissimus Episcopus Capellanus major extra Parochiam cum Pontificalibus baptizaret.

SVMMARIVM.

1 *Papa læditur læsa iurisdictione Ecclesiastica, ac Ordinarij potestate.*
Archiepiscopi aut Prælati debent ecclesiastica iura, & suas iurisdictiones pro viribus defendere: ibid.
Lædens vnum Episcopum, & perturbans Archiepiscopi iurisdictionem, contra libertatem Ecclesiæ facit, & omnes Episcopi læduntur: ibid.
2 *Archiepiscopus aut Episcopus quando habet arbitrium à iure, vel à Concilio Tridentino, aut à constitutione, potest licitè negare, aut concedere secundùm arbitrium suum.*
3 *Vtrum Nuntiis cum potestate Legati à latere credendum sit absque facultatum editione.*
4 *Vtrum cùm negat Archiepiscopus aut Episcopus licentiam, possit supplicans per viam querelæ recurrere ad Illustrissimum Nuntium cum potestate Legati à latere, & eam obtinere, & ille concedere.*
5 *Ex fundamento vnius iuris, & tituli cessat præsumptio & existentia alterius.*
6 *Legatus de latere nihil potest statuere contra ius, aut Concilium; nec se intromittere potest in iurisdictione ordinaria Archiepiscopi.*
7 *Vtrum Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere possit committere facultates suas:* & num.8.
9 *Clausula* Sine præiudicio, *ius Ecclesiæ aut Prælati conseruat.*

CVM summus Præsul Dominus noster læditur læsa jurisdictione Ecclesiastica, ac Ordinarij potestate, *cap. Grauem* 53. *de sent. excommunic.* & Archiepiscopi, ac Prælati debeant ecclesiastica iura & suas jurisdictiones pro viribus defendere, vt multis citatis tenet Valenz. *in monit. contr. Venetos, part.*5. *n.*2. quia lædens vnum Episcopum, & perturbans Archiepiscopi jurisdictionem, contra libertatem Ecclesiæ facit, & omnes Episcopi læduntur, *cap. Olim, de iniur. Clement. Si quis suadente, de pæn.* optimo iure defendit Illustrissimus Archiepiscopus suam jurisdictionem & potestatem, & impugnat licentiam ab Illustrissimo Nuntio concessam: & Ego ex eius præcepto, vt Mitræ procurator, esse nullam ex defectu potestatis, & in defensionem Pontificiæ Majestatis ostendam. 1

Quoad primam partem resolutionis certa est conclusio; nam cùm in Parochia, & non extra, nisi in casu necessitatis, non possit infans baptizari absque Illustrissimi Archiepiscopi facultate, vt dicemus *c.*35. & minùs cum Pontificalibus, nisi cum Prælati licentia, iuxta Sacrof. Concil. Trid. decretum, vt etiam dicemus *c.*36. iam constat de potestate permissa Illustrissimo Archiepiscopo ad facultatem sibi petitam negandam, tam ex resolutis *in dict. c.*36. quàm etiam, quia cùm D. Archiepiscopus liberum, & absolutum arbitrium haberet à iure, à Concilio Tridentino, & etiam à constitutione Archiepiscopatus, licitè secundum illud habebat negandi facultatem, & ad libitum non concedere licitum ei erat, vt negauit ex causa sibi visa; & non poterat reprehendi cur ita faciebat, cùm ad libitum negare, aut concedere poterat, 2

tanquam

tanquam Princeps in spiritualibus in sua Diœcesi, cui in potestate liberè arbitrandi, aut negandi comparatur, vt ex Deciān. *cons.* 47. *in princip. vol.* 1. Gratian. *forens. cap.* 170. *num.* 6. Giurb. *decis.* 21. *num.* 4. Monter. à Cueba *decis.* 7. tenet Valeron *de transact. tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 22. 23. *&* 24.

3 Quoad secundam partem indubitabilis etiam est resolutio nullitatis oppositæ contra facultatem concessam ab Illustrissimo Nuntio, de qua *cap.* 1. *num.* 3. quia dato quod in effectu haberet potestatem Cardinalis Legati à latere, vt in initio facultatis asserit, & tali assertioni credendum esset absque facultatum editione, contra DD. resolutiones, de quibus latè Parexa *de instrum. edit. tit.* 2. *resol.* 2. & aliorum, de quibus Nos infrà *cap.* 38. *num.* 3. & esset in effectu Legatus à latere, vt asserit, adhuc etiam dicta facultas est invalida, & ex defectu potestatis nulla, vt patet ex seqq.

4 Primò, quia vt asserit dictus Illustrissimus, ac Reuerendissimus Nuntius, concedit facultatem cum verborum sequentium fundamento, vt patet ex gratia inserta *cap.* 1. *num.* 3. ibi: *Recurrenti pro consequutione supradictæ gratiæ, quæ altàs ab ordinariis Prælatis dicta potestate minimè suffultis, vt præfertur, impartita fuit, annuendum esse iure merito existimamus.* Ex quo fundamento concedere licentiam non posse certum esse arbitramur, quia si Archiepiscopis, aut Episcopis ad aliquid faciendum aliquis facultatem petiuit, & fuerit ab eo negata licentia, tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter, non potest supplicans per querelæ viam, nec sine illa recurrere ad Illustrissimum ac Reuerendissimum Nuntium cum potestate Legati à latere, & ab eo eam obtinere; nec ille in iurisdictionis ordinariæ præiudicium, aut perturbationem dictam facultatem negatam concedere, vt latè dicemus *cap.* 39.

5 Secundò, quia dictus Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere non habet facultatem expressam in concessione ad hoc, vt possit concedere contradicente Archiepiscopo licentiam baptizandi infantem extra Parochiam per Episcopum cum Pontificalibus; si enim eam habuisset, non essent fundamentum gratiæ illa verba, de quibus in dicta facultate, ibi: *Quapropter facultates nobis de iure competentes ad effectum desuper memoratum,* &c. Quia tunc ita asserere debuerat, *Quapropter facultates nobis ex facultate competentes.* Et cùm de iure competere asserat, & non de facultate, fateri videtur non habere facultatem expressam in concessione: & dato quod haberet, ea vsus non fuit, sed de iure; ex assertione enim vnius tituli cessat præsumptio, & existentia alterius melioris, ex doctrina Baldi *in l. Si certis annis, num.* 9. *Cod. de pact.* quem ad hoc laudat Ruinus *cons.* 63. *num.* 21. *lib.* 1. Paris. *cons.* 23. *num.* 11. *lib.* 4 Rot. Roman. *in recent.* apud Farin. *decis.* 462. *num.* 2. *part.* 2. *in posthum. decis.* 14. *num.* 1. *circa finem*, Ludou. *decis.* 467. *num.* 7. Serafin. *decis.* 1235. *num.* 4. & *decis.* 1498. *num.* 18. cum aliis Parexa *de instr. edit. tit.* 10. *resol.* 2. *num.* 3. optimè Garcia *de benefic. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 329. Loter. *de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 21. *numer.* 37. *&* 38.

Et cùm ad gratiæ concessionem fuisset 6 causa iuris fundamentum, vt patet ex dictis verbis, *nobis de iure competentes*, fuit concessio inualida, & nulla extitit licentia; nam licèt dictus Illustrissimus fuisset Legatus de latere, non illi licebat concedere dictam facultatem aduersus S. Concil. Trident. decretum, & contra ius aut constitutionem Archiepiscopatus; hoc enim est prohibitum etiam Legato de latere, quia nec ille, nec à fortiori Nuntius cum potestate Legati de latere potest dispensare in conciliaribus dispositionibus, nec contra ius, aut S. Concilium Trid. aliquid statuere, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, qui in illius decreto fundatur, vt dicemus *cap.* 38. neque etiam se intromittere in Archiepiscopi iurisdictione, ac Episcopi potestate, nec etiam eam turbare, aut impedire, aut aliquid contra ipsam iurisdictionem statuere, nec cum eo in prima instantia concurrere, sed solùm in secunda per appellationis viam, vt ostendemus *cap.* 39.

Et quando Illustrissimus ac Reuerendissimus Nuntius haberet expressam facultatem exercendi per seipsum in alieno Archiepiscopatu Pontificalia, adhuc etiam erat inualida commissio facta in facultate Illustrissimo Episcopo Capellano Majori in verbis sequentibus gratiæ, ibi: 7 *Illustrissimo Domino Episcopo Capellano Majori tenore præsentium pro hac vice tantùm tribuimus, & communicamus, ita vt ipse etiam nomine nostro iuxta authoritatem quâ fungimur, omnia desuper contenta gerere ac perficere valeat.* Quia dictam facultatem Illustrissimæ Dominarionis suæ concessam dicto Illustrissimo Episcopo communicare ac tribuere non poterat, ex rationibus, & resolutionibus de quibus Nos *cap.* 40. nec Illustrissimo Nuntio si haberet facultatem expressam ad hoc, secundùm eam erat

permissum, quinimò Illustrissimo Episcopo prohibitum etiam cum dicta licentia absque Illustrissimi Archiepiscopi facultate, ex iuris dispositione, ac S. Concil. Trid. decreto, vt dicemus *dict. cap.* 38. *& cap.* 39. contra quod nihil nec directè, nec per indirectum decernere ei licitum erat in iurisdictionis D. Archiepiscopi praeiudicium.

8 Neque etiam esto quod potuisset dispensare, ac committere, erat valida licentia, sed potiùs inualida; deficiebat enim causa legitima, & non erat sufficiens in supplicatione, de qua *cap.* 1. *num.* 3. relata, virtute cuius fuit concessa, vt latè dicemus *cap.* 41.

9 Maximè quando fuit concessa cum verbis finalibus, ibi: *Sine tamen vllo Ecclesiae, ac iurium parochialium praeiudicio.* Quae clausula, etiam quando Illustrissimus Dominus Nuntius haberet facultatem expressam ad gratiae concessionem, ius Ecclesiae, aut Praelati conseruauit, ac si nihil concessum fuisset. Surd. *decis.* 163. *num.* 17. Peregrin. *de fideicom. art.* 47. *num.* 9. *&* 29. & *art.* 48. *num.* 36. & *consil.* 2. *num.* 63. *lib.* 1. Marescot. *var. lib.* 1. *c.* 55. *num.* 31. & *c.* 137. *num.* 2. Puteus *decis.* 32. *num.* 1. *lib.* 2. additio ad Ludouis. *decis. Roman.* 332. *num.* 6. Giurb. *de feud.* §. 1. *glos.* 9. *num.* 74. *&* 77. *vers. Posterior*, Salgad. *in labyrinth. creditor. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 9. *& seqq. & num.* 69. *& seqq.* Bicch. *decis.* 341. *num.* 14. *&* 15. & *decis.* 614. *num.* 7. & *decis.* 218. *num.* 2. *&* 3. & *decis.* 13. *num.* 14. Otthobon. *decis.* 228. *num.* 3. vbi optimè.

10 Et cùm Ecclesiae praeiudicium fuisset indubitabile in Pontificalium exercitio absque Praelati licentia, ac etiam in Baptismo extra Parochiam, nullo modo absque Archiepiscopi approbatione exequi poterat, & ita manet probata nullitas facultatis concessae ab Illustrissimo ac Reuerendissimo Nuntio, esto quod haberet in effectu potestatem Legati à latere, & vt nulla exequi non debebat; nullum enim producebat effectum talis gratia nulla ex defectu potestatis, & vt talis non exequenda erat, nec ab Illustrissimo Archiepiscopo, casu quo ei ostenderetur, obseruari debebat, vt dicemus *cap.* 42. poterat enim etiam in his terminis praesentationis ei non obedire, & ex defectu potestatis, & iurisdictionis dictam gratiam non admittere, sed cognoscendo respectu suae iurisdictionis ordinariae de eius nullitate nacta ex gratiae ventre, eam licitè non obseruare, vt dicemus etiam *cap.* 43. Ex quibus constat de resolutione quaestionis circa gratiae nullitatem, & iustificatione negationis factae ab Illustrissimo Archiepiscopo, nonobstante dicta facultate, vt meliùs ex seqq. apparebit.

CAPVT XXXV.

De Fonte Baptismali Parochiae in qua baptizari debent infantes, & non extra, nisi in casu necessitatis: & vtrum possit aliquis baptizari in Monasterio exempto ex Nuntij cum potestate Legati à latere facultate, absque consensu Archiepiscopi, aut Episcopi, & contradicente eo.

SVMMARIVM.

1. *De Baptismo, & de eius effectu.*
2. *Baptismus non potest fieri in domo, sed in Parochia: & quomodo & quando possit fieri extra*, & n. 3. 4. 5. 6. 7. & 12.
8. *Baptismus habet effectum, siue à bono, siue à malo Ministro administretur*, & n. 10. & 11.
9. *Baptismus debet fieri non in nomine baptizantis, sed in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Reverentia tanti Sacramenti, quale est Baptismus, in quo originale peccatum in infantibus, actualia etiam in adultis remittuntur, per quod fructus sanguinis Christi Domini nostri in cruce effusi copiosè percipitur, locum in quo administraretur cum debito cultu in Ecclesia aedificatum, perpolitum, & cum veneratione custoditum requirebat. Cùm enim ex Beda *in Genes. cap.* 5. Noë per aquam & lignum liberasset suos: Christus per crucem, & baptismum liberauit Christianos: vnde ratio recta poscebat vt locus construeretur, qui Fons Baptismalis, siue Baptisterium appellatur, ad nostram regenerationem operandam: quod baptisterium alij appellant fontem sacrum, vt dicit Durand. *de ritibus Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 10. 1

Quandoquidem expressissima extat prohibitio *in Clem. vnic. de Baptismo*, ne Baptisma conferatur in aulis, vel cameris, aut aliis priuatis domibus, sed dumtaxat in Ecclesiis Parochialibus, in quibus ad hoc munus 2

munus obeundem fontem specialem deputari statuitur, casu necessitatis excepto, & pro filiis Regum vel Principum, vt ibi communiter notant DD. de quibus Barb. *in collect. & de potest. Paroch. cap.18.num.39.* vbi latè quid sub nomine Principum intelligatur.

3 Et nec Monasterium Exemptorum, nec etiam Ecclesiæ omnes Baptisterium habere possunt, sed tantùm designata ab Archiepiscopo, aut Episcopo, vel Parochia, vt notat Baun. *de Sacram. tom. 1. tract. 2. cap. 1.* Clericos verò qui in alia parte ministrant, vel baptizant, hoc illius loci Archiepiscopi, aut Episcopi authoritate, & licentiâ facere debere decernitur: quare si quis Clericus hoc non sic seruauerit, deponendus est, vt sunt verba textus *in can. Clericos, de consecrat dist..* qui desumptus fuit ex Concilio generali *in Trullo, can. 3.* & ibi etiam idem constituitur *can.59.* vbi idem disponitur.

4 Quare ex Concilij Meldensis decreto *cap. 7.* cuilibet Parochiæ suus assignatus fuit Fons, qui intra Ecclesiam collocatur, in quo baptizantur paruuli, aut infantes: qui fons debet esse vas lapideum. Barb. *de paroch. cap.18. num.38.* Gauant. *in man. Episcop. verb. Baptismus, num. 32.* addens debere esse sine rima, hoc est fractura; & in eo debet infans baptizari ad instantiam patris.

5 Nam cùm baptismus infantibus administretur, vt actus spectans ad parentes, seu gestantes, per quos paruuli fidem profitentur, quâ mediante baptizatus in Ecclesiam intrat, filiusque ipsius efficitur, *cap. Quauis, cap. paruuli, de consecr. dist.4.* Merlin. *dec. 288. num. 6.* meritò in parochia talis professio fieri debet, vt matre parochianorum, quia mater ista spiritualis spiritualiter in fide recipit, & parturit infantem, quem fides patris ac susceptoris regenerandum petit, quia per Baptismum ipsum filium Dei facit adoptium, & à diaboli eripit potestate, vt multis citatis tenet August.Barbos.*in Const. Apostolic. verbo Baptismus, collect.54. num.1.*

6 Ideoque in ipsamet Parochia, & non extrà debet baptizari, excepto necessitatis casu, ex dictis, & ex constit. Vlissiponensi, in qua ita statuitur, & mandatur *lib.1. tit.7.pag.24.decreto 3.§.2.* ibi: *O lugar en que se ha de administrar o baptismo, he a Igreja Parochial; en pia baptismal della, na qual mandamos sejan baptizadas todas as criançás, saluo os casos de necessidade.* Et §. 3. ibi: *Con tanto que seja na mesma Igreja Parochial.* Et *pag. 25. §.5.* ibi; *O Sacerdote, ò qualquer outro Cle igo que baptizar criança alguna fora da pia baptismal da Parochia, tirados os casos de necessidade, encorrera en excommunhaon è suspensaon de suas ordens.* Et iam diximus certum esse de iure, suprà in hoc capite.

Per Parochum, & non per alium debet 7
administrari Baptismus, nisi obtenta facultate illius; & intra Parochiam, & extra eam de Archiepiscopi aut Episcopi licentia, ex textu *in cap. Placuit, 7. quæst. 1. cap. Sicut, 9. quæst. 2. cap. Nullus 3. de Paroch.* Barb. *de Paroch. cap. 18. num.7.* Const. Vlissiponens. *lib. 1. tit. 7. in princip.* Et *decret. 3. §. 3.*

Et tunc siue à bono, siue à malo mini- 8
stro administretur, tanta est Baptismi virtus, vt æquè gratiam conferat siue ab vno, siue ab altero administretur. Baron. *anno Christi 726. num. 47. tom. 9.* cuius rei rationem adducit Diuus August. relatus *in cap. Dominus 87. quæst. 1.*

Non enim in nomine baptizantis, sed 9
in nomine Diuinæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti huius gratiæ donum percipit baptizatus, vt docuit Diuus Gregor. *epistol. 4.* quem refert Baron. *ann.726. num.41. & seqq.*

Nec quales Sacerdotes sint, sed quid de 10
Domino loquantur, est magnoperè prouidendum: de quo est textus *in cap. Non qualis 86. caus. 1. quæst. 1.* latè Fermosin. *crim. tract. 2. ad tit. de heretic.* vbi multa de Baptismo, & quomodo debeat esse quis baptizatus, vt tanquam hæreticus puniatur.

Vnde doctrina bona etiam à malo Sa- 11
cerdote debet accipi, *ex cap. In Sacerdotibus.* Moscon. *de maiest. Milit. Eccles. part. 1. lib. 1. cap. 19.* De quo Baptismo, & de eius origine & materia, his non consideratis, nec allegatis, vide Castr. Palao *tom. 4. tract. 19. disput. vnic. de Sacrament. Baptismi.*

Ex quibus constat baptismum fieri de- 12
bere in Parochia, & non extra, nisi in casu necessitatis, & non in monasterio exempto, contradicente Episcopo, ex Nuntij etiam cum potestate Legati à latere facultate; quia cùm sit contra ius concessa, nihil potest contra ius aut Concilium, vt dicemus *cap. 38.* & ita fuit nulla Illustrissimi Nuntij licentia.

CAPVT XXXVI.

Vtrum Episcopus possit baptizare cum Pontificalibus, aut exercere Pontificalia in monasterio exemptorum, aut in alia Ecclesia absque licentia Archiepiscopi, aut Episcopi, in cuius Diœcesi inuenitur, & eo contradicente, cum facultate Nuntij cum potestate Legati à latere ab eo obtenta.

SVMMARIVM.

1 *Nullus Episcopus potest exercere Pontificalia in aliena Diœcesi, nisi de licentia Archiepiscopi aut Episcopi illius.*

2 *Contrarium* num. 3. *vbi respondetur.*

4 *Ampliatur quamuis Capellanus major sit, & quare: vbi reprobatur Alzedo*, & num 6.

5 *Doctor quando perfunctoriè loquitur, non est ei credendum.*

6 *Concilium Tridentinum reuocat priuilegium Imperatorum & Regum.*

7 *Episcopus alienus etiam inducente Patriarcha non potest exercere Pontificalia, nec etiam Archiepiscopus:* & num. 8.

9 *Episcopus si voluerit exercere Pontificalia in monasterio, aut loco exempto, non solùm debet habere licentiam Prælati loci exempti, sed etiam Archiepiscopi intra cuius fines locus exemptus est constitutus.*

10 *Exempti quoad ordinem Episcopalem sunt subjecti Archiepiscopo, aut Episcopo Diœcesano.*

11 *Nuntius Apostolicus absque licentia non potest exercere Pontificalia, & an possit facultatem concedere ad hoc.*

12 *Exercere aliquis Pontificalia quando dicatur, & an sit prohibitum exercitium tantummodò, an verò vsus:* & n. 14. & 15. *vbi explicatur, & cui competat concedere facultatem.*

1 Æc resolutio in fauorem Archiepiscopi aut Episcopi ordinarij loci est clara, attentis verbis sacrosancti Concilij Tridentini *sess.6. cap. 5. de reformat.* ibi: *Nulli liceat cuiusvis priuilegij prætextu Pontificalia exercere in alterius Diœcesi, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantùm: si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sint ipso iure suspensi.*

Idem etiam statutum est in Concilio 2
Constantiensi *cap.2.* relato *in cap. Placuit, 7. quæst.1.* & *in cap.1. & per totum, in quæst.2.* August. Barb. *de potest. Episcop. part.1. tit.1. cap.7. num. 11.* & *alleg 6. num.14.* vbi ampliat: & *in collectan. ad Concil.* pro quo militant Theologi, Nauarr. *cons. 69. de sententia excommunicat.* Sayr. *in florib. decision. sub tit. de sentent. excommunicat. decis.70.* Guttier. *canonicar. lib. 1. cap. 26. num. 29.* Salzed. *ad Bernard. in practic. c. 26. lit. A.* Henriq. *in summ. lib.11. cap.3. §.2.* Flamin. *d. resignat. lib.1. quæst.17. num.17.* Narbon. *l.59. num.22. tit.4. lib.2. recopil.* Petr. Gregor. *syntagmat. iur. lib. 16. cap.9.* Anguian. *de legib. lib.2. contr.1.* Alzed. *de præcellentia Episcopi part. 2. cap.5.* Zerol. *in prax. Episcopal. verb. Archiepiscopus,* & *part. 2. verb. Episcopus:* Ledesm. *1. p. tract. de sacram. Ordin. cap.8. conc.4. dub.4.* Mirand. *in manuali Prælator. tom.1. quæst.38. art.1.* Piasecius *in prax. Episcopal. 1. part. cap. 1.* Cened. *ad Decretam, collectan. 52. num.1.* Vgolin. *de offic. Episcop. cap.2. §.2.* Riccius *2. p. decis.* 188. Bonacin. *de suspensionibus in particular. disp.3. quæst.1. punct.12.* & *de censur. disp.3. quæst.6. punct.9.* Campanil. *in diuers. iur. Canonic. rubric. 9. cap. 1.* Coron. *de dignit. Episcopal. tract. 2. cap. 15. §. 7. num. 1.* Pasqualig. *de sacrific. noua Legis, quæst.1229. & seqq.* vbi explicat: Baptista de Luca *theatr. verit. & iust. tom. 3. de præeminent. disc.16. num.5. & seqq.* qui *in discurs.* 31. in Pontificalibus funeralibus loquitur: & eleganter Prosper Fagn. *in cap. Cùm dilectus, num.22. de religios. dom.* & *in cap. Quia nos, num.5. & 12. de author. & vsu Pallij, & per tot. pag.* 141. Frances *de Eccles. Cathedral. lib. cap.32. num.* 32.

Et quamuis aliqui tenerent contra- 3
rium, procedunt de iure antiquo, non verò attento iure nouiori Sacrosancti Concilij Tridentini, secundum quod reprobata est hæc opinio, vt tenet Gauant. *in Enchir. Episcopor. verb. Functiones Episcopales, num.12.* vbi de consuetudine vniuersali testatur: Dian. *part. 3. tract.6. resol.36.* & *part.4. tract.4. resolut. 143. vers. Notandum:* & iterum *tract.6. part.11. resolut. 23.* Sanch. *in opuscul. moral. tom.2. lib.7. cap.1. dub. 50. num. 2.* vbi in specie reprobat hanc opinionem: Baun. *in Theolog. moral. tom.2. tract.8. quæst.18.* Lessius *in 3. part. Diui*

Thom.

Thom. cap. 2. de suspensione, num. 7. Thesaur. *in prax. part. 2. cap. 4. num. 3.* Schillant. *de priuileg. Episcopor. p. 2. cap. 3. num. 4.* vbi testatur de praxi omnium Episcopor. Tamburin. *de iure Abbat. 1. part. disp. 15. quaest. 15.* Manriq. *quaest. moral. 2. part. quaest. 14.* eleganter sic explicat Prosper Fagn. *vbi sup.* Tusch. *lit. L. conclus. 158.* vbi refert quod non valet argumentum: Hoc potest Episcopus: Ergo etiam Legatus in sua prouincia.

4 Quamuis Capellanus Maior sit, quia ad hoc non habet priuilegium expressum à Summo Pontifice Domino nostro, & de iure communi est subjectus, & tenet Sacellum Regium: Turret. *cap. 4. num. 40.* quia extra illud non habet iurisdictionem, quamuis habeat iurisdictionem in illius personas. Fermosin. *in cap. 1. quaest. 1. num. 4. de for. compet.* Mend. *in prax. 1. part. lib. 2. cap. 1. num. 9.* & semper Capellani manent subjecti Ordinario quoad ordinem Episcopalem, *cap. per exemptionem, de priuileg. cap. Cùm Capella, de priuileg.* Concil. Trident. *sess. 24. cap. 11. de reform.* in terminis Fulu. Constant. *in l. vnica, Cod. de Palat. & domibus:* & idem de Sacello Regio ait de Turret. *cap. 4. n. 41.* licèt contrarium dicat Alzed. *de praecedent. Episcopal. 2. p. c. 1. num. 66.* quia loquitur secundùm concessiones Apostolicas, vt videre est per Rodriguez, quem allegat, & ad hoc Regnum non extenditur. Giurb. *obseru. 6. n. 26.* Posth. *resolut. 108. num. 31.* Valenz. *cons. 33. num. 271.*

5 Maximè quando perfunctoriè Doctor loquitur, ei non est credendum. Sous. de Maced. *decis. 2. num. 31.* Galeot. *alleg. fisc. 13. num. 46.* & cùm fecisset librum in decimonono anno, vt ipse testatur *2. part. cap. 3. num. 10.* ideo in alio loco reprobatur à Parexa *de instrumentor. edit. tom. 1. tit. 5. resol. 5. num 37.*

6 Et allegando Fr. Emanuel. Rodrigues *tom. 3. de sus obras morales, cap. 62.* cùm debeat intelligi Doctor secundùm legem ac Doctorem quem allegat. Larrea *alleg. 20. num. 24.* Posth. *resolut. 7. num. 60.* Valenz. *cons. 18. num. 52.* & *cons. 35. num. 10.* Rodrig. *in d. cap. 62.* & solùm fundatur in concessionibus Apostolicis, vt patet ibi: *Conformes concessiones Apostolicas.* Et cùm concessiones impressae Capellani Maioris huius Regni non habeant tale priuilegium, illum non comprehendit talis doctrina, iuxta dicta; eo maximè quando tales concessiones, licèt apparerent, sublatae & reuocatae fuerunt per Concilium, ex constitutione Pij IV. confirmatoria Concilij, quam refert Frances *Pastoral. Regular. p. 2. quaest. 1. num. 30.* ibi: *Seu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum.* Et ita extra Capellam Regiam non potest exercere Pontificalia absque licentia Archiepiscopi, sicut alij Episcopi non possunt, licèt intra illam, vt Episcopus possit.

Ideoque non potest Episcopus alienus, 7 etiam inducente Patriarcha obire munera Pontificalia in Dioecesi alicuius suffraganei, nisi de eius licentia. Galleus *in Margarit. casuum conscientiae, verb. Episcop.* refert decisum Riccius *in prax. Ecclesiastic. resolut. 495.* Barbos. *dict. alleg. 6. num. 14.* & *ad Concil. Trident. sess. 6. cap. 5. de reformat. num. 2.* Corona *dict. §. 7. num. 2. pag. 242. colum. 2.*

Nec Archiepiscopus hoc ipsum facere 8 potest, cùm sub eadem prohibitione, quae Episcopum ligat, comprehendatur quoque Archiepiscopus quoad materiam de qua agimus, vt tenet Corona *vbi proximè*, Piasec. *in prax. verb. Archiepiscopus, vers. Ad secundum*, & censuit sacra Congregatio Episcoporum apud Barbos. *dict. alleg. 6. num. 14.* & *ad Concil. num. 3.*

Et si voluerit Episcopus exercere Pontificalia in Monasterio, aut loco exempto, 9 non solùm debet habere licentiam Praelati loci exempti, sed etiam Archiepiscopi aut Episcopi intra cuius fines locus exemptus est constitutus: ita Aloysius Riccius *in praxi rerum fori Ecclesiastici, post resolutionem 495.* Galletus *in Margarit. casuum conscientiae, verb. Episcopus*, August. Barb. *dict. alleg. 6. num. 12.* & *in collect. ad Concil. dict. cap. 5. num. 10.* Coron. *dict. §. 7. pag. 243. colum. 1.*

Exempti enim quoad ordinem Episcopalem sunt subjecti Archiepiscopo aut 10 Episcopo Dioecesano. August. Barb. *de potest. Episcopi alleg. 105. num. 65.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quaest. 7. num. 42.* Frances *in Pastorali Regular. 2. part. quaest. 18. num. 15.*

Et ideò Pontificalia in Ecclesia Archiepiscopi absque eius licentia non debet 11 exercere Nuntius Apostolicus, vt ex Aldano, qui ita refert decisum in sacra Congregatione, asserit Barb *ad Concil. dict. cap. 5. num. 18.* si non habeat ad hoc facultatem expressam: & sicut non potest exercere Pontificalia, de quo vide Lucam *theatr. verit. & iust. tom 3. de praeminent. disc. 16. num. 5.* ita non potest concedere facultatem ad hoc vt alius Episcopus contradicente Archiepiscopo possit exercere Pontificalia, tum ex dictis, tum quia cùm hoc

hoc sit prohibitum per sancti Concilij Tridentini decretum, nihil potest Nuntius, nec etiam Legatus à latere statuere contra ius, aut Concilium Tridentinum, vt dicemus *cap.* 38. quia ad hoc est necessaria expressa facultas Pontificis, vt ibi diximus: & cùm ei de iure non competat, & fundamentum concessionis facultatis concessæ ab Illustrissimo Nuntio fuisset prout de iure sibi competebat, vt constat ex verbis gratiæ, de qua *cap.* 1. *num.* 3. ibi: *Quapropter facultates nobis de iure competentes*; meritò resoluimus non obstare facultatem, nec sufficere ad hoc vt Illustrissimus Episcopus Capellanus Major potuisset exercere Pontificalia in monasterio exempto, etsi Illustrissimus Nuntius sit Prælatus illius; quia adhuc in hoc casu requirebatur licentia Archiepiscopi, aut Episcopi intra cuius fines locus exemptus est constitutus, vt tenet Coron. *d. tract.* 2. & *dict.* §.7. *num.* 2. *pag.* 243. *colum.* 1. quia duplex licentia requiritur; vna Prælati monasterij, altera Archiepiscopi diœcesani.

12 Exercere autem Pontificalia dicitur, quando Episcopus celebrat insignitus mitrâ, baculo pastorali, annulo, sandalibus, tunicella, dalmatica, chirotheceis, & cruce pectorali, quæ habent suas mysticas significationes, de quibus sigillatim nos diximus *cap.* 22. *& seqq.* ita tenet Corona *de potest. Episcopi tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. latè & eleganter August. Barb. *dict. alleg.* 6. *num.* 8. *& seqq.* & *alleg.* 11 1. *num.* 33. Pasqualig. *de sacrific. noua Legis quæst.* 1230. *num.* 1. *& seqq.*

13 Erit autem Ordinarius loci, de cuius licentia Pontificalia in sua Diœcesi alienus facere potest, primò Episcopus in cuius Diœcesi constitutus est locus in quo Pontificalia exercenda sunt. Secundò Capitulum Sede vacante, qui cùm succedat in locum Episcopi demortui, exceptis quibusdam casibus, benè potest concedere licentiam Episcopo extero exercendi Pontificalia in sua Ecclesia, vt ex Bonacina tenet Barbos. *dict. alleg.* 6. *num.* 14. & ita manet indubitabile, Episcopum non posse exercere pontificalia in aliena Diœcesi absque consensu proprij Archiepiscopi, aut Episcopi. Quod tamen temperandum videtur, vt solùm procedat in celebratione cum Pontificalibus Diuinorum Officiorum, quæ continent exercitium Pontificalium cum actu concernente ordinem; non autem de vsu Pontificalium simplici in Missis priuatis, vt probat Glos. *in Clementin. fin. verb. Celebrare, de priuileg.* cum multis Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 30. *num.* 13. & *part.* 3. *alleg.* 81. *num.* 14. Alzed. *de præcellentia Episcop.* 1. *part. cap.* 13. *n.* 88. *& seqq.* cum multis aliis Pascal. *d. q.* 1230. *num.* 5. *& seqq.* & maximè *num.* 14. & vltra quos refert, idem tenet Villalobos *in summa*, *tom.* 1. *tract.* 18. *difficultat.* 9. *num.* 5. Tamburin. *de iure. Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 15. *num.* 3. Campanil. *in diuers. iuris Canonici, rubric.* 9. *cap.* 5. *num.* 1. *& 3.* eleganter etiam Quarant. *in Summa*, *verb. Archiepiscopi authoritas*, *num.* 32. Coninch. *de sacrament. disp.* 26. *dub.* 5. *num.* 35.

Quæ resolutio probari potest ex verbis S. Concilij. Primò patet ex verbo hoc *exercere*, quæ vox non tantùm significat vsum pontificalium, sed etiam exercitium super alios. Secundò ex his verbis, *in personas eidem Ordinario subiectas*. Tertiò ex sequentibus, *& sic ordinati*; quia (inquit Barbos. *in collectan. Doctor. in Concil. Trident.* post Marium Alterium, Felicianum de Vega *ad cap. Et si clerici*, §. *Si verò*, *num.* 34. *de iudic.*) etsi fortassis in ordinato non adfuerit aliqua culpa, attamen quia ob ipsam ordinationem Episcopus, qui confert Ordinem ipso facto incurrit Pontificalium suspensionem, inde est quod eadem suspensio respectu Ordinis suscepti ad ipsum ordinatum protrahatur. Cùm igitur Concilium Tridentinum prohibeat Episcopis exercere in aliis Diœcesibus officia Pontificalia, sequitur posse ibi celebrare cum Pontificalibus, cum mitra & baculo; sic enim celebrans non exercet in alios officia Pontificalia prohibita à Concilio, sed tantùm sacrum celebrat cum Pontificalibus ornamentis. Porrò hanc opinionem probabilem putat Paulus Layman. *in quæstionibus Canonicis*, *cap.* 17. *num.* 224. & veram existimat Ioannes Vanseel *in Clement. de priuileg.* Mauritius Alzedo *in prax. Episc. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 88. qui plures alios citat; & ita tenet Corona *de potest. Episcop. cap.* 4. *num.* 7. *pag.* 132. 14

Sed adhuc etiam in hoc casu contraria opinio mihi verior videtur, & in his terminis eam sequuntur Pacian. *de Prælato lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 46. *&* 54. Campanil. *in diuersor. Iuris Canonici*, *rubrica* 6. *cap.* 1. *num.* 2. *resolut.* 4. Grauant. *in manuali Episcopor. verb. Orationes Episcopales*, *num.* 11. Diana *part.* 2. *tract.* 6. *resolut.* 36. & *part.* 4. *resolut.* 183. *vers. Notandum est.* Barb. *de potest. Episcopi alleg.* 80. *num.* 14. Kochier. *de iurisdict. in exemptos part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 8. quos refert idem Pasqualig. *dict. quæst.* 1230. *num.* 3. *&* 4. cùm quo probatur ex Sacrosancto Concilio *dict. cap.* 5. vbi prohibet Episcopis in aliena Diœcesi vsum Pontificalium; & non intelligi 15

intelligitur solùm quatenus dicunt adversi prohiberi exercitium alicuius actus concernentis ordinem Episcopalem, sed etiam vsum insignium Pontificalium; nam vsus & praxis ita interpretantur, cùm non celebrent Episcopi in aliena Diœcesi cum Pontificalibus sine licentia. Nec dici potest, quod id faciant ob reuerentiam, & decentiam, quia si negaretur licentia, de facto celebrarent: quia non est credendum quod vellent amittere jurisdictionem, si illam haberent; & cùm insignia Pontificalia contineant signa jurisdictionis, non potest Episcopus in aliena Diœcesi exercere jurisdictionem, nec potest vti insignibus Pontificalibus, vt prosequitur idem Pasqualig. *dict. num.4. & 10. & seqq.* ex quibus satisfit contrariis.

CAPVT XXXVII.

Vtrum si ab Archiepiscopo aut Episcopo ad aliquid faciendum aliquis petiuit licentiam, & fuerit ab eis negata, tam judicialiter, quàm extrajudicialiter, possit supplicans per querelæ viam, aut sine illa recurrere ad Nuntium cum potestate Legati à latere, & eam obtinendo exequi, contradicente Archiepispoco, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Negata facultate ab Archiepiscopo aut Episcopo inferiori, potest recurri ad Nuntium cum potestate Legati à latere, vti superiorem, vt per viam querelæ concedat quod ab inferiori negatum est.*

2 *Contrarium est verius, attento sancti Concilij Tridentini decreto.*

Nuntius cum potestate Legati à latere, ac etiam Legatus à latere, vt superior, dempto Pontifice, non potest se intromittere, aut ingerere per viam querelæ, nec recursus ad concedendum quod negatum fuit, ibid.

3 *Nuntius, aut Legatus à latere nihil potest mandare nisi per viam appellationis in secunda instantia, seruatâ formâ Concilij* ad cap. Romana.

4 *Idem obseruatur in Archiepiscopo respectu Episcopi suffraganei: & quare*, n.5.

6 *Idem in Auditore Cameræ Apostolicæ, ac aliis Iudicibus superioribus Romanæ Curiæ.*

7 *Nec Nuntius, nec Archiepiscopus adiri à subditis potest per viam querelæ interposita à negatione Archiepiscopi, aut Episcopi; & quare*: & num.8.

8 *Querelare non est appellare, sed dicere de nullitate; & ideò non potest Nuntius cognoscere de nullitate per viam querelæ, sed per viam appellationis.*

9 *Ampliatur etiam probatâ consuetudine contrariâ.*

10 *Propter negligentiam quando, & quo tempore habeat locum recursus.*

11 *Respondetur ad contraria.*

LICET negatâ facultate ab Archiepiscopo, aut Episcopo inferiori, ex negligentia, aut negatione sua posset de iure recurri ad Nuntium cum potestate Legati à latere, vti superiorem, vt per viam querelæ concedat quod ab inferiore negatum est, ex doctrina Bart. *in l. si expressim, num. 14. & 15. de appell.* Abbas *in cap. In litteris, in fin. de offic. deleg.* quos refert Ciarlin. *forens. tom. 2. cap. 125. num. 25. & 26. ex cap. 1. de offic. Leg.* & tradit *num. 43.* Prosper Fagn. *in cap. Significasti, num. 33. de foro compet. pag. 98.* Themud. 3. *part. quæst. 17. num. 18.* August. Barbos. *in cap. 1. de offic. Legat. n. 1.* Giurb. *obseru. 56. num. 21.* 1

Attamen de iure nouiori S. Concil. Trid. hæc querela fuit sublata, & dispositum, quod in prima instantia Archiepiscopus, aut Episcopus non potuissent decidere, concedere, aut negare quod sibi visum fuisset; adeo vt Nuntius cum potestate Legati à latere, ac etiam Legatus à latere, vt superior, dempto Pontifice non possit se intromittere, aut ingerere in materia per viam querelæ, aut recursus ad concedendum quod negatum fuit, vt latè probat Ciarlin. *dict. cap. 125. n. 1. & seqq.* & *n. 27. & seqq.* & in specie Nuntij cum potestate Legati à latere, & Legati à latere Leo *in thesaur. fori Eccles. part. 1. cap. 2. num. 20.* & *part. 2. c. 7. n. 61.* & optimè idem Ciarlin. *dict. cap. 125. num. 44. & seqq.* & *n. 48. vers. Ergo concludit*, ibi: *Ergo etiam Legati habent limitatam jurisdictionem de iure ad causas appellationis, & sic non poterunt adiri per viam querelæ*: & *num. 82.* & *cap. 148. num. 35. & seq.* optimè Bordon. *decis. miscell. decis. 423.* 2

Nec alio modo potest decidere aut mandare, nisi per viam appellationis in secunda instantia, seruatâ formâ Concilij 3

& dicti capitis *Romana*, vt sunt verba Concil. ex quibus ita tenet Fusc. *de vis. lib.*1. *cap.*33. *post num.*3. Francisc. Leo *in fori Eccles. Thesaur. part.*1. *cap.*2. *num.*20. & *part.*2. *cap.*7. *num.*61. vbi loquitur de Nuntiis Apostolicis Legatis à latere. Viuian. *de iurepatron. part.* 2. *lib.*7. *cap.* 3. *num.* 5. Riccius *collect.*1353. Barbos. *de potest. Episcop. part.*3. *alleg.*81. *num.*2. *&* 3. & ad Trid. *sess.*24. *cap.*20. *num.*1. Posth. *de manut. obseru.*107. *num.*2. Ciarlin. *dict. cap.*125. *n.*13. & in terminis similis facultatis negatæ ab Archiepiscopo, vt Episcopus exerceret Pontificalia, tradit Lucas *tom.*3. *de iurisd. & foro compet. discurs.*31.

4 Idem etiam obseruatur in Archiepiscopo respectu Episcopi suffraganei, vt non possit, nec debeat se ingerere in materia coram eo agitata, nisi per viam appellationis in secunda instantia, *cap.* 1. *de offic. Ord. lib* 6. *dict. cap. Romana*, & *dict. Concil.* Barbos. *ibi*, *& in summa bull. verb. Archiepiscopus*, *in fin.* Ciarlin. *dict. cap.*125. *n.*16. *& seqq.* & *num.*21.

5 Solùm enim in illa habet limitatam iurisdictionem, vt ex vno decreto sacræ Congregationis tradit Ciarlin. *d. cap.*125. *num.*22.

6 Et in Auditore Cameræ Apostolicæ, ac aliis Iudicibus superioribus Romanæ Curiæ idem obseruandum est, vt tenet Riccius *in praxi*, *resol.*126. & *part.*4. *decis.*271. *numer.* 6. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 81. *numer.* 3. Ciarlin. *dict. cap.* 125. *num.*17. *&* 47.

7 Non possunt enim nec Nuntius, nec Archiepiscopus adiri à subditis per viam querelæ interpositæ à negatione Archiepiscopi, aut Episcopi; prohibitus est namque talis recursus ad Nuntium respectu Archiepiscopi; & ad Archiepiscopum ratione Episcopi suffraganei, vt ex textu *in cap.*1. *de offic. Leg. cap. Venerabilis*, *de sent. excommun. in* 6. tradit eleganter Ciarlin. *dict. cap.*125. *num.*27. *& seqq.*

8 Et meritò, nam ideo Nuntius respectu Archiepiscopi, & Archiepiscopus ratione Episcopi non potest adiri per viam querelæ, aut per modum recursus, quia habent limitatam jurisdictionem ad causas appellationis; & cùm querelare non sit appellare, sed dicere de nullitate, non potest adiri per viam querelæ, & nullitatis, quia non potest de nullitate cognoscere principaliter, nisi per viam appellationis, & sine ea non potest tractare de nullitate, aut iniustitia negationis per se & principaliter absque appellatione, nec extra remedium appellationis, *cap. fin. in princip.* ibi: *Cum minimè appellatum extiterit*; vbi glos. 2. *de foro compet. in* 6. exornat eleganter Ciarlin. *dict. c.*125. *num.*30. *& seqq.*

Adeò vt nec valida censenda sit consuetudo contraria, vtpotè offendens regulas SS. Patrum & Canonum antiquorum, vt per textum *in c. Nullus*, 9. *quæst.*2. & *cap. Singulas* 1. *quæst.*2. *cap. Conquestus*, *cap. Archiepiscopus*, 9. *quæst.*3. Barbos. *de iur. Eccles. lib.*1. *cap.*7. *num.*77. Ciarlin. *dict. cap.*125. *num.*81. *&* 82.

Et licèt in dicto Concilio *dict. cap.* 20. praecipiatur, vt Ordinarij infra biennium à die litis motæ causas terminare debeant, alioquin ad superiores liceat habere recursum, aut querelam, tamen hoc intelligendum est si ipse Ordinarius fuerit in dicto termino negligens, & steterit per ipsum quin causa expediatur, adeò vt defectus sit in iudice, qui etiam interpellatus noluit causam expedire. Sic decisum refert Marchesan. *de commiss. part.* 2. §. 4. *num.* 54. Riccius *in prax. aur. resol.* 334. *in princip.* & *decis.* 153. *part.* 4. Barbos. *de potest. Episcop. part.* 3. *glos.* 81. *num.* 9. vbi quoad hoc, vt constet de culpa iudicis, debet sæpe perquiri, & de hoc etiam coram superiore instari; quia si per iudicem non steterit, etiam elapso biennio non erit locus. Idem Barbos. *ad dict. Concil. sess.* 24. *cap.* 20. *num.* 25. Ciarlin. *dict. cap.*125. *num.*94. *&* 95. 9

Neque obstant adducta *num.* 1. quia respondetur cum eodem Ciarlin. *dict. cap.*125. *num.*40. *& seqq.* 10

CAPVT XXXVIII.

Vtrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit dispensare in Conciliaribus dispositionibus, aut contra ius, aut sanctum Concilium Tridentinum aliquid statuere, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, qui in illius decreto fundantur?

SVMMARIVM.

1 *Papa solùm habet potestatem supra Concilium; & ad hoc vt licitè contra Conciliaria statuta aliquid decernatur, necessaria*

cessaria est expressa derogatio Concilij facta per Summum Pontificem, cui solum est licita derogatio sacrosancti Concilij.

2 *Nulli inferiores iudices, siue Episcopi, Archiepiscopiue, etiam Sedis Apostolicæ Legati ac Nuntij aliquid in Concilij derogationem statuere possunt.*

3 *Isti tales si à summo Pontifice potestatem expressam non habeant, Conciliaria statuta derogare non possunt, sicut nec possunt quæ à iure communi statuta sunt.*

Hanc potestatem debent inserere, & copiam dare, maximè in præiudicium tertij & iurisdictionis ordinariæ: & quare, ibid.

4 *Idem de Legato à latere.*

5 *Legatus de latere non potest quidquam facere violando ius commune, nec contra ius aliquid statuere.*

6 *Legatus de latere nec etiam Concilij Tridentini decreta interpretari potest absque speciali facultate.*

7 *Legatus de latere nihil potest contra legem superioris statuere.*

8 *Dispensatio contra Concilium censetur à Papa prohibita eo ipso quod non reperitur concessa.*

9 *Legatus non potest dispensare contra Concilium, nec contra Canones non conciliares, nec aliquid statuere, aut tollere:* & num.10.

11 *Legatus à latere solùm habet potestatem in non reseruatis, sed non in reseruatis, etiam quando in facultate habet clausulam facultatis*, vt alter nos.

1
CVM Regalia præcipua adhærens visceribus Pontificiæ Majestatis sit potestas supra Concilium, Victoria *de potest. Papæ & Concilij num.*4. ad hoc vt licitè contra conciliaria statuta aliquid decernatur, necessaria est expressa derogatio Concilij facta per Summum Pontificem Dominum nostrum, cui solùm est licita derogatio Sacrosancti Concilij, prout restantur Riccius 4. *part. collectan.*849. *& collectan.*1367. & *in praxi fori Eccles. decis.* 556. *num.* 1. Garcia *de benefic.*4. *part. cap.*5.*num.*30. Bonacin. *de cens. disp.*1. *quæst.*3. *punct.*2. *num.*4. Azor *tom.*2. *mor. lib.*5.*cap.*14. Rodrig. qq. *Reg. tom.* 1. *quæst.*8.*art.*10.& *tom.*3.*quæst.*36.*art.*2. Grarian. *forens. cap.* 397. *num.* 35. Flores de Mena *lib.* 1. *var. quæst.* 10. *num.* 50. Guttier. *pract. lib.*3. *quæst.*17. *num.*131. Henriq. *lib.*3.*cap.*57. §.1.

2 Ideò nulli inferiores iudices, siue Episcopi, Archiepiscopiue, etiam Sedis Apostolicæ Legati, ac Nuntij, aliquid in Concilij derogationem statuere possunt, ex textu *in cap. Volentes, cap penult. de offic Leg. lib.*6. August. Barbos. *in collect. ad rubric. de offic. Legat. num.* 2. Cæsar *Hierarch. Eccles. part.*1.*assp.*3. *num.*7. Paris *de resignat. lib.*7. *quæst.*13.*num.*2.

Præsertim si à Summo Pontifice Domino nostro potestatem expressam non habeant, quam ostendere debent ante omnia, & eam inserere, & copiam dare, ad textum *in c. Cùm in iure peritus, de offic. deleg.* vbi Felin. in terminis *num.*6.& ibi Abb. loquitur: quia cùm Nuntij soleant augere facultates sibi à Pontifice concessas, ideo tenor inserendus est, vt credatur: notauit Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel.*§.2.*proœm. num.*63. Boër. *de potestat. Leg. à latere, in exord.n.*31. vbi eleganter, & Solorzan. *de iur.Ind.lib.*4. *c.*11.*num.*23.& rationem præstat Azor *mor. lib.*5.*tom.*2.*cap.*27. *quæst.*8. qui loquitur in Cardinali Legato à latere. Parexa latè *de edit. instrum.tit.*2.*resol.*2. maximè in præiudicium tertij aut iurisdictionis ordinariæ, vt tenet Prosper Fagn. *in cap. Cùm in iure peritus, num.*49. *de offic. deleg.* Conciliaria statuta derogare non possunt, sicut nec possunt quæ à iure communi statuta sunt. Gloss. *in cap. vlt. de his quæ fiunt à Prælatis sine consens. Capit.* Molin. *de inst. & iur. tract.*5.*disp.*9. Azor *tom.*2. *dict. lib.*5.*cap.*32. *quæst.*2. & loquendo in Nuntio Guttier. *de iur.cap.*51.*part.*1.*num.*24. & *Canonic. lib.* 1. *cap.*5.*num.*10. Grarian. *dict. cap.* 397. Hieronym. de Leo *thesaur. for. eccles. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 44. Henriq. *de Pontific. clave, lib.*13.*cap.* 54. §. 1. *lit. C.* Molin. *de ritu nuptiarum lib.* 2. *diff.* 11. *num.* 145. August. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.*33.*num.*25. 3

Et loquendo in Legato à latere idem scribunt, & resoluunt cum multis Alzed. *de præst. Episcop.* 2. *part. cap.*7. *num.*5. Conrad. *de dispens. lib.*4. *cap.*1. *num.* 4. & *lib.*5.*cap.*5.*num.*8. August. Barbos. *in collect. ad text. in cap. Quod translationem, num.*2. *de offic. Leg.* & *in cap. Dilectus* 19. *num.*3.*de prabend.* & *in cap. Dilectis* 55. *de appell. num.* 10. vbi multos refert, & est ita declaratum per Bullam Apostolicam confirmatoriam Concilij, impressam in fine illius, concessam à Pio IV. Tondut. *qq. benefic. cap.* 87. *num.* 18. *pag.* 152. Pirrhus Conrad. *in praxi benefic. lib.* 2. *cap.*6. *num.*58. 4

Et ideò Legatus de latere non potest etiam quidquam facere violando ius commune, nec contra ius aliquid statuere, 5

vt tenet Ciarlin. *forens. cap.* 125. *tom.* 2. *num.*78.79.*&* 80. cum multis August.Barbos. *in cap. Dilectis* 55. *num.* 10. *de appell.* Fragos. *de regim. Reip. dict. disp.*10. §.1.*n.*21. Valenz. *cons.* 43. *num.* 83. Carol. Ruin. 4. *tom. cons.*166. *num.* 3. ibi: *Legatus de latere non potest contra ius statuere.* Tamburin. *de iur. Abb. disp.*3. *quaest.*2. *num.*3. *&* 4. Rota *decis. diversor. Auditor.* 1. *part. decis.*780. *num.*11. Rota *apud Posth. resol.*148. *num.*2. *&* 3. & *resolut.* 146. *num.* 7. ex Gratiano *cap.*145. *num.*42. & *cap.* 300. *num.* 50. Serafin. *decis.*536. *num.*4. & *decis.*1306. *num.*4. idem Gratian. *cap.*859. *num.*7. Bicch. *decis.*381. *num.* 38. *& seqq.* vbi explicat, & *decis.*223. *num.*4. Giurb. *cons.* 19. *num.*25. *vers. Atque*: Frances *de Eccles. Cathedr. cap.*3. *num.*30. Oliua *de foro Ecclesiae* 2. *part. quaest.*38. *num.*5. *& seqq.* Fragos. *de regim. reip. part.* 2. *lib.*4. *disp.*10. §.2. *num.* 21. August. Barbos. *in collect. ad textum in cap. dilectis* 55 *de appell. num.*10. Pirrho *vbi supra*, Tondut. *de pensionib. cap.*9. *num.*8.

6 Quare Legatus de latere nec etiam Concilij Tridentini decreta interpretari potest absque speciali facultate Pontificis Domini nostri, quia cum haec facultas sit Papae specialiter reseruata, non includitur in facultatibus Legati, quantumcunque generalibus, vt in sacra Congregatione decisum refert Prosper Fagn. *in cap. cùm venissent, de iudic. per tot.* & maximè *n.*20. omninò videndus, qui refert multa iura & DD. & Bullas Apostolicas hoc statuentes, & ibi nihil intactum relinquit in hac materia circa etiam derogationem: & *in cap. Ex parte, num. 6. de capell. Monach. pag.*227.

7 Nihil enim potest Legatus à latere contra legem superioris statuere, ex Sanchez *de matrim. lib.*8. *disp.*6. *n.*14. & *disp.*17. *num.* 5. vbi ampliat, etsi concessa ei fuisset plenitudo potestatis, prout testatur Giurb. *cons.*19. *num.*26.

8 Et dispensatio contra Concilium censetur à Papa Domino nostro prohibita, eo ipso quod non reperitur concessa. Prosper Fagn. *in cap. Super eo, num.* 35. *de bigam. pag.*362.

9 Et ideò Legatus non potest dispensare contra Concilium, nec contra Canones non conciliares, ex textu *in cap. Dilecto, de praebend.* ibi: *Praedicto Legato non dicunt*: ex quo ita tenet Prosper Fagn. *in dict. text. pag.*137. *num.*9. ibi: *Quartò nota ibi praedicto Legato non licere, nec Legatum habere potestatem dispensandi contra Concilium: hic enim allegantur duo Concilia, & circa vtrumque denegatur Legato potestas contraueniendi. Nec mirum, quia nec contra constitutiones Apostolicas non Conciliares Legatus dispensat.*

Nec aliquid statuere, aut tollere potest. 10
Carol. Ruin. *tom.*4. *cons.*166. *num.* 3.

11 Neque obstant quae de praeminentia & potestate Legati à latere diximus suprà *cap.*33. *num.*3. *& seqq.* quia procedunt in non reseruatis Papae, *cap. Mandata, de praesumpt.* Garc. *de benefic. part.*5. *cap.*3. *n.*13. Gambar. *de offic. & potest. Legati, lib.* *n.*78. Giurb. *cons.*19. *num.* 30. *vers. Primò Legatus*: solum enim potest omnia ad quae mandatum habet speciale, quia generale non sufficit in hac materia reseruata; & ideo Legati à latere potestas vltra specialiter concessa non extenditur, vt ex Puteo *decis.*148. *num.*1. *lib.*2. & Tusc. tradit eleganter Giurb. *dict. cons.*19. *num.*31. 33. 34. 35. vbi dicit procedere quando in concessione vtitur verbis, *cum potestate vt alter nos.* Sed cùm in facultate Illustrissimi Nuntij non inueniatur facultas derogandi conciliaria statuta aut iura canonica, sed potiùs contraria, quia talis facultas solùm est reseruata summo Pontifici Domino nostro, optimo iure resoluimus non obstare argumentum, & facultatem concessam ab Illustrissimo ac Reuerendissimo Nuntio, ac Legato à latere esse ipso iure nullam, vtpote concessam contra ius & sacrosancti Concilij Tridentini decretum, cuius derogationis facultas solùm est reseruata Papae, in quibus nihil potest Legatus à latere, vt tenet Frances *de Eccles. Cathedral. lib. c.*3. *n.*24. *& seqq.* & *c.*30. *n.*34. *& seqq.* Fragos. *de regim. Respubl. dict. disp.*10. §.2. *num.*14.

CAPVT XXXIX.

Vtrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit se intromittere in iurisdictione Archiepiscopi, aut Episcopi & Ordinarij, aut eam turbare, aut impedire, aut aliquid contra eam statuere, aut cum eo in prima instantia concurrere; an solùm in secunda habeat iurisdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus in suo Archiepiscopatu, aut Episcopus in sua Dioecesi sunt Ordinarij.*

2 *Ordinarij pro exercitio sua iurisdictionis de iure habent suam intentionem fundatam contra quoscunque intra limites sua Diœcesis; & non solùm quoad sacculares, & omnes ecclesiasticas personas cuiuscunque status, sed etiam contra Regulares:* & num. 3.

4 *Archiepiscopi aut Episcopi possunt procedere secundùm arbitrium suum per edicta pastoralia, non obstante contradictione Nuntij Apostolici; quia cum illis non potest concurrere in prima instantia, nec aliquid contra Archiepiscopalem, aut Episcopalem iurisdictionem statuere, aut cum perturbatione discernere, deficiente facultate expressa ad hoc.*

5 *Nuntius cum potestate Legati à latere missus dicitur Ordinarius in Regno, & cum Ordinariis potest concurrere.*

6 *Contrarium est verius attentâ dispositione Sacrosancti Concilij Tridentini*, & numer. 7. *vbi quod contraria opinio procedit de iure antiquo, non verò de iure ordinario.*

1 ARCHIEPISCOPVS in suo Archiepiscopatu, aut Episcopus in sua Diœcesi sunt Ordinarij, vt notat Frances *in Pastorali Regular. p.2. quæst.3. num.*11. Prosper Fagn. *in cap. Cùm contingat, de foro comp. num.*23.*pag.*88. & *in cap. Perniciosam, de offic. Ordin. pag.*427.

2 Et vt tales pro exercitio suæ iurisdictionis de iure habent intentionem fundatam contra quoscunque intra limites suæ Diœcesis, *cap. Cùm Persona, de priuileg. in* 6. *cap. Cùm venerabilis, de religiosis domib. cap. Omnes Basilica*, 16. *quæst.* 7. *Clement.* 1. *de foro comp.* Serafin. *decis.*144.*num.*1. Coecin. *decis.*471. *num.*1. Frances *Pastor. Reg part.*2. *quæst.*2. *num.*2. Prosper Fagn. *vbi sup. & in cap. Ecclesia, num.* 31. *de constit. pag.* 164. & *in cap. Cùm olim, num.* 5. *de præscript. pag.*216.

3 Et non solùm quoad sæculares, & omnes ecclesiasticas personas, cuiuscunque status sint, sed etiam contra Regulares, *cap. Abbates*, 16. *quæst.* 2. ibi: *Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant, & si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur.* Et notat ibi Glos. *verb. In Episcoporum*; & tenuit Rota *in posth. Farin. tom.*2. *decis.*313. Tamburin. *de iur. Abb. tom.*1. *disp.*15. *quæst.*2. Frances *vbi sup. num.*2.

4 Ad hoc vt procedant secundùm arbitrium suum per edicta pastoralia, aut alios modos, de quibus *cap.*44. *num.* 20. *& seqq.* non obstante contradictione Nuncij Apostolici cum potestate Legati à latere; ille enim non potest in prima instantia concurrere, nec aliquid contra Archiepiscopalem, aut Episcopalem iurisdictionem statuere, aut cum perturbatione decernere, deficiente facultate expressa ad hoc, vt tenet Villatoel. *Gouerno Eccles. y pacifico, part.*1.*quæst.*4.*art.*5. vbi postquam *in num.*4. tractauit de potestate Nuncij cum potestate Legati à latere, inquit *num.*8. sequentiá verba: *La jurisdiccion de los Nuncios sera del tamano que la truxeren sus titulos expressada, y esta nunca la extende su Sanctidad, pera que puedan turbar, o impedir la ordinaria iurisdiccion de los Obispos; porque es expressamente contra lo que tiene ordenado el sancto Concilio de Trento.*

Et licèt Nuntius cum potestate Legati 5
à latere missus dicatur Ordinarius in Regno, & cum Ordinariis possit concurrere, *cap.*2. *de offic. Leg. lib.*6. Nauarr. *in cap. Cùm contingat, de rescript. remed.* 5. *num.*2. Guttier. *canonic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.*4. *& seqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 28. *num.* 28. & *lib.*8. *disp.*28. *num.*4. Gonzales *ad reg.*8. *Cancel. glos.*21 *num.*34. & *glos.*24. *num.*36. Molin. *de iust. disp.* 9. *num.* 13. Azor *inst. mor. lib.*5. *part.* 2. *cap.* 27. *quæst.*5. Aug. Barb. *in collect. ad dict. cap.*2. *num.* 3. Gratian. *forens. cap.*226.*num.*2. *&* 3. Faria *in add. ad Concil. lib.*1. *var. cap.*4. *num.*33. Prosper Fagn. *in cap. Cùm causam, num.*12. *de appell. pag.*254. Reynos. *obseru.*60. *num.* 8. Mendez *in praxi, part.*1. *lib.* 2. *cap.*1. *num.*15. Gratian *forens. cap.* 655. *num.* 15. Mart. *compil. iur. tom.*4. *cap.*2. Tondut. *quæst. benef. cap.* 200. *num.*6. Oliua *de foro Eccles. part.* 2. *quæst.* 24. *num.*18. *& quæst.*38. *num.*6.

Attamen tales Nuntij non ordinariam, 6
sed tantummodò delegatam iurisdictionem habent, & cum Ordinariis concurrere non possunt, vt probat Barb. *in l. cùm Prætor* 12. §. 1. *num.* 63. *ff. de iud.* Francisc. Leo *in thesaur. fori Eccles. p.*1. *cap.* 1. *num.*19. *&* 20. & 2. *part. cap.*1. *num.*8. & *cap.*7. *n.*61. *&* 63. August. Barb. *in remiss. ad Concil. in cap.*20. *sess.*24. *de reform. add.*4. Villadiego *in tract. de Legat. quæst.*4. *num.*10. & *quæst.*18. *num.* 6. *&* 14. Oliua *de foro Eccles. part.* 2 *quæst.*24. *num.*2.

Et licèt hæc opinio sit controuersa, & 7
prima de iure antiquo possit sustineri, tamen hodie nouiori dispositione S. C. Trident. *cap.*10. *sess.* 24. *de reform.* expresè prohibitum extat, tam Nuntiis, quàm Legatis etiam de latere cum Ordinariis concurrere, quibus dumtaxat cognitio & iurisdictio attributa est, seu præseruata, cæ-

terisque prohibita, vt sunt verba dicti Concilij, ibi: *Legati quoque etiam de latere, Nuntij, Gubernatores Ecclesiastici, aut alij quarumcunque facultatum, non solùm Episcopos in prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorum iurisdictionem iis præripere, aut turbare non præsumant, &c. Aliàs eorum processus ordinationesve nullius momenti sint.* Villarroel. *vbi sup. dict. art.* 5. *num.* 8. Ciarlin. *forens. cap.* 125. *tom.* 2. *num.* 100. optimè in terminis Mend. *dict. num.* 15. optimè August. Barb. *de iur. eccles. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 87. & in specie similis decreti Nuntij, quod sit nullum, decreuit Rot. apud Cæsar. de Graf. *decis.* 9. *de caus. possess.* Marches. *de commiss. tit. de commiss. appell. extra Cur. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 45. & 46. Narbon. *l.* 59. *glos.* 1. *num.* 24. *lib.* 2. *tit.* 4. *tom.* 3. Posth. *de manut. obseru.* 107. *num.* 1. & 2. & ita resoluit remissiuè Bordon. *decis. miscell. decis.* 433.

CAPVT XL.

Vtrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit committere totam suam facultatem alicui Episcopo, aut Clerico constituto in dignitate, contradicente Archiepiscopo, aut non.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à Papa ad vniuersitatem causarum subdelegare potest:* & n. 2.

3 *Interueniente tamen iustâ causâ.*

4 *Delegans si facultate vtatur, substituisse videtur.*

5 *Limita quando est electa industria personæ, vt in Legato à latere:* & numer. 6. & 7.

1 LICET delegatus à Papa ad vniuersitatem causarum aliquas earum subdelegare possit, etiamsi à Principe non delegetur, Glos. fin. *in cap. Is qui, de procuratorib. lib.* 6. Glos. *in cap. Super quæstionum, §. Si verò, verb. Delegare, de offic. delegati:* Glos. *verb. Moderata, in cap. Statutum, §. Insuper, de rescript. in* 6. cum multis Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 51. & *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 35. & 36. & in specie Nuntij Tondut. *de pens. dec.* 27. *num.* 9.

2 Et etiam delegatus ab inferiore, quando specialiter ei facultas subdelegandi conceditur, vt multis tradit Garcia *de benefic. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 8. *num.* 170. Mirand. *de ord. iudicior. quæst.* 2. *art.* 11. *concl.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 31. *num.* 6. cum aliis, de quibus Solorzan. *d. cap.* 26. *num.* 52.

Interueniente tamen iustâ causâ, quia 3 tunc reputatur tanquam Ordinarius, vt tenet idem Solorzan. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 48. Frances *de offic. Cancellarij Regni Aragon. quæst.* 10. *num.* 6. *ex cap. Si pro debilitate* 3. *de offic. & potest. iudic. deleg.* cuius verba ibi refert, & multos tradit Barbos. ibi *in collect.*

Et licèt delegans si facultate vtatur, 4 substituisse videatur, vt tenet idem Solorzan. *lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 59. & 60. ex aliis Valenz. *cons.* 63. *num.* 65. & 66.

Attamen quando est electa industria 5 personæ propter grauitatem & magnitudinem personæ missæ, vt in hoc casu, in quo est electa magnitudo, grauitas, & persona Illustrissimi & Reuerendissimi Nuntij cum potestate Legati à latere, respectu cuius est electa industria personæ, vt est textus elegans *in cap. fin. §. Is autem, de offic. & potest. iud. deleg.* ibi: *Cùm in his omnibus casibus industriam & fidem personæ, cui talia committimus, eligere videamur:* tradit Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 21. *num.* 2. Valenz. *cons.* 177. *num.* 34. August. Barb. *in d. cap. fin. §. Is tamen, num.* 3. Carpio *de executor. testam. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 7. Solorzan. *dict. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 37. & in specie Legati, quod dicatur electa industria personæ, Iacob. Mandel. de Alba *cons.* 776. *num.* 12. & 13. Prosper Fagnan. *in cap. Exstirpanda, §. Qui verò, num.* 2. *de præbend. pag.* 154.

Non potest committere, nec delegare 6 suam facultatem, *cap. fin. §.* 1. & *fin. de offic. delegat. cap. Si pro debilitate, eodem tit.* vbi Barb. *cap. Is cui, eodem tit. in* 6. cum aliis Solorzan. *de iur. Indiar. dict. cap.* 4. *num.* 37. & 38. & *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 44. Menoch. *de arbitr. cas.* 68. *num.* 15. Riccius 1. *part. decis.* 68. *num.* 6. Rot. apud Farin. *decis.* 234. *num.* 1. *part.* 1. *nouissimar.* optimè Prosper Fagn. *in cap. Exstirpanda, §. Qui verò, num.* 2. *de præbend. pag.* 154. vbi respondet contraria procedere quando non est electa industria personæ.

Et in terminis nostri casus quando de 7 facultate Legati non constat, nec fuit in actis producta, tradit Iacob. Mandel. de Alba *cons.* 776. *num.* 11. *vers. Non obstat,* ibi: *Præterea de facultate Legati non constat, nec fuit in actis producta: & si Reuerendus Dom. Vicarius vidit eam, non vidit tanquam iudex. Et posito, quod hæc facultas competeret Legato,*

gato, & etiam Vicelegato, non potest committi, quia illa specialitas fuit sibi concessa ob electam eius industriam. Vincent. Annibald. Valentin. *consil. etiam* 776. *vers. Quia, pag.* 94. 4. *tom. num.* 12. & 13. vbi eadem verba refert.

CAPVT XLI.

Vtrum, esto quod Nuntius cum potestate Legati à latere potuisset dispensare in Concilij decreto virtute facultatis expressæ, fuisset valida licentia absque causa legitima: & an sufficeret in supplicatione relata contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Legati missi potestas licèt à principio fuisset latissima, attamen per Pontifices restricta extitit.*

2 *In iurisdictione Legati Nuntij non includitur Concilij dispensatio, nec derogatio, cum hoc vt reseruatum Pontifici non transeat in generali delegatione, nisi expressè concedatur.*

3 *Infans debet baptizari in Parochia.*
Dispensatio solùm cum causa vrgenti, & cum periculo in mora est licita, aut permissa: ibid. & num. 6. & 8.

4 *Vtrum in Summi Pontificis dispensatione requiratur causa ad hoc vt sit valida:* & num. 5.

7 *Supremus Princeps Ecclesiasticus non delegat potestatem dominatiuam, sed spiritualem, ac ministerialem, & in conseruationem, non in destructionem: & quare* num. 8.

9 *Legatus à latere an possit dispensare sine causa.*

1 LICET Illustrissimus Nuntius habuisset expressam facultatem ad derogandum Concilium Tridentinum, vt necessarium erat, vt diximus *cap.* 38. & tenet Suar. *de legib. lib. 6. cap.* 15. *num.* 1. quia etsi Legati missi potestas à principio fuisset latissima, attamen per Pontifices restricta extitit, ex Cæsar. *Hierarch. Eccles. disp.* 3. *part.* 1. §. 1. *num.* 10.

2 Quare in iurisdictione Legati missi non includitur Concilij dispensatio, nec derogatio, cùm hoc vt reseruatum Pontifici non transeat in generali delegatione, nisi expressè concedatur, vt tenet Boët. *de potest. Leg. num.* 24. Kochier. *de iurisd. in exempt. part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 13. & *part* 4. *quæst.* 3. *num.* 1. Barb. *in collect. ad cap. Translationem* 4. *num.* 2. *de offic. Legat.*

3 Adhuc tamen erat inualida dispensatio, & facultas concessa, de qua *cap.* 1. *num.* 3. virtute supplicationis de qua ibi consequuta, visis illius causis, quæ vrgentes non erant: nec per negationem Illustrissimi Archiepiscopi dabatur periculum in mora, quando baptizari poterat infans in sua Parochia, iuxta Concilij & constitutionis dispositionem; in quibus terminis prohibita erat dispensatio, & solùm cum causa vrgenti, & cum periculo in mora erat licita, & permissa. Ledesma *in* 4. 2. *part. quæst.* 17. *art.* 3. Suar. *de leg. lib* 6. *cap.* 14. *num.* 9. Sanch. *lib.* 2. *de matrim. disp.* 40. & *lib.* 8. *disp.* 9. *num.* 22. Sayr. *de Clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 9.

4 Et meritò; nam licèt aliqui dicant, loquendo in Summo Pontifice, quod dispensatio absque causa est inualida, Mendonc. *de pact. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 35. Vasquez 1.2. *disp.* 178. *cap.* 4. Suar. *de leg. lib.* 6. *cap.* 19. *num.* 5. Baldel. *Theol. mor. lib.* 5. *disp.* 52. *num.* 9.

5 Et contrarium sit verius, ex Cajet. 1.2. *quæst.* 96 *art.* 5. Sot. *lib.* 1 *de iust. quæst.* 7. *art.* 3. & *lib.* 7. *quæst.* 4. *art.* 2. *ad fin.* Henriq. *lib.* 5. *de pœn. cap.* 22. *num.* 5. & *lib.* 12. *de matrim. cap.* 3. *num.* 6. Valenz. 2.2. *disp.* 5. *quæst.* 7. *punct.* 2. Suar. *tom.* 4. *de indulg. disp.* 56. *sect.* 2. *num.* 11. & *lib.* 6. *de leg. cap.* 19. *num.* 6. Sanch. *lib.* 8. *de matrim. disp.* 17. *num.* 14. Bonacin. *de leg. quæst.* 2. *punct.* 3. *num.* 1.

6 Attamen in dispensatione inferioris dicendum est, quod vel sine potestate fit, & tunc ipso iure est nulla; vel cum potestate superioris, quia tunc debet causa legitima præcedere, aliàs est nulla. Guttier. *canonic. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 4. Mirand. *manual. Prel tom.* 2. *quæst.* 5. Barb. *de potest. Episcop.* 2. *part. alleg.* 44. *num.* 1. Salas *de legib. disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 30. Bonacin. *de leg. quæst.* 2. *punct.* 3. *num.* 12. Suarez *de relig. lib.* 6 *de vot. cap.* 16. & *lib.* 6. *de legib. cap.* 19. *num.* 1. optimè Prosper Fagn. *in cap. Super eo, n.* 40. *vers. Cæterùm, de bigam. pag.* 363.

7 Nam cùm à supremo Principe Ecclesiastico non delegatur potestas denominatiua, sed spiritualis, ac ministerialis, & in conseruationem, & non in destructionem, Sanch. *dict. lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 3. & *in Decalog. lib.* 4. *cap.* 45. *num.* 3. Less. *de iust.*

inst. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 24. num. 64. Sanch. *cons. mor. lib. 2. cap. 2. dub. 35. num. 3.*

8 Non potest sine causa legitima inferior Legatus dispensare Concilium, nec talis dispensatio sortiri potest effectum; cùm non accidisset causa legitima ad dispensandum, quæ præcipuè induxit animum superioris, & Pontificis ad concedendam expressam facultatem dispensandi, vt prosequitur Baldel. *Theolog. Mor. lib. 5. disp. 52. num. 1.* Prosper Fagn. *in cap. Nimis, num. 6. & seqq. de filiis presbyter. pag. 332.* & *in cap. Quia in tantùm, num. 14. de prabend. num. 93.* quia ex eodem talis dispensatio est dissipatio, & destructio.

9 Et in terminis dispensationis factæ à Legato Apostolico ac Nuntio cum potestate Legati à latere, idem tradit Innocent. *in cap. Dudum 2. num. 16. de elect.* Nauarr. *in man. Prælat. præfud. 9. num. 15.* Salas *de leg. disp. 3. sect. 4. num. 32.* Bonacin. *de leg. quæst. 2. punct. 3. num. 1. §. Sed hoc exemplum:* Azor *part. 1. lib. 5. cap. 15. in fin.* Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 17. num. 5.* Baldel. *dict. disp. 52. num. 2.* & ita contradicente Archiepiscopo aut Episcopo, aut parte præiudicata, cùm non sufficeret causa proposita in supplicatione: & esto quod Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere haberet facultatem expressam absque legitima causa, erat gratia nulla, aut inualida, vt dictum est.

CAPVT XLII.

Vtrum gratia nulla, aut subreptitia Illustrissimi Nuntij cum potestate Legati à latere concessa in præiudicium iurisdictionis ordinariæ Archiepiscopi, eo contradicente possit exequi, & obseruari: & quando subreptio dicatur interuenire, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Facultas, & commissio concessa habet pro se præsumptionem iuris, & non præsumitur subreptitia, sed valida, donec probetur contrarium:* & numero 2.

3 *Commissio, aut gratia concessa contra ius, aut Concilium Tridentinum est nulla:* & num. 4.

5 *Quomodo probetur subreptionem interuenire in gratia & rescripto.*

LICET facultas, & commissio concessa habeat pro se præsumptionem iuris, & in aduersarium onus probandi transferat, Farin. *decis. 280. in posthum. tom. 2. num. 1.* addentes ad Ludouis. *decis. 113. num. 11.* Maldonad. *in addit. ad Molin. lib. 1. cap. 9. num. 32.* 1

Et gratia etiam habeat pro se præsumptionem iuris, ad hoc vt sit valida, adeo quod quando contra illam subreptio allegatur, subreptionem probari debere asserat Glos. *in cap. Super literis, verb. Priori modo, de rescript.* Felin. *in cap. Eam te, eodem tit.* Mascard. *concl. 128. n. 11. & 1275. num. 1.* Larrea *alleg. 91. num. 25.* 2

Attamen in hoc casu contrarium est verius, quia dicta gratia, & commissio fuit facta contra dispositionem iuris & constitutionis, & aduersùs sacrosancti Concilij Tridentini decretum, in quibus terminis dicta gratia obseruari non potest, sed ab vtroque iure reprobatur, iuxta textum *in cap. Causam quæ 18. de rescript. cap. Rescripta 15. 25. quæst. 2.* eis verbis: *Rescripta contra ius elicita ab omnibus Iudicibus præcipimus refutari.* Idem traditur *in cap. Dicenti, vers. Omnes, eadem causa & quæstione;* & de iure ciuili sunt textus *in l. Rescripta, Cod. de precib. Imperator. offerend. l. Iubemus, Cod. Sacrosanct. Eccles. l. Omnes, Cod. si contra ius, cap. Si motu proprio, de rescript. lib. 6.* 3

Et est nulla, & non est ei obediendum, *Clementin. 1. de præbend.* ibi: *Nullius momenti, dict. cap. Si motu proprio, de rescriptis, lib. 6.* ibi: *Vires nolumus obtinere: cap. Cùm nostris, de concess. præbenda,* ibi: *haberetur irritum & inane: cap. 1. & 2. de filiis presbyteror. lib. 6.* latè Larrea *alleg. 91. per tot. & num. 4. & 26.* Faria *in addit. ad Couarr. lib. 1. variar. cap. 20. num. 12.* Prosper Fagn. *in cap. Ad audientiam, num. 27. de rescript. pag. 234* & in terminis commissionis Bicch. *decis. 592. num. 5.* 4

Quia in his terminis nullitas & subreptio interuenit, ex dictis iuribus: & quando interueniat vel non, ad varias quæstiones est omninò videndus eleganter Larrea *alleg. 91.* Barb. *ad ord. lib. 2. tit. 43.* per textum ibi: Pereyra *decis. 60.* Clem. Merlin. *decis. 35. 243. & 768.* alter Merlin. *centur. 1. cap. 54.* & *centur. 2. cap. 15.* Torniol. *cons. 10.* Phœb. *1. part. decis. 41. & 113.* Salgad. *in labyrinth. creditor. 1. part. cap. 37.* Maldonad. *in addit. ad Molin. lib. 4. cap. 3. num. 28.* quos ego ipse refero *forens. cap. 18. num. 48.* 5

*num.*48. & vltra eos eleganter Fermosin. *ad tit. de rescript.* Prosper Fagn. *tom. vltim. in indic. verb. Subreptio*: & *in cap. Super literis, de rescript. pag.*212.*& seqq.* eleganter etiam Faria *in addit. ad Couarr. lib.*1. *variar. c.*20. Sanch. *de matrim. tom.*3. *lib.*8. *disp.*21. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. lib.*2. *cas.*201. Marescot. *variar. lib.*2. *cap.*1. Suarez *de legib. lib.*8. *cap.*12. & *de religione tom.*2. *lib.*6. *cap. vltim.* Guttier. *canonicar. lib.*2. *cap.*15. Marchesan. *de rescriptor. subreptione*: Bonacin. *in sum. tom.*2. *tract. de legib. disp.*1. *quæst.*2. *punct.*4. Leonel. *de subreptione rescriptor.* Trentacinq. *variar. resolut. lib.*1. *tit. de rescript. resolut.*5. Gomez Bajo *in prax. lib.*1. *cap.*4. Tusc. *pract. conclus. lit. R. conclus.*217. & *lit. S. conclus.*720. *& seqq.*

CAPVT XLIII.

Vtrum de nullitate, aut subreptione gratiæ factæ ab Illustrissimo ac Reuerendissimo Nuntio in præiudicium jurisdictionis Archiepiscopalis, aut Episcopalis apud eum editæ, possit cognoscere Archiepiscopus aut Episcopus, quando nullitas patet ex ventre rescripti, ita vt ei non obediat.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta summi Pontificis, Principum, aut gratia aliorum qui habent facultatem concedendi, alia motu proprio, alia ad preces supplicantis expediuntur.*

2 *Omne rescriptum in quo clausula*, Motu proprio, *non est expressa, intelligitur ad instantiam alicuius concessum.*

3 *In dubio nunquam præsumitur gratia, aut rescriptum motu proprio processisse.*

4 *Ad preces quando dicatur rescriptum impetratum, & an explicetur per supplicationem.*

5 *Rescriptum siue consideretur motu proprio concessum, siue ad preces, si est contra ius aut Concilium, non est obseruandum, nec obediendum; & executor potest cognoscere de illius viribus.*

6 *Et quid in rescripto Summi Pontificis*: & num.7.

8 *Quid dicendum si gratia impeditur cum exceptionibus.*

9 *Explicatur extrauag.* Cum Matthæus, *de hæretic. & nu. seqq.*

RESCRIPTA Summi Pontificis, & Principum, & gratia aliorum qui habent facultatem concedendi, alia motu proprio, alia ad preces supplicantis expediuntur, *cap. Si motu proprio* 23. *de præbend. & dignitatib. in* 6. Suar. *cap.*12. *lib.*8. *de legib. num.*4. Larrea *alleg.*91. 1

Omne autem rescriptum, in quo clausula, *Motu proprio*, non est expressa, intelligitur ad instantiam alicuius concessum, ex Suar. *sup. num.*5. Sanch. *dict. lib.*8. *disp.*1. *num.*6. Moneta *de commutatione vltimar. volunt. cap.* 6. *num.* 168. Faria *dict. cap.*20. *num.*3. 2

Et in dubio nunquam præsumitur gratia, aut rescriptum motu proprio processisse. Valasc. *consult.*25. *num.*18. Mascard. *conclus.*1075. 3

Ad preces expeditur quando per supplicationem impetratur; & preces dicuntur quidquid in libello supplicationis continetur, in quo solet factum narrari, causæ ad concedendum proponi, & quod intenditur explicari, vt notant DD. *in rubric. Cod. de precib. Imperatori offerend.* Faria *dict. cap.*20. *num.*9. vbi quod preces ipsius gratiæ pars censentur; & quod vbi dubium oritur, mens concedentis iuxta supplicationem interpretatur, *l.*1. *Cod. de diuers. rescriptis.* Gregor. Lop. *l.*26. *glos.*1. *tit.*11. *part.* 5. Cyriac. *contr.* 57. *num.* 33. Guttier. *practicar. lib.*3. *quæst.*17. *num.*43. Garcia *de nobilit. in diuisione oper. num.*63. 4

Et siue consideretur motu proprio concessum, siue ad preces supplicantis expeditum, quocunque modo sit, si est expeditum contra ius aut cum subreptione, vt in hoc casu, semper est nullum, & minimè est ei obediendum, neque obseruandum; maximè quando ex illius inspectione, vt in hoc casu, constabat de nullitate, & repugnantia iuris, decretique Sacrosancti Concilij Tridentini: in quibus terminis potest executor cognoscere, & non obedire, *ex c. Constitutis, de rescriptis, l. etsi non cognitis, Cod. si contra ius vel vtilitatem publicam*, ibi: *De omni negotio cognoscatur.* Quem textum nimis commendat Paul. *in l. Si prætor, n.*8. *ff. de indic.* Panormit. *in c. de cætero, extra eodem tit.* & singulariter dixit Iason *in dict. l. Etsi non cognitio*, se alibi alium nescire in vtroque iure: sed reperitur similis *in l.*2. *ad fin. Cod. de dilationib.* 5

vt aduertit Pinel. *in rubric. legis 2. Cod. de rescindend. vendit.* & summa veneratione canonizatus est *in cap. Rescripta*, & *in cap. Dicenti, cum seq.* 25. *quæst.* 2. & *in cap. Si quando, de rescript.* eleganter Caualer. *decis.* 2. *num.* 6. Pacian. *cons.* 164. *num.* 47. & probatur per Ord. *lib.* 2. *tit.* 43. & *lib.* 3. *tit.* 76. §. 3. ibi: *Deue conheeer.*

6 Quod in rescripto Summi Pontificis non debet obseruari, sed debet certiorari de præjudicio, ad ipsius benignam intentionem adjurandam, quia non vult vt priuilegia, rescripta, aut literæ, neque aliæ commissiones Apostolicæ executioni mandentur, quando præiudicium continent, aut iuri, vel publicæ vtilitati sunt contrariæ, aut falsis precibus impetratæ: quæ sancta iuris prouisio summâ veneratione canonizata est *in cap. Rescripta*, & *in cap. Dicenti*, 25. *quæst.* 2.

7 Nam summus Pontifex D. noster statuit, hoc posse de iure fieri: nec solùm Princeps, Archiepiscopus, aut Episcopus, sed etiam quilibet Iudex Ordinarius huius examinis faciendi liberam habet potestatem, & etiam potest admonere, & certiorare Pontificem si opus erit, vt dicitur *in cap. Si quando, de rescriptis, dict. cap. Dicenti*, §. *etsi*, 25. *quæst.* 2. *cap. Super literis, de rescriptis*, & ibi Barbos. Fermosin. & Prosper Fagn. & impedire executionem, vt tenet Caualer. *decis.* 2. *num.* 6. quod Dominus Illustrissimus Archiepiscopus facere non potuit, quia ei non fuit ostensa gratia, ac commissio Illustrissimi ac Reuerendissimi Nuntij, ad hoc vt Illustrissimus ac Reuerendissimus Episcopus Capellanus Major cum Pontificalibus baptizaret; & ideò optimo inre processit in suæ jurisdictionis ordinariæ defensionem, secundùm potestatem sibi permissam à iure, de qua latè dicemus infrà; & etiam quando ei ostenderetur, vtpote nulla, & contra jus, & Sacrosancti Concilij decretum statuta, non tenebatur ei parère, sed poterat eam spernere ex dictis in hoc capite, & ex his quæ Themud. 3. *part. quæst.* 17. *num.* 8. *& seqq.* refert.

8 Si gratia impeditur cum exceptionibus subreptionis, habet exceptio effectum exceptionis incompetentiæ, vt Nos diximus 3. *tom. commentarior. ad Ord. pag.* 238. *num.* 606. *& pag.* 230. *num.* 548. vbi quid dicendum quando requirit altiorem indaginem, an debeat cognoscere vel remittere; & si fuerit impedita cum exceptionibus, an & quando suspendatur effectus. Phœb. 1. *part. decis.* 41. quæ explicanda refero *forens. cap.* 18. *num. penult. & vltim.* & de omnibus Fermosin. *in cap. Super litteris, de rescript.* & Barbos. & Fagn. præsertim Barbos. *vot.* 126. *num.* 190. & latè *de pens. part...*

Neque obstat textus *in extrauagant. Cùm Matthæus* 3. *de hæreticis*, vbi deciditur quod in terminis propositis Ordinarius non procedat contra delegatum, vel Nuntium Apostolicum, sed potiùs partes recurrant ad Pontificem, vt prouidere super hoc de opportuno remedio valeat, de quo Barbos. *in collect. ibidem*, vbi multos refert. 9

Respondetur enim primò, textum loqui in diuerso casu, & terminis, vt legenti patebit, & non in hoc casu, vt ex illius relatione manifestè patet, & ex dictis in hoc & aliis capitibus, in quibus ostenditur Nuntium Illustrissimum non procedere per viam gratiæ, sed Auditorem contra jurisdictionem per viam iustitiæ. 10

Secundò respondetur ex dictis & infrà referendis constare de decreti nullitate & iniustitia, & in his terminis non procedit dictæ extrauagantis decisio; sed potiùs Ordinarius potest cognoscere de illius iniustitia, nullitate, & vitio, & ita declarare, vt tenent quos Ego ipse refero *forens. cap.* 11. *num.* 7. Ord. *lib.* 2. *tit.* 43. & *lib.* 3. *tit.* 76. §. 3. *l.* 2. *Cod. si contra jus.* Barbos. *in cap. Super litteris, de rescriptis num.* 18. Pinel. *in rubric. legis* 2. *Cod. de rescindend. vendit.* & probat textus *in cap. Si quando, de rescript.* eleganter Caualer. *decis.* 2. *num.* 6. 11

Tertiò respondetur, quia vt est notorium, dabatur periculum in mora, & propter longinquitatem, & Romanæ Curiæ distantiam Summus Pontifex adiri non poterat; in quibus terminis non procedit dictæ extrauagantis resolutio, iuxta ea quæ tradit Borel. *in tractat. de præstantia Regis Catholici, cap.* 71. *num.* 58. *&* 59. Iacob. de Graff. *in decisionib. aureis lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 119. 12

Et quod ob moræ periculum non sit consulendus Summus Pontifex in forma dictæ extrauagantis, probat Abbas *in cap. Non metus, colum. penultim. verb. Putarem, & colum. vltim. verb. Puto, de immunitate Ecclesiastica*: quod etiam probat Gloss. *in cap. Sacro*, §. *Caueant, in vers. Periculo moræ, de sententia excommunicationis*: de quo etiam est videndus Castillus *tom.* 7. *controuers. cap.* 41. *num.* 186. *& seqq.* 13

Quartò respondetur scandalum vsurpationis jurisdictionis ordinariæ fuisse notorium in hoc casu; & vt euitaretur, optimo iure decreuit Ordinarius describi 14

Pastorales,

Pastorales, non obstante dicta extrauaganti, ex textu *in cap.1. de offic. Legati, lib.6. cap. Pastoralis, de sententia & re iudicata: cap. Cùm ad verum, 96. distinct.* textus elegans *in cap. Cùm teneamus 6. de prabend.* eleganter Oldrad. *cons. 262. num. 2. vers. Sed si:* Couar. *in reg. Peccatum, 1. part. num.7.* Barbos. *in addit. collectan.* textus *in cap. Si quando, de rescript.* Anguian. *de legibus lib.1. contr. 5. num.3. 5. 18. & 21.* eleganter etiam Amat. *variar. cap.72. num.29.* Kochier *de jurisdictione in exemptos tom. 2. in scholiis ad constitutionem Concilij Lateranens. part.1. §.3. fol.32. num.20. & 41.*

CAPVT XLIV.

De præeminentia, excellentia, & dignitate Archiepiscopi, aut Episcopi; & de honore eis exhibendo, ac de eorum potestate, ferendique edicta pastoralia, & puniendi tam per censuras, & interdicta, quàm per alias pœnas, etiam contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere, & eius Reuerendo Auditore.

SVMMARIVM.

1 *Variis titulis honorantur Archiepiscopi, aut Episcopi: & qui sint,* & num.3.

2 *Archiepiscopis datur Illustrissima, Episcopis verò Senhoria.*

4 *Episcopale munus à Deo fuit constitutum ad regimen Ecclesia.*

5 *Episcopale munus est dignitas, & culmen dignitatum: & Hierarchæ appellantur, tanquam Supremi in Ecclesia; suntque Magnates in Regno, & de Consilio Regis, ac Principis, & habent alias prarogatiuas:* & num.6. 7. 8. 9. 10. & 11.

12 *Archiepiscopus, aut Episcopus possunt in suo Episcopatu aut Archiepiscopatu quod potest Papa in toto orbe, exceptis reseruatis.*

13 *Palatium Archiepiscopi gaudet Ecclesia immunitate, sicuti Palatium Regis, aut Principis:* & num.14.

15 *Archiepiscopus vt magnus honoratur à Rege in sua præsentia, tum in sede, quàm in aliis.*

16 *Archiepiscopi Regibus æquiparantur, & ideò in Hispania caput coram Rege cooperiunt, sicut Magnates, vulgò* Grandes.

17 *Archiepiscopi coronant Imperatorem aut Regem.*

18 *Canonici tenentur, & quare, Archiepiscopis assistere in Pontificalibus, & eos associare, & obuiam ire venientibus ad Ecclesiam.*

19 *Archiepiscopus habet imperium merum in sua Diæcesi.*

Archiepiscopi, aut Episcopi habent priuilegium respectu fori cateris maius. ibid.

20 *De potestate Episcopi aut Archiepiscopi in spiritualibus, & à quo fuisset concessa;* & num.21. *& quare fuissent creati à Summo Pontifice,* & num.22.23. & 24.

25 *Archiepiscopus aut Episcopus de suis ouibus rationem reddere tenetur Domino, & quare.*

26 *Archiepiscopus aut Episcopus est fideiussor ratione sua potestatis, & vigilantia, & custos Diæcesis ob potestatem & solicitudinem.*

27 *Quam potestatem habeant Archiepiscopi aut Episcopi ad gubernandum.*

28 *Ratione potestatis potest Archiepiscopus aut Episcopus temporali aut spirituali jurisdictione vti, quoties illa sibi necessaria fuerit: & quomodo diuidatur,* & num.29.

30 *Archiepiscopus aut Episcopus pro pastorali officio omnia crimina in suis Diæcesibus à quibuscunque commissa, ex quibus Deus optimus maximus, iuraque spiritualia maximè offendantur ac lædantur, & scandalum ac prompta peccandi occasio in Christiana Republica paretur, possunt ac debent punire tum per censuras, quàm per alias pœnas.*

31 *Archiepiscopus potestatem exercere potest aduersus omnes, qui in suo Archiepiscopatu resident, & etiam respectu quarumcunque personarum Ecclesiasticarum, tam sacularium, quàm regularium; quia omnes etiam exempti remanent subiecti correctioni & punitioni Archiepiscoporum, aut Episcoporum.*

32 *Et ad hoc habet facultatem ferendi censuras.*

33 *Habent jurisdictionem, & potestatem ecclesiasticum potest decernere censuras, interdictum, & cessationem à Diuinis.*

34 *Episcopus, aut Archiepiscopus iure pastorali potest inducere in materia pœnali excommunicationem, & pœnam ipso iure.*

35 *Et iubere promulgari edictum quod obseruari debet.*

36 *Præcautio prudentior est antea, quàm postea defensio.*

37 *Præmittitur præcautio illius quod prudenter timetur in jurisdictionis perturbationem, & Reipublicæ perniciem.*

1 ARIIS titulis honorantur Archiepiscopi, aut Episcopi, vt sunt titulus Reuerendissimi, Beatissimi, Religiosissimi, Amabilis, Venerabilis, ex Diuo Ambrosio *lib.* 2. *epist.* 17. *l. Omne, Cod. de Sacrosanct. Eccles. l. Quoniam cum Clericis* 25. *l. Decernimus* 26. *l. Nulli* 28. *l. Sancimus* 46. *l. Cum lege* 50. *l. Generaliter* 3. *Cod. de Episcop. & Cleric.* August. Barbos. *de potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 1. *num.* 10.

2 Et vt dignitas cognosceretur statutum est in lege Castellæ 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil. Que aos Arcebispos, è Obispos sejan obrigaçaen chamarlhe por senhoria*: & in hoc Regno datur Episcopis, sed Archiepiscopi vocantur titulo *Illustrissimi.*

3 Et dicuntur Clarissimi, Eminentissimi, Serenissimique, vt tenet Sperel. *decis.* 128. *num.* 65. 66. *&* 67.

4 Et meritò, quia Episcopale munus præterquam quod est à Deo constitutum ad regimen Ecclesiæ, *Act. Apostol. cap.* 20. Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 4.

5 Nec tantùm est dignitas, *cap. Cleros* 21. *dist.* sed culmen dignitatum, *cap. Venerabilis, de prabend. cap. Si per ordinationem*, 63. *dist. cap. Legimus*, 24. *dist.* August. Barbos. *de potest. Episcop. tit.* 1. *cap.* 2. Cæsar *Hierarch. Eccles. disp.* 6. Fragos. *de regim. Reip. part.* 2. *lib.* 8. *disp.* 18. §. 1. *num.* 6. Villaroël. *Gouierno Ecclesiastico, part.* 1. *art.* 6. cum multis Solorzan. *de iure Indiar. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. Hopping. *de iure insign. cap.* 22. *num.* 47. Hallier. *de sacra institutione lib.* 1. *cap.* 6. *sect.* 1.

6 Ideo Hierarchæ appellantur, tanquam supremi in Ecclesia, vt expresè inquit Concil. Trid. *sess.* 23. *de sacram. Ordinis, cap.* 4. Hallier. *vbi suprà, lib.* 1. *sect.* 1. *cap.* 2. *vers. Sed fusiùs*, Cæsar *dict. disp.* 6.

7 Quare Episcopalis dignitas Illustris est. Valenz. *cons.* 82. *num.* 63. Bobadill. *lib.* 2. *politicor. cap.* 17. *num.* 15. Giurb. *de feud.* §. 2. *glos.* 13. *num.* 59. cum multis nouissimè Doctissimus Salzed. *theatr. honoris glos.* 22. *n.* 1. *& seqq.* & Archiepiscopi quasi Episcoporum Principes dicuntur, *cap. Cleros*, 21. *dist.* Cæsar *Hierarch. Eccles. disp.* 3. *&* 5. Fragos. *de regim. Reip. part.* 2. *lib.* 7. *disp.* 17. §. 1. Frances *de intrusione quæst.* 119. *num.* 8. Hopping. *de iure insign. cap.* 2. *num.* 348.

8 Et magis illustres sunt in dignitate, licèt in potestate, exceptis casibus expressis, Archiepiscopi ac Episcopi idem sint, *cap. Conquestus* 9. *quæst.* 3. Salzed. *theatr. honor. glos.* 22. *num.* 12. *vers. At iure.*

Suntque Magnates in Regno. Cæsar 9
Hierarch. Eccles. disp. 5. §. 1. *num.* 6.

Et sunt de Concilio Regis, & Princi- 10
pis, *l.* 4. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopil.* ex Perez, Bobadill. Garcia, Salzed. *dict. glos.* 22. *num.* 15. *&* 16. vbi etiam quod Archiepiscopis, aut Episcopis scribitur, *de Conselho de sua Magestade.*

Et habent alias prærogatiuas, de quibus 11
latè August. Barbos. *de potest. Episcop. p.* 1. *tit.* 4. & 2. *part. alleg.* 1. *per tot.* & Andrade *accoes Episcopaes, cap.* 1. Frances *de Eccles. Cathredal. cap.* 1. *& seqq.* & meliùs Sperel. *decis.* 128. *num.* 53. *& seqq.*

Quare possunt in suo Episcopatu, aut 12
Archiepiscopatu quod potest Papa in toto orbe, exceptis reseruatis, vt nos diximus *forens. cap.* 13. *num.* 5. Prosper Fagn. *in cap.* 1. *de offic. Ordin. num.* 28. *& seqq. pag.* 428. vbi latè explicat: & *in cap. Dilectus, num.* 16. *de tempor. ordin. num.* 16. *pag.* 199. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 31. vbi multos refert.

Et ratione suæ excellentiæ & magnitu- 13
dinis eius palatium gaudet Ecclesiæ immunitate, quamuis sit absens, ad fauorem confugientium ad illud, *ex cap. Id constituimus*, 17. *quæst.* 4. latè explicat Ciarlin. *forens. tom.* 2. *cap.* 198. Cutel. *de prisc. & recent. Eccles. libert. lib.* 1. *quæst.* 27. Giurb. *cons.* 10. *num.* 3. *&* 13. August. Barbos. *de de iur. eccles. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 70. Frances *de Eccles. Cathedralib. cap.* 29. *num.* 106.

Sicuti Palatium Regis, ac Principis in 14
honorem humani Principis: latè Delbene *de immunit. eccles. cap.* 16. *dubit.* 9. *sect.* 17.

Et ideo vt Magnus honoratur à Rege 15
in sua præsentia, tam in sede, quàm in aliis, de quibus doctissimus Andrade *accoes Episcopaes cap.* 1. *part.* 1.

Regibus enim æquiparantur Archie- 16
piscopi, & ideò in Hispania caput coram Rege cooperiunt, sicut Magnates, vulgò *Grandes*, provt testatur eleganter Frances *de Eccles. Cathredal. cap.* 1. *num.* 103 *&* 104. & in nostro Portugalliæ Regno non solùm Archiepiscopi, sed & Episcopi.

Et coronant Imperatorem, aut Regem, 17
vt tenet idem Frances *de Eccles. Cathredal. cap.* 5. *num.* 74. *& seqq.*

Et ratione dignitatis Canonici tenen- 18
tur, & quare, eis assistere in Pontificalibus, & eos associare, & obuiam ire illis venientibus ad Ecclesiam. Frances *de Eccles. Cathedralib. cap.* 14. *num.* 98. *& seqq.* & *cap.* 29.

cap. 29. *num.* 154. Conſt. Vliſſiponenſ. *lib.* 3. *tit.* 12. *pag.* 202. Paſqualig. *de ſacrif. non. leg. quaſt.* 1029. *& ſeq.*

19 Et habendo imperium merum in ſua Diœceſi habent familiam armatam, vt tenet Proſper Fagn. *in cap. Eccleſia, num.* 31. *de conſt.* & *num.* 45. *pag.* 164. *&* 166. Sperel. *deciſ.* 124. *num.* 13. *&* 14. & habent priuilegium reſpectu fori cæteris maius. Sperel. *deciſ.* 128. *num.* 18.

20 Et præcipuus eſt adminiſter Archiepiſcopus, aut Epiſcopus in Eccleſia Dei virtutis, per quem Dominus iugiter in ſalutem credentium operatur; per quem munera diſtribuit gratiæ, actus exerit iuſtitiæ, poteſtatis verò officia elicit; dæmones ligat, animas ſoluit, infernum claudit, cælum aperit, myſteria omnia ſuam in gloriam, noſtramque vtilitatem mirabiliter exequitur. Filius dextræ nimirum eſt Epiſcopus, cuius peruigili ſolicitudine, & præpotenti operâ Deus fortiter, ac feliciter vtens, animas ne pereant in ſiniſtra, deducit ad dextram, ab hœdis ſegregans inter oues refert, atque recenſet, quibus æternæ vitæ paſcua præparauit, vt tenet Duſauſay *in panop. Epiſcop. lib.* 3. *cap.* 7. *pag.* 268. *verſ. His.*

21 Quare à Chriſto Domino noſtro certum eſt, nedum fuiſſe inſtitutam poteſtatem illorum, ſed & Diuo Petro, eiuſque in Pontificali Sede ſucceſſoribus immediatè conceſſam ipſammet poteſtatem anteriorem, quæ ordinis vocatur, foro ſcilicet animæ dumtaxat conuenientem, quâ à peccatis abſoluimur, & ad pœnitentiam adſtringimur. *Matthai cap.* 16. ibi: *Tibi dabo claues Regni cælorum*: *cap.* 2. 21. *diſt. cap. Omnis vtriuſque* 6. *de pænit.* & *remiſſ.* Trident. *ſeſſ.* 14. *de Sacram. pæn. cap.* 1. 5. *&* 6. Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de Sacrament. Ordinis, cap.* 4. Barb. *de iure eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 18. Eſcobar *de purit. & nobilit. proband.* 1. *part. quaſt.* 3. §. 3. *num.* 83.

22 Sed etiam exteriorem, quæ iuriſdictionis dicitur, ad conſeruandam Eccleſiæ majeſtatem, continendoſque in officio populos neceſſariam, deſignatam *Matth. dict. cap.* 16. illic: *Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis*: *cap. Ita Dominus*, 7. 19. *diſt. cap. Quodcunque* 6. 24. *quaſt.* 1. *cap. Solita* 6. *circa finem, verſ. Nobis autem, de major. & obed.*

23 Quia verò Summi Pontifices non potuerunt omnibus prouinciis intereſſe, eorum authoritate per ſingulas prouincias, & diœceſes ſinguli fuerunt Archiepiſcopi, & Epiſcopi diſtributi, qui ſingularum curam ouium ſolicitudinemque gererent, qui proinde vocati dicuntur in partem ſolicitudinis; ſummi verò Pontifices in plenitudinem poteſtatis, *cap. Multùm* 8. 3. *quaſt.* 6. *cap. Ad honorem* 4. *de author. & vſu pallij.* Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 1. *cap.* 1. §. 1. *num.* 3. *verſ. Dixi*, Valenz. *in defenſ. monitor. contr. Venetos*, 6. *part. num.* 252. optimè Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 9. *de reformat.* Corona *de poteſt. Epiſcop. cap.* 4. *tract.* 1. *num.* 14. *& ſeqq.*

Eſt enim in inferiores Prælatos eccleſiaſtica poteſtas, & iuriſdictio à Diuo Petro velut fonte, & capite deriuata, *capite Dominus*, 19. *diſt. cap. Perfectis* 1. §. *ad Epiſcopum*, 25. *diſt. cap.* 1. *&* 2. 80. *diſt. &* 99. *diſt. cap.* 1. 6. *quaſt.* 3. *cap. Significaſti* 18. *de foro comp.* cum multis latè Corona *de poteſt. Epiſcop. tract.* 1. *cap.* 4. *n.* 14. *& ſeqq.* 24

Vt vnuſquiſque ſuas oues agnoſcat, de eis enim rationem Domino reddere tenetur, ne ipſarum ſanguis de ſuis manibus requiratur. *Ezechiel. cap.* 33. *&* 34. *cap. Epheſiis* 4. *verſ. Mundus ergo*, 43. *diſt. cap.* 1. 13. *quaſt.* 1. *cap. Irrefragibili* 13. *in princip. de offic. ord. cap. Qualiter & quando* 24. *de accuſ. cap. penult. de reg. iur.* Trid. *ſeſſ.* 6. *de reform. cap.* 1. & *ſeſſ.* 14. *cap.* 9. Valenz. *in monitor. contr. Venet.* 4. *part. n.* 196. *&* 200. & 5. *part. num.* 226. *verſ. Poteſtas.* Sayr. *lib.* 1. *de cenſur. cap.* 6. Auguſt. Barb. *de poteſt. Epiſcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *&* 18. & 2. *part. alleg.* 2. *num.* 2. Cæſar *de Eccleſ. Hierarch. part.* 1. *diſp.* 6. §. 4. *num.* 1. *ad fin.* 25

Ideoque eſt fideiuſſor ratione ſuæ poteſtatis, & vigilantiæ, & cuſtos Diœceſis ob poteſtatem, & ſolicitudinem, vt variis conſiliis, iuribus, & authoritatibus exornat Corona *de poteſt. Epiſcop. tract.* 3. *cap.* 25. *&* 26. 26

Et hæc poteſtas iuriſdictionis non minus, quàm altera ordinis ſupernaturalis eſt, & in finem ſupernaturalis principaliter dirigitur, vt videlicet homines ſupernaturaliter, & ſecundùm legem Euangelicam viuant, & gubernentur: & quatenus ad hanc ſupernaturalem gubernationem, & vitam opus eſt, etiam ad naturalia huiuſmodi poteſtas protrahi, ſiue extendi debet, vt proſequitur Nauar. *in cap. Nouit, notab.* 3. *num.* 81. *de iudic.* Sot. *in* 4. *diſt.* 25. *quaſt.* 2. *art.* 1. Suar. *de relig. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. & *cap.* 2. *num.* 5. Valenz. *vbi ſup. part.* 5. *num.* 227. de qua poteſtate Archiepiſcoporum eſt videndus Coron. *de poteſt. Epiſcopi tract.* 2. *cap.* 2. *pag.* 115. 27

Et ex hac poteſtate poteſt Archiepiſcopus aut Epiſcopus temporali, aut ſpiri- 28

K 3 tuali

tuali iurisdictione vti quoties illa sibi necessaria fuerit ad expeditionem propriæ iurisdictionis spiritualis, & consequenter finem supernaturalem ad quem ipsa tendit, vt eleganter prosequitur in terminis idem Valenz. *in defensione monitorij*, *dict.* 5. *part. num.* 219. *&* 230. qui numeris sequentibus aliis multis rationibus id eleganter confirmat.

29 In quo sensu duplicem banc potestatem in Ecclesia residere, spiritualem scilicet in actu, & temporalem in habitu, rectissimè traditur, ac deducitur ex sacra Pag. Ioannis cap. vltimo: *Omnis potestas mihi data est in cœlo & in terra.* Et ex *Luca cap.* 22. deducitur esse duos gladios: *cap. Quoniam*, 8. *iuncta glos. penult. dist. cap.* 1. *cap. Per venerabilem* 34. *vers. Idem de electione: cap. Decernimus* 8. *de sententia excommunicationis in* 6. Molin. *de iustitia & iure tom.* 2. *tract.* 2. *disp.* 29. Morla *in empor. iur. ad tit. de iurisdict. in prælud. num.* 163. *ad med.*

30 Ex qua Archiepiscopus, aut Episcopus pro pastorali officio omnia crimina in suis Diœcesibus à quibuscunque commissa, ex quibus Deus optimus Maximus iuraque spiritualia maximè offendantur, ac lædantur, & scandalum ac prompta peccandi occasio in Christiana Republica pareretur, punire possunt, ac debent, tam per censuras, quàm per alias pœnas, *cap.* 1. *de offic. Ordinarij*, vbi omnia tradit Ioseph Vela eleganter *num.* 1. *cap. Scitote*, 2. *quæst.* 3. *cap. Per singulas* 2. *vers. Vnumquemque*, 9. *quæst.* 3. *cap. Conquerente* 16. *vers. Nos autem*, *cap. Cum Episcopus* 7. *de offic. Ordinarij in* 6. Concil. Trident. *sess.* 6. *de reformat. cap.* 1. *&* 3. & *sess.* 14. *cap.* 1. *&* 4. & *sess.* 24. *cap.* 8. Cæsar *de ecclesiastic. hierarch.* 1. *part. disp.* 6. *de Episcopis*, §. 4. *per tot.* maximè *num.* 22. *&* 23. *Clementin. vnic. de supplenda negligentia Prælatorum*, August. Barbos. *de iur. ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 3. & *de potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 80. *num.* 1. & *alleg.* 107. *num.* 4. Oliua *de foro ecclesiast.* 2. *part. quæst.* 3. *num.* 44. Loter. *de rè beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 95. Sperellus *decis.* 4. *num.* 8. Fagn. *in cap. Perniciosam*, *de offic. Ordin. pag.* 427.

31 Quam exercere potest aduersùs omnes, qui in suo Archiepiscopatu resident, & etiam respectu quarumcunque personarum ecclesiasticarum, tam sæcularium, quàm regularium; quia omnes etiam exempti remanent subiecti correctioni, & punitioni Archiepiscoporum, aut Episcoporum, ex Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 11. *de Regularib.* & *sess.* 21. *cap.* 8. *de reformat.* textus est elegans *in cap. Cùm Episcopus*, *de offic. Ordinarij*, *lib.* 6. *cap. Cùm personæ*, *de priuileg. lib.* 6. *cap. Cùm venerabilis*, *de religiosis domib. Clementin.* 1. *de for. comp. cap. Omnes basilicæ*, 16. *q.* 7. probat Bordon. *in resolut. moral. resolut.* 7. *quæst.* 19. *num.* 69. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, teste Barb. *in Apostolic. decisionib. collectan.* 439. *verb. Iurisdictio*, *num.* 6. Barb. *de potest. Episcop. alleg.* 74. *num.* 2. & *alleg.* 80. *num.* 3. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 2. *per tot.* & *quæst.* 7. *num.* 1. *& seq.* optimè Corona *de potest. Episcop. tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. vbi infinitos refert: optimè Baptist. Deluca *thatr. verit. tom.* 3. *de iurisd. disc.* 1. *num.* 18. *& seqq.* & optimè *discept.* 2. *pag.* 375. vbi omnia tradit, & ad contraria respondet cum Frances *pastoral. Regul.* 2. *part. quæst.* 2. *num.* 8.

Et ad hoc habet facultatem ferendi 32
censuras. Corona *de potest. Episcop. tract.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. *&* 3. ex ea ratione, quia Archiepiscopi, aut Episcopi habent authoritatem iurisdictionis, & vim coactiuam per censuras: & ita explicatur illud sacræ Paginæ apud Matth. *cap.* 18. *num.* 18. vbi Christus Dominus noster omnibus Apostolis ait: *Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis super terram, erunt ligata & in cælis.* Optimè Doctissimus noster Syluera ibi *quæst.* 113. *&* 115. eleganter in terminis Leander *part.* 4. *de censur. tract.* 1. *disp.* 11. Frances *de offic. Cancel. quæst.* 87. *num.* 12. idem Leander *de censur.* 4. *part. disp.* 2. *q.* 1. 2. *&* 12. & *disp.* 4. *quæst.* 14. vbi de simili edicto.

Habens enim iurisdictionem, & pote- 33
statem ecclesiasticam potest decernere censuras, interdictum, & cessationem à Diuinis. Fermosin. *in cap. Transmissam* 15. *de elect. in princip. num.* 8.

Quare Archiepiscopus aut Episcopus 34
in pastorali potest inducere in materia pœnali excommunicationem, & pœnam ipso iure, vt in terminis similis edicti tradit Ciarlin. *forens. tom.* 2. *contr.* 147. *& num.* 5. Frances *de officio Cancel. cap.* 87. *num.* 12.

Et habet potestatem promulgandi edi- 35
ctum pastorale, de quo agitur, & transcriptum fuit *cap.* 1. *num.* 9. validè enim in his terminis illud condere potest, & ab omnibus obseruari debet tale edictum pastorale. Textus est *in c.* 2. *de maior. & obed. cap. Vt animarum*, *de constit. lib.* 6. Salas *de legib. disp.* 8. *sect.* 7. *num.* 41. Suar. *eod. tract. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 2. Vasques *disp.* 153. *cap.* 2. Bonac. *de legib. disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 24. relati à Ciarlin. *contr. forens.* 61. *num.* 12.

*num.*12. *& seqq.* omninò videndus Diuus Thom. 1.2. *quæst.* 90. *art.*3. *&* 4. Lezan. *tom.*4. *quæst.reg. verb. Lex*, *n.* 3. nouiter & eleganter Corona *de potest. Episcop.tract.*3. *num.*1. *& seqq.* optimè August. Barbos. *de potest. Episcop. part.* 1.*tit.* 4. *num.* 38. & in terminis similis edicti & pastoralis prohibentis similia Pontificalia exerceri in monasterio exempto, & per Archiepiscopum promulgati, & affixi ex suo mandato, prohibentis talia Pontificalia & assistentiam cum censurarum & interdicti pœna, tradit Luca *tom.*3.*theatr. ver. & iust. de iurisd. discurs.* 31. & ita manet iustificatum decretum talis edicti affixi per Ecclesiarum portas, de quo *in cap.*1 *num.*9.

36 Vt etiam contradicente Illustrissimo Nuntio, & eius Reuerendo Auditore ita euitaretur perturbatio, & vsurpatio Archiepiscopalis iurisdictionis, quia per illum præcautio antea prudentior erat, quàm postea defensio. Horat. *de Lal.epist.*1. Pers. *satyr.*3.

—— Venienti occurere morbo
Principiis obstat, serò medicina paratur:
Neglecta solent incendia sumere vires.

Salzed. doctissimè *thatr. honor. glos.* 27. *num.*25. *& seqq.*

37 Quare permittitur præcautio illius, quod prudenter timetur in iurisdictionis perturbationem, & in Reip. perniciem. Alberic. Gentil. *lib.* 1. *cap.* 14. Molin. *de iust. tract.* 3. *disp.* 12. *num.* 2. Diana *resol. mor. tract.*4. *resol.*5.*part.*6. Salzed. *d. glos.*2. *num.*58. *&* 59. vbi exornat. Ex quibus iustificatum manet pastorale, de quo hîc, etiam præsente & contradicente Illustrissimo Nuntio, & eius Reuerendo Auditore; in hac enim materia non se intromittere possunt, quia pertinet ad iurisdictionis ordinariæ conseruationem, in qua nihil possunt decernere, vt diximus *suprà*, *cap.* 39.

CAPVT XLV.

De sigilli fide in pastoralibus; & vtrum Archiepicopus aut Episcopus possit habere sigillum, etiam præsente, & contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere.

SVMMARIVM.

1 *Signum imprimere rebus solum est permissum Principi.*
2 *Et etiam Archiepiscopis, aut Episcopis. Sigillo Episcopi creditur, & ei tribuitur fides:* & num.4. & 5.
6 *Quid in violante sigillum.*
7 *Munus sigillandi apud Cancellarios Ecclesiasticos est.*
8 *De sigillo qui agant.*
Archiepiscopus, aut Episcopus possunt prohibere ne aliquis suo sigillo vtatur: ibid.

QVAMVIS axioma nostri iuris sit, signum imprimere rebus soli Principi esse permissum, Glos. tituli *in cap. Consuetudo*, 16.*q.*6. ex Concilio desumpto sancti Gregorij *lib.*4. *epistol.* 43. *ad fin. lib.*12. de quo est titulus Codicis, *Vt nemo priuatis titulis:* & apud nos sit indubitabile, ex Ord. *lib.* 1. *tit.*2. vbi multos allegauimus ex glos.*tom.*2. 1

Attamen cùm Archiepiscopus, aut Episcopus sit sacrorum Princeps, ecclesiastico ei quoque iure concessum est, vt sacris rebus sigillum suum apponat, eodemque in suis literis vtatur pro authentica earum obsignatione, quia Episcopi sigillum authenticum est. Glos. *Publico*, in extrauaganti *Execrabilis*, *de prebend.* inter communes, *cap. Dilecto*, *de confirmatione vtili vel inutili:* & Glos. 1.*in cap.* 2. *de fide instrumentor.* vbi latissimè Barbos. & Fermosin. Frances *de Eccles. Cathred. cap.* 22. *num.*92. *& seqq.* 2

Adeo vt etiamsi ius factum maioris momenti negotia statuat per Episcopum cum Capituli consilio, vel assensu tractari; nihilominus decernat Episcopi sigillo credi, etiamsi cum eo non adsit Capituli sigillum. Glos. *Literas*, *in cap. Post cessionem*, *de probationib.* At verò sigillo Episcopi tribuitur fides, & sic fractura sigilli non vitiat instrumentum, si fuit à principio publica manu confectum cum debitis solennitatibus, *cap. inter dilectos*, §. *Sed contrà*, *de fide instrumentor.* vbi Fermosin. & Barbos. dummodo appareat orbita, & character. Glos. *Dimidia*, ibidem: quin nec sigillum reprobatur ex eo, quod nomen authoris integrerè non ferat. Glos. *Non statim*, *in canone. Si quis* (*inquit*) 1.*quæst.*1. 3

Cæterùm propter eminentiam dignitatis id etiam à iure cum Episcopis habent Cardinales, vt eorum sigillis credatur, prout authenticis, dum tamen nota sint, *cap. Inter dilectos*, *glos. Dilecte*, *de fide instrumentor.* vbi Barbos. & Fermosin. 4

Si tamen in sigillis ecclesiasticis nomen authoris ex toto deletum sit, literæ designatæ non dicuntur, proinde nec authenticæ, vt ibidem constat. 5

Sed

6 Sed si quis sigillum actorum violat, aliquid contrà opponere non potest, *cap. Cùm olim magister* 53. *de offic. delegat.* vbi Barbos.

7 Quod munus apud Cancellarios Ecclesiasticos est, vt prosequitur Dufausay *in opere de mysticis Galliæ Scriptoribus, sæculo* 1. *in Paul. ritu* 11. *ab eo tradito, tit.* 1. qui est de sacris Cancellariis, *pag.* 75. *& seqq.* & *in Panoplia Episcopali, lib.* 3. *pag.* 244.

8 De hoc sigillo agit *text. in cap. Significauit, de appell.* vbi Barbos. Fermosin. & Fagn. & post alios Frances *de Eccles. Cathed. cap.* 22. *num.* 93. *& seqq.* vbi etiam quod possunt prohibere, ne aliquis suo sigillo vtatur; & ita ei credendum est: & cùm edictum cum sigillo fuit factum in forma consueta, ei standum est, & erat etiam contradicente Nuntio Illustrissimo, ex dictis *sup. & cap.* 44.

CAPVT XLVI.

De obedientia debita Archiepiscopo aut Episcopo à subditis, etiam præsente Nuntio cum potestate Legati à latere, & eo contradicente, in materia pertinente ad munus Episcopale: ac etiam de nullitate edicti affixi ab Episcopo contra Archiepiscopi diœcesani edictum pro defensione commissionis obtentæ ab Illustrissimo Nuntio cum potestate Legati à latere.

SVMMARIVM.

1 *Potestates duæ sunt, spiritualis, & temporalis.*

2 *Obedientia debetur primo loco potestati ecclesiasticæ:* & num. 3.

4 *Pontifex summus potestatem suam communicat Episcopis.*

5 *Archiepiscoporum, aut Episcoporum dignitas laudatur & ostenditur:* & n. 6.

7 *Episcopi dicuntur iudices corporum & animarum.*

8 *Princeps & reliqui fideles debent obedire Pontificibus & Episcopis.*

9 *Ecclesia magis in sua iurisdictionis, quàm in bonorum turbatione turbatur.*

10 *Præcepto sub pœna excommunicationis contrauenients dicitur contemnere claues, & potestatem Ecclesiæ; & excommunicari & interdici potest per edictum quod affigi potest per Ecclesiarum portas:* & num. 11.

12 *Procedens de facto & sine iurisdictione reputatur priuatus, & procedit nulliter:* & num. 13.

14 *Potestatis defectus semper reddit actum ipso iure nullum, & edictum inualidum, adeò quod nec ex causa vrgenti suppletur.*

EX Diuo Paulo *cap.* 13. *epist. ad Roman.* illud est præmittendum, potestates sublimiores duas esse à Deo concessas; spiritualem, & sæcularem. Hanc Principes temporales habent; alteram Pontifices Summi, & ab ipsorum fonte inferiores Prælati. Hæc caput, & origo sæcularis potestatis, *cap. Cum ad verum, cap. Duo sunt,* 96. *distinct. cap. Quoniam, distinct.* 10. Aluarus Pelagius *lib.* 1. *de planctu Ecclesiæ, cap.* 52. *& seq.* Petr. Gregor. *in syntaxi artis mirabilis, tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 10. *cap. Solitæ, de maioritate & obedient.* Franc. Arias *in tract. de bello, & eius iust. vers. Siquidem, n.* 207. De his loquitur Paulus, qui non solùm est intelligendus de Principibus Sæcularibus, sed de Ecclesiasticis, vt interpretantur Diuus Chrysostomus, Theophylactus, & Oecumenius in expositione illius loci, & in declaratione illius sententiæ Pauli 1. *ad Corinth. cap.* 4. *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis?* Vbi nomine virgæ intelligunt Chrysostomus, & Diuus Augustinus *lib.* 3. *cap.* 1. *contra epistolam Parmeniani*, potestatem iudiciariam penes Ecclesiasticos Pontifices existentem, ad puniendum peccatores in foro exteriori. Michaël Agia *dict. tract. de exhibendis auxiliis, fundamento* 6. adducens in confirmationem, quod Christus vt Rex Ecclesiæ habet virgam, quæ *in Psalm.* 2. dicitur ferrea, quia est inflexibilis, *Apocalypsis* 2. *cap. &* 12. *&* 19. *Michea cap.* 7. *Pasce populum tuum in virgâ.* Et *in Psalm.* 44. dicitur virga directionis, per phrasim Hebraïcam, quasi virgam rectam, & quæ iustè punit. 1

Ex his duabus potestatibus primo loco habetur obedientia, honor, & amor spirituali potestati, & Pontificiæ; nam qui exercent hanc potestatem præcipuo quodam directionis affectu diligi debent: vnde Paul. *ad Galath. cap.* 4. talę quoddam eis testimonium præbet dicens, quod si fieri potuisset, etiam oculos suos eruissent, & dedissent 2

dedissent ei. Vnde Beda Presbyter *lib. 1. Ecclesiastica historia gentis Anglorum, cap.* 23. eam epistolam Sancti Gregorij intexit, quam scripsit cùm Augustinum in Angliam mitteret contra Pelagianos, in cuius fine hæc verba subiunxit: *Remeanti autem Augustino Præposito vestro, quem & Abbatem vobis constituimus, in omnibus humiliter obedite, scientes hoc vestris animabus per omnia profuturum, quidquid à vobis fuerit in eius admonitione completum.*

3 In idem tendit quod ait D.Paul. *in dict. cap.* 13. *ad Hebræos*, potestates Ecclesiasticas denotans: *Obedite præpositis vestris, & subiacete illis; ipsi enim pervigilant, quasi rationem de animabus vestris reddituri.* Sic etiam Christus monuit *Matth.* 23. Pharisæis sedentibus super Cathedram Moysis obediendum esse.

4 Præfatam autem virgam seu potestatem Pontifex communicat Episcopis, qui ipsius Christi nomine Ecclesiam regunt, *cap. In nouo*, 21. *distinct. cap. Quorum vices*, 68. *dist. cap. Firmiter, de sum. Trinitat. & fide Cathol.* Vargas *de Episcopor. iurisdictione, in principali quæstione.* Nauar. *in cap.* 9. *notabili* 3. *num.* 94. *de iudic.* Soto *in* 4. *distinct.* 20. *art.*4. *conclus.* 2. Couarr. *in reg. Peccatum*, 2. *part.* §.9. *num.*5. *vers.*4. *de regul. iur. in* 6. Caietan. *de auth. Papæ & Concilij, cap.*19. Vict. *relect.*1. *de potest. Eccles. sect.*2. *num.*2. & 12. nam *Ioannis ult. cap.* constat quod discessurus Iesus Christus secundùm corporalem præsentiam, loco sui Apostolos subrogauit, dicens: *Pax vobis, sicut misit me Pater, ita ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum*, &c. nec aliud voluit cùm *Lucæ* 10. eisdem dixit: *Qui vos audit, me audit.* Et in hunc sensum ista duo loca accipit Diuus Cyprianus *in tract. de simplicit. Prælatorum*, & *in epistol. ad Florentium & Pupianum.* Optimè Diuus Ignatius *in epist.* 2. *ad Tralianos*, qui postquam Episcoporum commendauit obedientiam, ait: *Quid est Episcopus, nisi omnis Principatus & potestas?* Martinus Ayala *in lib. de Diuinis, Apostolicis atque Ecclesiasticis traditionibus*, 3. *part.* §. *Quod Episcopi vices agunt Christi*, & *in* §. *Quod potestas Episcopalis ad leges, & instituta condenda se extendit.* Vnde Concilium Trident. *sess.*23. *can.* 6. declarat Episcopos à Christo, & Spiritu sancto institutos esse, atque ab ipso potestatem habere. Et Diuus Clemens *lib.* 3. *recognitionum*, refert Petrum Apostolum dixisse: *Zacchæum vobis ordinaui Episcopum, quem quasi Christi locum seruantem honorare debetis, obedientes ei ad salutem vestram.* Idem Clemens 3. *epist. Omnis Pontifex sacro chrismate perunctus, & in Ciuitate constitutus, charus, & pretiosus hominibus oppidò esse debet: quem quasi Christi locum tenentem honorare omnes debent.* Simancas *in tract. de dignitat. Episcopor. cap.*2.

5 Et clariùs constat ex illo Actuum Apostolorum, *cap.*20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Et Diuus Paul. 1. *ad Timoth. cap.*5. *Aduersus presbyterum accusationem noli accipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Quibus verbis apertè docet, Episcopum vltra forum conscientiæ suum Tribunal habere, & more judicum sæculi accusationes, & probationes audire, & iudicare secundùm allegata & probata, nedum Clericos, sed etiam laïcos: quia teste D. Chrysostomo per presbyterum intelligitur quilibet homo senior, siue sacerdos, siue laïcus: ex quo Michaël Agia *dict. fundament.* 6. Cardinalem Bellarminum *tom.* 1. *controuers. fidei, lib. de potest. Papa*, concludit etiam laïcos pro criminibus conueniri in exteriori foro coram Episcopis. Doctè Vargas *de Episcop. iurisdict. respons.*6.

6 Hanc superioritatem Ecclesiasticæ potestatis non ineleganter ostendit Beatus Ignatius *in epist. ad Philadelphiensis*, inquiens: *Principes subditi estote Cæsari, milites Principibus: Diaconi Presbyteris, vt sacrorum administratoribus; Presbyteri autem & Diaconi, atque omnis Clerus simul cum omni populo & militibus atque Principibus, sed & Cæsares obediant Episcopo, Episcopus verò Christo.* Idem D. Ignatius *in epist. ad Tralianos, Episcopo*, inquit, *subditi estote sicut Domino; ipse enim invigilat pro animabus vestris, tanquam rationem redditurus Deo.* Et infrà: *Necessarium vobis est nihil præter Episcopum facere, neque aliquid agere: sed & Presbyteri subditi estote, vt Apostoli Iesu Christo.* Et *in fine epist.* postquam commendauit obedientiam, quæ Ecclesiasticis Patribus debetur, adiungit: *Qui istis inobediens fuerit, hic sine Deo omninò erit impius, & contemnens Christi ordinationem.* Hoc confirmat D. Athanas. *in commentar. epistolæ ad Hebræos*, indifferenter commendans obedientiam Prælatorum, versans, & ponderans illud Pauli: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis.* Fr. Michaël Agia *dict. tract. de exhibendis auxiliis, fundamento* 20. D. Basil. *serm.*3. *exercitamentorum*, & D. Chrysostomus *homilia* 6. *in Genesim*, Martinus Ayala *vbi proximè.*

7 Et præ omnibus D.Gregor. Nazianzenus *oratione* 15. ad Ciues timore perculsos, & Imperatorem irascentem, ait: *Quid autem de vobis dicemus Principes, & in potestatibus constituti? num sermonem suscipitis liberum? Et quod lex Christi vos meæ potestati, meoque subiecit tribunali? Imperamus enim & ipsi; addo imperio maiori, & perfectiori; nisi oportet potiùs, vt spiritus subsit carni? Cælestiaque terrestribus. Quasi hoc neget.* Ideoque Episcopi dicuntur iudices tam corporum, quàm animarum, *cap. Quæcunque* 10. *quæst.*1. *cap. De persona* 11. *quæst.*1. *can. Et sunt plures*, 18.*q.*2. Petr. Gregor. *tom.*1. *Syntaxis artis mirabilis, lib.*2.*cap.*20. *num.*7. Antonius Augustinus *in epitome veteris iuris Pontificij*, *lib.*4. *tit.*87. *& tit.*1.

8 Et D.Clemens non vno loco id ostendit; siquidem *epist.*1. ad Iacobum fratrem Domini ait, iubetque *omnes homines, & Principes Episcopis obedire, & capita sua submittere*, vt D. Petr. præcipiebat, *cap. Omnes, de maioritat. & obedient.* idem Clemens *lib.* 2. *constitutionum Apostolicarum, cap.*2. *O Episcope, stude munditiâ operum excellere, cognoscens locum, ac dignitatem tuam, tanquam locum Dei obtinens, eo quod praes omnibus Dominis, Sacerdotibus, Regibus, Principibus, filiis, magistris, atque subditis omnibus.* Et *cap.*30. *Episcopus est post Deum pater vester: is Princeps, & Dux, & Rex vester: denique is terrenus Deus post Deum, cui à vobis honor debetur.* Et *cap.*38. Episcopos esse Principes, & Reges vestros putatote; quia quantò anima corpore est excellentior, tantùm sacerdotium Regno præstat. Ideo Episcopum diligere debetis; timere vt Regem, diligere vt Patrem, & honorare vt Dominum. D. Ignatius superiùs citatus *epist.*7. *Ego dico honorate Deum auctorem omnium, & Dominum: Episcopum autem tanquam Principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem: Principatum quidem secundùm Deum: sacerdotium verò secundùm Christum; post honorare oportet etiam Regem.* Quare his authoritatibus satis apertè constat, esse potestatem ecclesiasticam, eamque superiorem, & cui maior obedientia debeatur: & de ipsa est intelligenda dicta authoritas D. Pauli *ad Hebræos cap.*13. Et de simili obedientia est omninò videndus eleganter his non consideratis Cyriac. *forens.contr.*26.*num.*16. *& seqq.* & in specie de tali obedientia exhibenda Archiepiscopo Cutel. *de prisc. & rec. immunit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 7. Frances *de Eccles. Cathed. cap.*31. *num.*22. *& seqq.* 27. 30. 35. 36. 53. Ramirez *de in confirm. Ord. Divi Iacobi cap.* 10. *num.* 2. & 30. Barbos. *de potest. Episcop.* 3. *part. alleg.* 128.

Et cùm obedientia debita Edictis Illustrissimi Archiepiscopi non præstaretur à subditis, vt tenebantur ex dictis, optimo iure decreuit Pastorale, seu Edictum, de quo *in cap.seq.* agemus, propter iurisdictionis turbationem, & contrauentionem; quia Ecclesia magis in suæ iurisdictionis, quàm in bonorum turbatione turbatur, vt tenet Alex. Sperel. *decis.*160. *num.*21. 9

Præcepto enim sub pœna excommunicationis contraueniens dicitur contemnere claues, & potestatem Ecclesiæ, & excommunicari, & interdici potest per edictum; quia iam adest contumacia, quæ sola sufficit ad edictum iustificandum cum pœnis in eo contentis, vt ex textu *in cap. certum* 11. *quæst.*3. Innocent. *in cap. Ex parte* 23. *num.*4. *de verbor. signif.* Sperel. *dict. decis.*160. *num.* 22. 10

Et ad hoc vt per Ecclesiarum portas affigi potuisset tale edictum, decretum est propter notoriam contrauentionem, contemptum, & inobedientiam notoriam, vt in terminis est gloss. *in c. Cùm sit Romana* 5. *§.Præterea, verb. Requisitum, de appell.* per quam ita tenet Sperel. *dict. decis.*160. *n.*40. *& per tot.* Ex quibus optimo iure fuit decretum edictum de quo *in cap. sequenti*, in suæ iurisdictionis vsurpatæ defensionem, *in epist.* de qua *num.*8. & in annullatoria, de qua *num.*7. transacta de facto, & absque iurisdictione, & cum illius notoria vsurpatione, & nullitate digna talis edicti Illustrissimi Archiepiscopi, & etiam maioris, iuxta formam Bullæ cœnæ Domini *cap.*16. vt in his terminis tenent, & disponunt Concil. Trident. *sess.*25. *de reform. cap.*5. Const. Vlissiponens. *lib.*5. *tit.*27. *pag.*477. §.14. *&* 16. ad varias quæstiones eleganter explicat Leand. *de cens. part.* 4. *tract.* 3. *disp.*16. *quæst.*1. *& seqq.* Castro Palao *mor.*6. *part. tract.*29. *disp.*3. *punct.*17. 11

Neque obstant fundamenta relata in charta, de qua *cap.* 1. *num.* 7. quia esto quod Illustrissimus Nuntius potuisset concedere facultatem ad hoc vt Illustrissimus Episcopus exerceret Pontificalia, & baptizaret etiam absque licentia Illustrissimi Archiepiscopi contra iuris veras resolutiones, de quibus suprà *cap.*37. 38. *& c.*39. adhuc contra decreta Illustrissimi Archiepiscopi non erat licitum dicto Illustrissimo Episcopo cum suæ iurisdictionis vsurpatione tale edictum affigi in Ecclesiarum portas aduersùs Pastorale Archiepiscopi ordinarij in sua Diœcesi, qui 12

habebat

habebat jurisdictionem fundatam in iure, & vt Prælatus aduersùs perturbatores, & vsurpatores suæ jurisdictionis procedebat, aduersùs quem erat prohibitum dicto Illustrissimo Episcopo tale edictum decernere de facto contra suum Prælatum, absque jurisdictione, quam etiam in hoc casu non habebat delegans, vt diximus *cap.40.* & minùs subdelegatus ab eo, etiam in casu quo potuisset committere, & subdelegare; quia nec tunc habebat jus ad se intromittendum in tali jurisdictione, eam perturbando, & vsurpando; & tale edictum decernendi de facto absque potestate, jurisdictione, & commissione ad hoc expressa: quam potestatem nec etiam Illustrissimus Nuntius habebat ad perturbandam jurisdictionem ordinariam, vt diximus *cap.39.* & minùs subdelegatus ex commissione nulla, & odiosa contra suum Prælatum, ex fundamentis, de quibus elegantèr in pastorali Illustrissimi Archiepiscopi, de qua *cap.1.*

13 Et etiam, quia in hoc casu absque jurisdictione, & obedientia debita Prælato ordinario omnia decreuit de facto dictus Illustrissimus Episcopus, & absque jurisdictione; in quo casu excedendo suam commissionem, esto quod fuisset valida, & vsurpando jurisdictionem ordinariam, nulliter de facto, & vt priuatus decreuit; & edictum iussit affigi, vt *ex Clement. Pastoralis, §.Caeterùm, de sent. & re iudic.* ibi: *Cùm nullam super præmissis potestatem haberet: l.prohibitum, Cod.de iur. fisc. lib.10.* ibi: *Si excesserit, priuatus est; tot. tit. Cod. si à non compet. iudic.* cum multis Valasc. *in libro intitulato Perfidia de Alemania, tit.1. art.1. in princip. num.1. & seqq.* & Nos diximus *forens. cap.18. num.39.* & de ratione *num.41.* optimè Frances *in pastoral. Reg. part.1. gloss.10. num 15.*

14 Et ideò potestatis defectus semper reddit actum ipso iure nullum, & edictum inualidum, vt cum multis tenet Prosper Fagn. *in cap. Accepimus, num.44. de pact. pag.465.* & *in cap. Nimis, de fil. presbyt. n.12. pag. 333.* vbi quod nec ex causa vrgenti suppletur.

15 Nulla enim in iure major nullitas est, quàm defectus potestatis: & quod vltra potestatem fit, nulliter fit. Giurb. *decis.96. num.10.* Boër. *decis.299.* Oliban. *de jure fisc. cap.15. num. 39.* Riminald. Iun. *cons. 281. num.70.*

CAPVT XLVII.

De defensione Pastoralium Illustrissimi Archiepiscopi; & de pœnis excommunicationis, ac interdicti in eis promulgatis: ac etiam de speciebus interdicti, necnon excommunicationis, in quibus fundata fuere, etiam præsente Nuntio Apostolico, & contradicente.

SVMMARIVM.

1 *Potestas in Ecclesia ferendi censuras est de fide, & oppositum est hæreticum.*
2 *Censura vnde originem trahat.*
3 *Excommunicatio, & censura quid sit, & quotuplex diuidatur:* & num.4.
5 *Nomine excommunicationis simpliciter prolata quid intelligatur.*
6 *De excommunicationibus positis in iure.*
7 *Interdictum quid sit, quotuplex diuidatur, & vnde originem trahat:* & num.8.
9 *Interdictum quomodo differat ab aliis censuris; aut cum ipsis conueniat:* & n.10.
11 *Interdictum aut est locale, aut est personale, & quid comprehendat.*
12 *Interdictum locale, aut personale diuiditur in generale & particulare, & quomodo:* & num.13.
14 *Interdictum aut est totale, aut partiale, & quomodo.*
15 *Interdictum aut est censura, aut pœna.*
16 *De suspensionibus & interdictis positis in iure.*
17 *De cessatione à diuinis.*
18 *Cessatio à Diuinis in quo differat ab interdicto.*
19 *Cessatio à Diuinis diuiditur in generalem & specialem.*
20 *Pœna canonica in quo conueniant cum Ciuilibus.*
21 *De defensione Pastoralis promulgata circa interdicta etiam obseruanda in loco exempto, præsente, & contradicente Nuntio Apostolico.*
22 *Interdictum ponitur ob ecclesiasticam jurisdictionem violatam, & perturbatam.*
23 *Interdictum ab ingressu Ecclesiæ ponitur contra Episcopum contradicentem.*
24 *Archiepiscopi aut Episcopi sunt delegati à Sede Apostolica quoad executionem decretorum Concily Tridentini.*

25 *Episcopi an possint excommunicari ab Archiepiscopis:* & num. 26.

1 VM Illustrissimus Archiepiscopus haberet facultatem promulgandi pastoralia cum pœnis sibi visis censuræ & interdicti, & secundùm arbitrium suum fulminatis, vt ostendimus *cap. 44. per totum*, sequitur defendere eius edictum optimo iure decretum, tum ex dictis *cap. 46.* quia potestas ferendi in Ecclesia censuras est de fide, vt testatur post Suarez *tom. 5. disp. 1. sect. 2. num. 14.* Conink *disp. 13. de censur. num. 24.* Bonacin. *disp. 1. quæst. 1. part. 1. num. 2.* & oppositum esse hæreticum testatur Auila *de censur. part. 1. dub. 2.* Alphons. de Leon. *de censur. pag. 1. n. 9.* ideo oportet defendere eius edictum, de quo *in cap. 1. num. 5.* & agi de excommunicationis & interdicti speciebus, & de illis, in quibus fundata fuere pastoralia.

Censura autem dicitur non solùm à *censendo*, quod significat sententiam ferre; sed etiam à *censeo*, quod significat castigare, & corrigere: vnde morum correctores olim dicebantur censores, vt ex Nanar. Sayro & aliis tenet Leon *vbi suprà, num. 1.*

3 Excommunicatio autem est censura priuans excommunicatum communione fidelium: diuiditur in maiorem & minorem. Maior priuat actiuo & passiuo Sacramentorum vsu, suffragiis Ecclesiæ, & communione totali fidelium, quæ vel politica est, vel spiritualis: tum externa in eorundem Sacramentorum, & sacrificij vsu, aliisque sacris officiis; tum interna in participatione fructus suffragiorum Ecclesiæ. Hanc propriam & plenam, vt ita dicam, excommunicationem vocauit Cyprian. & Tertull. exclusionem, abstentionem à communione Ecclesiæ, vel fraternitatis; submotionem ab omni non modò limine, verùm etiam tecto Ecclesiæ, exauthorationem, & eiectionem ab Ecclesia, eradicationem, aliisque similibus nominibus, quibus excommunicatum, siue abstentum significant esse citra omnem fidelium cœtum: quæ diligenter congessit Pamelius *ad epist. 38. Cyprian. num. 10.* & *ad cap. 14.* Tertul. *de pudicitia num. 119.* Minor priuat solo passiuo sacramentorum vsu, & idcircò minor dicitur, quia paucioribus priuat, & propter minores culpas contrahitur, & veniales aliquando, cùm maior grauiorem culpam semper supponat. Cum aliis notat August. Barbos. *ad rubric. de sent. excommunicat. num. 8. 9. & 10.* Const. Archiep. Vlissiponens. *lib. 5. tit. 25. in princip.* Frey Ludouic. da Conceiçaon statim citandus, Leand. *part. 4. disp. 1. q. 1. tract. 1.* & *tract. 2. quæst. 1. & 7.* Castro Palao *de cens. 6. part. tract. 29. disp. 1. punct. 1. dub. 1. & 2.* Fermosin. *in cap. Intellecto, de iudic. quæst. 1. & seqq.*

Malè verò hanc diuisionem esse analogi in analogata dixerunt Henriq. *lib. 13. cap. 2. num. 2.* Sayr. *lib. 1. cap. 54. num. 18.* & Alter. *lib. 1. disp. 2. cap. 5.* Layman. *tract. 5. lib. 1. part. 2. cap. 1. num. 1.* Cùm enim priuet passiuo vsu Sacramentorum, quæ sunt præcipua Ecclesiæ bona, vera, & propria excommunicatio est; neque repugnant Innoc. *in cap. Illa quotidiana, de election.* & ibid. Panorm. *num. 4.* dum vocant simplices excommunicationes; neque enim ea vox tollit rationem excommunicationis, sed solùm quandam amplitudinem illius effectus. Neque aliud voluit S. Thom. *in addit. 3. part. quæst. 21. art. 1. ad 4.* adductus à Sayro, dum negat definitionem excommunicationis totaliter illi conuenire, sed tantùm quoad aliquid; vult enim tantùm S. Doctor eam definitionem, quæ in obiectione allata fuerat, per quam excommunicatio dicebatur priuare communione bonorum Ecclesiæ & suffragiis, non conuenire secundùm totam materiam illius priuationis huic excommunicationi, quæ tamen vera est excommunicatio, quæ priuat communicatione fidelium, siue omni & totali, siue aliqua tantùm. Quamuis autem possent esse plures excommunicationes minores, sicut possunt esse priuationes partiales communionis fidelium, quam totaliter prohibet excommunicatio maior, in vsu tamen ecclesiastico non nisi illa, quæ priuat vsu passiuo sacramentorum talis dicitur, vt ostendit Suar. *disp. 24. sect. 1.* notat August. Barbos. *ad rubric. de sent. excom. num. 8. 9. & 10.* Const. Vlissiponens. *vbi sup.* Passerin. *de pollutione Eccles. disp. 8. cap. 5. pag. 286.* Lusitan. Frey Ludouic. de Conceiçaon *examin. Theolog. mor. tract. 1. de opinion. probab.* §. 3. *lit. C. pag. 67.* Leand. *dict. part. 4. quæst. 2. tract. 1.* & *tract. 2. disp. 7. quæst. 1.* Castro Palao *dict. punct. 1. & disp. 2. per tot.*

Nomine tamen excommunicationis simpliciter prolatæ intelligitur perpetuò excommunicatio maior, *ex cap. Si quem, de sentent. excommun.* vbi DD. Glos. & Panor. id fusiùs tradunt, Const. Vlissipon. statim citanda: nisi ex quibusdam adiunctis colligatur aliud, quàm solum vsum passiuum Sacramentorum prohiberi, vt *in cap. Cum excommunicato 11. quæst. 3.* & *cap. Qui excommunica*

excommunicato, *ibid.* vbi communicans cum excommunicato eandem cum ipso excommunicationem incurrere dicitur; quod non nisi de minori excommunicatione intelligi liquet. Ratio verò aperta est; cùm enim, vt obseruat Ioann. Monach. *in gloss. extrauagantis* 1. *de sentent. excommunicat.* vox *Excommunicatio*, ex propria vi significet expertem communionis facere, quod sola præstat excommunicatio maior, illa sola ex vi, & natiua vocis significatione intelligenda erit. Deinde quælibet dictio in potiori significatione accipienda est, ex Glos. *in l.* 1. *ff. de verbor. obligat.* Non diffiteor tamen ante Gregorium IX. cuius est illud caput penult. de sententia excommunicationis, nomine excommunicationis simpliciter, & absolutè prolatæ significatam fuisse minorem: quod videtur manifestè colligi *ex cap. Engeltrudam*, 3. *quæst*, 4. & notauit Auila 2. *part. cap.* 1. *disp.* 2. & Marc. Peresius *de traditionibus* 3. *part. tit. de excom.* §. 1. *sub finem*: tunc enim magis timebant fideles prohiberi à receptione sacramentorum, quàm nunc à tota communione Ecclesiæ. Quod obseruat Henriq. *lib.* 13. *cap.* 2. *num.* 2. Atque hac ratione facilè conciliantur diuersa iura; distinguenda enim sunt vetera à posterioribus post Greg. nonum, qui nobis eam regulam vniuersalem tradidit, & Const. Vlissipon. *lib.* 5. *tit.* 25. *decret.* 1. *& in princip.* Valenz. *contr. Venet.* 5. *part. num.* 70. Passerin. *dict. cap.* 5. Leand. *de censf.* 4. *part. tract.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 8. Castro Palao *vbi suprà.*

6 De excommunicationibus positis in iure cum multis iuribus Const. Vlissipon. *lib.* 5. *tit.* 30. Castro Palao *sup. disp.* 3. *per tot.*

7 Interdictum antiquâ & benè Latinâ significatione veteribus vtriusque iuris conditoribus non incognitâ est prohibitio quædam; sicut interdicere est prohibere, ac vetare: vnde solennis illa formula interdicendi aqua & igni exulibus, atque interdicta prohibitoria in iure ciuili; & in iure Pontificio titulus est de contracto matrimonio contra interdictum Ecclesiæ, verboque interdicendi vtitur Concil. Aurelian. 3. Childeberto regnante coactum, *can.* 7. 10. *&* 21. illoque antiquius Eliberitanum, Pontifice Syluest. I. circa tempora ferè Nicæni, *can.* 16. 40. 49. *&* 62. Apud veteres tamen Iurisconsultos non solùm erant interdicta prohibitoria, sed etiam restitutoria & exhibitoria, vt Author est Iustinian. initio *in l. De interdicto*: erant enim interdicta, quod obseruauit etiam Glos. *in cap. Pastoralis*, *de causa possess. & propriet.* decreta quædam Prætoris inter duos litigantes de possessione, interea dum causa principalis & proprietatis disceptaretur: nihil enim definiebat, aut decidebat Prætor, sed informabat Iudices ad quem litigatores remittebantur. Itaque erat rithmus, siue ordinatio futuri de proprietate iudicij. Quare aliqui volunt interdicta fuisse appellata, quòd inter duos dicerentur; alij quòd interim, dum de proprietate litigabatur, rogarentur: itaque sunt interlocutiones & sententiæ latæ à Prætore in causa possessionis. Qua de controuersia, & nominis huius significatione vide plura apud Brisson. Budæum, Hotom. & Cuiac. *lib.* 5. *obseruat. cap.* 7. vsu verò ecclesiastico iam obtentum est, vt interdictum pro certa quadam & peculiari censura ab excommunicatione, & suspensione distincta vsurpetur, *cap. Quærenti*, *de verbor. significat.* vbi multos refert, & notat August. Barbos. *in collect.* 5. *& seqq.* Const. Vlissiponens. *lib.* 5. *tit.* 40. *in princip.* Leand. *de censf. tract.* 5. *disp.* 1. 4. *part.* Castr. Palao *dict.* 6. *part. tract.* 29. *disp.* 5. *per tot.*

Est itaque interdictum censura ecclesiastica prohibens diuinorum officiorum celebrationem, sacramentorum actiuam & passiuam administrationem, atque ecclesiasticam sepulturam, quatenus res quædam sacræ sunt & Ecclesiæ bona. Dixi *censuram*, quia reuera vt talis ab omnibus agnoscitur: neque placet Couarr. qui *in cap. Alma mater*, 2. *part.* §. 1. *num.* 2. maluit appellare suspensionem, non sine ambiguitate vocis; quandoquidem suspensio nomen est certæ cuiusdam censuræ, non autem genus, nisi in latissima significatione vsurpetur pro impedimento quidpiam agendi, vnde fiat vt quodammodo pendeat ille actus; sed tunc genus remotissimum loco proximi assignatum fuerit in hac diffinitione. Magis etiam displicet, quod idem Couarr. *num.* 4. neget interdictum esse propriè pœnam spiritualem, cùm animam non afficiat, neque priuet communione suffragiorum Ecclesiæ, sed tantùm suspendat diuinorum officiorum celebrationem; quæ suspensio animam non ligat; nam hac ratione interdictum censura non erit, cùm illam diffinierimus esse pœnam spiritualem; immò neque suspensio, cùm non priuet communibus suffragiis, neque passiuo Sacramentorum vsu, sed tantùm actiuo, & exercicitio potestatis ordinis ac iurisdictionis; nec pœna spiritualis propriè erit, neque (quod inde sequitur) censura. Quare ad 8

rationem pœnæ spiritualis non est opus vt priuet communione suffragiorum, sed satis est si prohibeat participatione bonorum spiritualium, cuiusmodi sunt Sacramenta, diuina officia, atque etiam ecclesiastica sepultura. August. Barbos. *in dict. cap. Quarenti, num. 5. & seqq. de verb. significat.* Const. Vlissipon. *vbi suprà*, Leand. *dict. quæst. 4. tract. 5. disp. 1.* Castr. Palao *dict. disp. 5. punct. 1. & seqq.*

9 Ex hac porrò diffinitione statim apparet, quomodo hæc censura differat ab aliis, aut cum ipsis conueniat: quod pluribus prosequitur Alterius *disp. 1. de interdict. cap. 2.* & quidem quoad rationem materialem differt ab excommunicatione, eo quod paucioribus priuet quàm excommunicatio, quæ & illa ipsa quæ interdicto prohibentur, & alia multò plura complectitur: quare pars quædam excommunicationis dici posset. Certè excommunicationis nomen sæpiùs pro interdicto vsurpatum videbis apud Cantiprat. *lib. 2. apum, cap. 40. num. 7.* & apud Ademarum S. Eparchij Monachum *in chronico, ann. 994.* & in Concil. Bituricensi *act. 1.* vbi Oldericus Monachus proponit seueriorem quandam rationem excommunicationis aduersùs perturbatores Lemouicensis Episcopatus: quam refert Baron. *an. 1034. num. 18.* & ex ipsa lectione constat, esse interdictum in terram Lemouicensem latum, non excommunicationem propriè dictam: suspensio verò non prohibet quæ interdicto vetantur, sed alia quædam, vt ex ipsorum diffinitionibus manifestum est, vt notat August. Barb. *in dict. cap. Quarenti, num. 5. & seqq. de sent. excom.* Leand. *vbi sup.* Castr. Palao *vbi suprà*, de quo etiam Valenz. *contr. Venet. part. 5.* vbi notat *n. 74. & seqq.*

10 Quoad rationem autem formalem, siue modum sub quo hæc sacra, & bona spiritualia diuersis istis censuris vetantur, manifesta quoque distinctio est; nam hæc bona considerari possunt vel in sese tantùm, quatenus sunt talia bona, sacra nimirum & spiritualia, quibus Christus suam sponsam dotauit, & Ecclesiæ Rempublicam instruxit; vel quatenus communia sunt omnibus fidelibus, qui eo quod sint eiusdem Reipublicæ ciues, aut eiusdem corporis membra, in illis tanquam Republica communicant; vel denique vt sunt exercitia quædam sacræ potestatis. Primo modo prohibentur ab interdicto, secundo ab excommunicatione, quæ idcirco omnium censurarum amplissima est, & pluribus priuat, quia communionem omnem tollit; quod non facit aut interdictum, aut suspensio. Denique bona spiritualia, vt sunt sacræ potestatis actiones, vetantur suspensione, vnde etiam sumitur adæquata veluti ratio huius numeri, & cur augeri aut minui non possit, quantùmvis in re morali; non videntur enim aut alia bona spiritualia esse in potestate Ecclesiæ, aut alij modi, vel rationes formales, sub quibus considerari, & ab Ecclesia prohiberi possint: notat August. Barb. *vbi sup.* Const. Vlissip. *vbi suprà.*

Interdictum duplex est, locale vnum, quo prohibetur ne sacra officia, sacramenta, & ecclesiastica sepultura alicubi celebrentur; personale alterum, quo prohibentur fidelibus interesse diuinis officiis, sacramentis tum actiuè, tum passiuè participare, & donari ecclesiasticâ sepulturâ. Quare interdictum locale ad solum locum fertur; nam extra illum hæc omnia licent fidelibus. Personale dirigitur ad personas, quæ nullibi possunt hæc sacra percipere. Consentiunt huic diuisioni DD. omnes, cùm manifesto colligatur ex iure, *cap. Præsenti, cap. Si sententiam, cap. Si ciuitas, de sentent. excommun. in 6.* Neque mirum est, locum capacem esse huius censuræ: tum quia suo modo consecrationis atque pollutionis capax est: tum quia pœnâ huiusmodi plectuntur fideles, quibus prohibentur hæc sacra, non simpliciter, & absolutè, sed ratione loci, in quo celebrare hæc non licet. Addunt Nouar. *cap. 27. num. 166.* Sylu. *verb. Interdictum 1. quæst. 2.* Tabiena *eod. vers.* Valent. *tom. 4. disp. 7. quæst. 18. part. 2.* Tolet. *lib. 1. cap. 18.* & alij, nec improbat Sayr. *lib. 5. Thes. c. 1. num. 10.* tertium genus interdicti, quod mixtum ex locali & personali, seu deambulatorium appellant, eo quod tum persona ipsa, tum loca, in quæ deuenerint, interdicantur hac formula: *Interdico Titium, & locum vbi est, aut vbi fuerit, & quamdiu in eo manserit:* cuius exemplum habemus *in cap. Non est vobis, de sponsal.* & *in cap. Dilectis filiis, de appellat.* Verùm hoc interdictum locale dici potest successiuè, neque quicquam peculiare habet; quatenus enim personale est, de illo iudicandum est vt de personali; & quatenus est locale, iudicandum erit vt de locali: quare eam tertiam interdicti speciem reiiciunt cæteri communiter. August. Barbos. *vbi proximè*, Const. Vlissip. *lib. 5. tit. 40. §. 3. pag. 525.* Leander *de censf. 4. p. tract. 5. disp. 1. q. 2. & seqq.* & *q. 22.* & *disp. 2. & seqq.* vbi omnia ad varias quæstiones tradit: & Castr. Palao *vbi suprà, disp. 5. punct. 2. & seqq.* 11

Vtrum

12 Vtrumque hoc interdictum, tum locale, tum personale, diuiditur rursus in generale, & particulare: quæ diuisio sumitur *ex cap. Cùm in partibus, de verbor. signif.* & *cap. Præsenti, de sent. excom. in 6.* quibus locis fit mentio generalis interdicti localis, *cap. Si autem sententia, de sentent. excom. in 6.* Habetur etiam interdictum generale personale, vnde necessariò colligitur membrum oppositum, nimirum interdictum particulare. Barbos. *proximè:* Const. Vlissipon. *vbi sup.* & *tit.*41. & *tit.*42. *&* 43. Leander *vbi sup. quæst.* 3. *& seqq.* Castr. Palao *dict. punct.*1. *& seqq.*

13 Interdictum igitur generale loci est, quod fertur in aliquem locum, qui plura loca particularia continet, cuiusmodi est Regnum, Ciuitas, Prouincia, Diœcesis, Castrum, Oppidum. Particulare verò cùm vnius Ciuitatis vna vel plures Ecclesiæ, non tamen omnes interdicuntur. Nomine autem Ecclesiæ intelligimus etiam priuata loca, in quibus celebrari potest, Cappellas annexas, & Cæmeteria. Interdictum generale personale est cùm interdicitur populus totius alicuius Regni, Prouinciæ, aut Ciuitatis; particulare dum vna aliqua particularis persona, vel particularis aliqua communitas, vt Capitulum, Vniuersitas, Academia, aut plures etiam personæ sigillatim interdicuntur. Inter interdicta generalia vnum est magis generale quàm aliud: sicut ex interdictis particularibus alia sunt magis particularia aliis. Prouincia enim amplior est Ciuitate; cùm tamen vtraque interdicatur interdicto generali; & vna Ecclesia specialior est situ & magis singularis, quàm duæ; in eas tamen fertur interdictum speciale. Qua de causa trimembrem faciunt hanc diuisionem, & distingunt interdictum speciale à particulari, siue singulari, Angel. *verb. Interdictum* 1. *num.*1. *&* 11. & *Interdictum* 2. *num.* 1. Philiarc. *part.* 1. *de officio Sacerd. lib.*4. *cap.*3. ita vt ex Angelo interdictum locale generale sit interdictum Regni, vel Prouinciæ, vel Diœcesis; speciale interdictum Ciuitatis, Castri, Villæ: singulare interdictum Ecclesiæ vnius, vel plurium: generale personale est interdictum vniuersi populi totius Regni, Prouinciæ, vel Diœcesis; speciale cùm interdicitur pars aliqua populi, v. g. aliquod determinatum Collegium, aut Capitulum, aut Vniuersitas; & non totus populus. Singulare denique cùm aliqua persona determinata, certa, aut incerta interdicitur. Antonin. autem paulò aliter has voces explicat; nam interdictum Vniuersitatis, & Collegij locale dicit: singulare autem interdictum illud solùm appellat, quod fertur in vnam personam determinatam; quare illud solùm est interdictum personale. Alij tamen DD. passim hanc diuisionem rejiciunt cum Henriq. *lib.*13. *cap.*41. Nau. *cap.*27. *cit. num.* 166. Suarez *disp.*32. *sect.*2. *num.*4. *&* 11. Alterius *disp.*1. *de interdicto, cap. Quia.* Innocentius III. *cap. Cùm in partibus, de verb. signif.* interdictum generale appellat interdictum non modò Regni & Prouinciæ, sed etiam Ciuitatis, Villæ, & Castri; quod interdictum speciale nominabat Angel. Deinde obseruat Sylu. *verb. Interdictum* 1. *num.* 7. nunquam ius meminisse interdicti singularis, sed illud semper speciale appellasse: quarum nominationum rationem reddit Gloss. *in cap. Cùm in partibus, cit.* quia generale dicitur, quod totum aliquod sine exceptione comprehendit; speciale verò, quia non comprehendit totum, sed partes: vnde refert Sylu. ex Archidiac. & Calderin. *tract. de interdicto, part.*1. *num.*17. quod si interdiceretur vel vna tantùm Ecclesia, vel omnes Ecclesiæ alicuius Ciuitatis, aut Prouinciæ, fore interdictum speciale, quia extra Ecclesias interdictas possent in aliis illius Ciuitatis aut Prouinciæ locis celebrari diuina officia ab incolis; cùm è contrario si interdicatur Castrum, vel Ciuitas, interdicantur omnia prorsus loca illius, cùm sit totum quod interdicitur: quando verò omnes Ecclesiæ interdicuntur, etiamsi sit signum, & nomen vniuersale, illud tamen distribuitur in omnia singularia, & æquiualet isti interdicto in hanc & illam Ecclesiam? non erit igitur generale, cùm neque in totum, neque in aliquod cadat: qua eadem ratione diuisio bimembris interdicti personalis intelligenda erit; nempe generale dicitur, quo vnius alicuius Ciuitatis populus vniuersus interdicitur; speciale illud, quo pars solùm populi, siue sit vnica tantùm persona, siue plures determinatæ, aut indeterminatæ, vt habet Sylu. *loc. cit. num.*8. Quid verò intersit interdictum generale, & particulare, siue speciale, & quandonam censeatur generale, aut speciale, aliaque nonnulla commodiùs traduntur *in Const. Vlissipon. vbi suprà,* & *tit.*42. Leander *vbi suprà; quæst.* 4. *& seqq.* Castr. Palao *dict. punct.*1. *& seqq.*

Tertiò diuiditur interdictum in totale & partiale: quæ partitio conuenit vtrique interdicto, nimirum locali, & personali. 14
Totale est quod omnes effectus interdicti habet, siue quod simpliciter, absolutè, & absque

absque vlla limitatione profertur. Partiale verò est, quod est tantùm circa vnum aliquem, aut alterum effectum; vt si quis ab ingressu Ecclesiæ, aut ab administratione Ecclesiæ tantùm prohibeatur; poterit enim alia omnia æquè præstare, atque si non fuisset interdictus: v. g. domi sacrum celebrare, cui solus ingressus Ecclesiæ fuit prohibitus; & ideò illum non esse verè interdictum contendit Couarr. *in cap. Alma mater*, 2. *part*. §. 1. *num*. 3. & satis sit annotasse, posse diuidi effectus interdicti, sicut dicebamus alteram suspensionem totalem, alteram partialem esse posse. Const. Vlissipon. *vbi supr. & tit*. 42.

15 Quartò denique aliud est interdictum, quod est vera censura, aliud quod est dumtaxat pœna quædam ecclesiastica, vt suspensio, de qua Castr. Palao *moral. p*. 3. *tract*. 29. *disp*. 4. Const. Archiepiscop. Vlissiponens. *lib*. 5. *tit*. 34. & 35. Satis apparet, ex his quomodo differant, aut conueniant duæ istius interdicti species, de quibus remissiuè Pasqualig. *de contr. inter Episcop. & Regul. part*. 1. *num*. 587.

16 De suspensionibus positis in iure cum multis iuribus Const. Vlissipon. *lib*. 5. *tit*. 35. & de interdictis etiam à iure numeratis *tit*. 46. *pag*. 537. Castr. Palao *de cens. dict*. 6. *part. disp*. 5. *punct*. 8.

17 Restat ex pœnis Ecclesiasticis cessatio à Diuinis; si tamen ipsa verè pœna est, aut potiùs signum grauissimi luctus, & mœroris, quo laborat Ecclesia propter sibi, aut sacris grauem iniuriam illatam. Quia tamen intendit Ecclesia ea ratione inducere eum, à quo læsa est, ad reparandam iniuriam, pœna dici potest; dum enim videt sui causâ tantam in sacris perturbationem, & omnium consternationem, atque aduersùm se concitata plerunque hominum studia, monetur officij sui, & quodammodo plectitur: quare impropriam aliquam pœnæ rationem huic cessationi tribuere possumus, immò illam inter censuras numerabat Soto *in* 4. *dist*. 22. *q*. 3. *art*. 1. Maiol. *lib*. 3. *de irregul. cap*. 20. *sub fin*. Francus relatus à Nau. *cap*. 27. *num*. 188. & Couarr. *in cap. Alma mater*, 2. *part*. §. 2. nominat iuris censuram, quia imponitur à Iudice Ecclesiastico propter graue crimen, vt ab illo recedatur; & per illam priuantur clerici functionibus spiritualibus, prohibentur enim diuina officia celebrare, & Sacramenta quædam administrare: quæ leuis est controuersia, & ex diffinitione cessationis huius facilè explicanda. Est igitur cessatio à diuinis prohibitio facta clericis diuina officia in aliquo loco celebrandi; siue est præceptum abstinendi à diuinis officiis in certo quopiam loco. Cuius præcepti, aut prohibitionis effectus, siue exequutio, est ipsa cessatio, siue omissio, siue abstinentia diuinorum officiorum: vnde nominatur suspensio organorum à Panorm. *in cap. Dilectis filius*, *de appellat. num*. 18. Sylu. *verb. Interdictum* 1. *quæst*. 1. *num*. 4. Couarr. *in cap. Alma mater*, 2. *part*. §. 2. *num*. 1. quem loquendi modum ad significandum silentium Ministrorum mœrentis tunc Ecclesiæ, desumptum esse monet Soto ex Psalmo 136. vbi populus Israëliticus captiuus suspendit in salicibus organa. Alij cum Nau. *cap*. 27. *num*. 188. vocant omnimodam desistentiam diuinorum officiorum. Consentiunt verò omnes cum Panorm. & Couarr. atque Henriq. *lib*. 13. *cap*. 52. *num*. 1. cessationem istam esse quid facti, & non quid iuris: tum quia nulla eiusmodi cessatio imposita reperitur ipso iure: tum maximè, quia est ipsamet desistentia à celebratione diuinorum, & imponitur æqualiter omnibus, neque magis nocentes, quàm innocentes respicit. Denique non est vllum vinculum iuris producens aliquos peculiares effectus ex iuris institutione, vt videmus in censura, quæ afficit personam etiam vbicunque existat, & quam violans incurrit irregularitatem: at verò hæc cessatio est dumtaxat quædam simplex prohibitio, quæ nullos peculiares iuris effectus inducit. Quare neque verè censura est, alioquin quoties Episcopus clerico prohiberet sacrum facere, aut audire confessiones, illum diceretur ligare censurâ suspensionis, & Clericus eam prohibitionem violans non modò peccaret non parendo, sed etiam fieret irregularis. Sanè quasdam prohibitiones celebrandi in certis Ecclesiis habemus *cap*. 1. & 2. *de iurepatr*. quas nullus dixerit esse censuras; vnde cùm hæc cessatio sit prohibitio duntaxat facta ministris Ecclesiæ, ne diuinas laudes, & alia officia celebrent, atque suo silentio lugentis Ecclesiæ mœrorem immensum testentur, meritò censuram esse negauit Nau. *cap*. 27. *num*. 188. Suar. *disp*. 39. *sect*. 1. *num*. 4. & alij deinceps; estque ea vera interpretatio communis dicti Canonistarum, cessationem esse aliquid facti, non iuris; non negant enim imponere vinculum, & obligationem Ministris cessandi à Diuinis; id enim omninò habet omnis prohibitio & præceptum negatiuum: sed quia non imperat aliud quàm omissionem diuinorum officiorum, neque aliud prohibet, quàm illam celebrationem, & nullos

alios

alios iuris effectus inducit ex sua institutione, vt monui t immò cùm non afficiat magis nocentes, quàm alios quoscunque, æqualiter enim omnibus diuina cessant, propriam rationem pœnæ sortiri negat Alterius *disp.* 2. *de interd. cap.* 1. & Suar. *disp.* 39. *sect.* 1. *num.* 14. quia simplex prohibitio, qualis est in cessatione, nec includit, neque requirit rationem pœnæ, cùm ad illam sufficiat ratio præcepti: & licèt imponatur occasione tantùm culpæ, ex eaque resultet pœna quædam in personas culpabiles; cùm tamen quoad proximam obligationem æquè cedat in innocentes, neque istos qui suâ culpâ causam dederunt tanto malo vllo vinculo particulari liget, sed sit quoddam commune grauamen per modum præcepti positum, non nisi admodum impropriè pœna dici poterit, vt monebamus initio cum multis iuribus Const. Vlissipon. *lib.* 5. *tit.* 49. *pag.* 546. Castr. Palao *dict. disp.* 5. *punct.* 9.

18 Hinc vides, quomodo cessatio à Diuinis differat ab interdicto, licèt fortassis eandem priuationem diuinorum Officiorum, Sacramentorum, & Ecclesiasticæ sepulturæ afferat; vnde aliquando interdicti nomine significatur cessatio, *cap. Dilectis, de appellat.* vbi non loqui Pontificem de proprio interdicto contra quàm intellexerit Glossa & Panorm. sed de quadam cessatione à diuinis, rectè vidit alia Gloss. *in Clement.* 1. *de sentent. excommunicat.* Formaliter tamen differre, non modò quando cessatio est particularis, sed etiam quando est generalis, & malè cum interdicto generali illam confundi à Majolo *lib.* 3. *de irregul. cap.* 20. *numer.* 11. Calderin. Ancharan. Felino & aliis sequutis Ioann. Andr. apud Sayr. *lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 9. qui idcircò dicunt ex violatione cessationis generalis à Diuinis incurri irregularitatem, constat ex dictis, quandoquidem cessatio, neque censura, neque pœna est, sed prohibitio quædam, cùm interdictum sit vera censura: quare cæteri ferè DD. negant ex eius violatione nasci irregularitatem. Alias differentias dabit Alterius *disp.* 2. *cit. cap.* 2. quæ vix intelligi possunt antequam eius effectus sigillatim explicentur. Hæc præcipua est, quòd interdictum semper respiciat determinatam personam, quæ illo plectitur; quod non contingit in cessatione. Quod verò aliqui sæpiùs dicunt, equidem afficere locum, negatur ab Hurtado *diffic.* 1. *de cessat.* quòd hoc sit contra rationem, cùm aut personas, aut locum tanquam circumstantiam aliquam afficere necesse sit. Sensus tamen communis dicti est, cessationem non afficere locum eodem modo quo interdictum locale, quod inhabilem reddit locum ad diuina officia celebranda; vnde qui in eo celebrat fit irregularis: cessatio autem est simplex quædam prohibitio facta ministris Ecclesiæ; quare non est affectio loci, sed eius quædam externa circumstantia. Const. Vlissipon. *vbi proximè*, Castro Palao *dict. disp.* 5. *per tot. & punct.* 9.

Diuiditur cessatio à Diuinis in generalem & specialem, prout vel generalia quædam loca, putà Regnum, Prouinciam, Ciuitatem; vel determinata, & particularia, vt Ecclesiam, Monasterium, & alia huiusmodi respicit, vti has voces in diuisione interdicti interpretabantur. Nulla porrò est cessatio personalis, cùm vt dixi, nullas personas liget, sed omnibus æqualiter imponatur. Const. Vlissipon. *vbi sup.* Castr. Palao *vbi proximè*. 19

Ex omnibus istis vides, quàm aptè Speculat. *tit. de pœnis*, §. 2. pœnas canonicas cum ciuilibus comparauit; excommunicatio enim comparatur interdictioni aquæ & ignis, in cuius locum successit Iure Ciuili deportatio, *l.* 2. *ff. de pœnis.* Suspensio temporalis comparatur relegationi, depositio verò depositioni perpetuæ, degradatio capitis diminutioni, ex Panorm. *in cap. Qualiter* 2. *de accusat. num.* 9. Traditioni Curiæ sæculari, quæ consequitur degradationem, succedit pœna mortis, ex Innoc. *in cap. Qualiter* 2. *tit.* Bernard. Diaz *in pract. crim. Canon. cap.* 133. 20

Cognitis sic speciebus excommunicationis, & interdicti, vt de illis non dubitetur, optimo iure fuit illorum pœna in edictis promulgata per Ecclesiæ aut monasterij portas affixis, vt euitaretur vsurpatio, ac turbatio jurisdictionis, propter quam Illustrissimus Archiepiscopus facultatem habebat ad ferenda talia edicta, excommunicationes, & interdicta in Monasteriis, & Ciuitatis Ecclesiis, etiam exemptis, de cuius obseruantia & validitate dubitari non poterat, vt in similibus terminis tradit decisum in sacra Congregatione Immunitatis anno 1653. Baptista de Luca *theatr. verit. & iust. tom.* 3. *de iurisd. & foro compet. discurs.* 29. *per tot.* & *num.* 8. *pag.* 129. præstat rationem his verbis: *Quo verò ad interdictum Ecclesiæ prudenter ac fundatè dicebam ad illud processum* 21

 esse,

esse, quia cùm Ecclesia fuerit causa scandali publici, rationabile erat, vt publica demonstratio punitionis in eadem Ecclesia fieret, non obstante eiusdem Ecclesiæ exemptione, cùm hæc localis non competat ratione illius loci materialis, qui tanquam res inanimata, sicut est incapax delicti, ita etiam pœnæ, vel priuilegij: sed hæc omnia respectiuè competunt ratione personarum ministrantium; ideoque in loco adstetuntur censura in pœnam personarum, sub quarum regimine est Ecclesia, seu in pœnam populi in eadem Ecclesia sacramenta & diuina recipientis, vt in interdicto apponendo in loco, prouincia, vel ciuitate, ob delictum Principis, seu Magistratus, vel alicuius notabilis partis populi. Archidiacon. in cap. Si sententia, per illum textum, de sent. excom. in 6. Felin. Dec. & alij in cap. Sine, de offic. deleg. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 11. num. 8. & 9. ideoque cùm persona, quamuis exempta, in proposito vt suprà subjaceant jurisdictioni Ordinarij, multò magis eorum Ecclesia subiacere debet; nunquam enim exemptio ab interdicto suffragari potest iis qui sunt eius causa, ad textum in cap. Licèt, de priuileg. in 6. Kochier de jurisd. in exemptos lib. 4. quæst. 14 in fin. Ac in specie id probatur per textum in cap. Cùm & plantare, §. fin. de priuileg. vbi expressè statuitur quod Religiosi qui iura Episcoporum sibi arrogant, Episcopo sint subiecti, & eorum Ecclesia interdicto subiiciantur: ergo Ecclesia subjicienda est interdicto ob delictum eorum in ea existentium, præsertim quia delictum nomine Ecclesiæ, & pro eius causa commissum erat: & ex his per dictam Sacram Congregationem Immunitatis, vt suprà, insinuatum est de anno 1653. & pro censurarum validitate responsum fuit. Et discursu 31. loquitur in terminis interdicti positi per Archiepiscopum aut Episcopum ordinarium propter functionem Pontificalium factam in monasterio exempto absque eius licentia, & eo contradicente, propter quod promulgauit interdictum: quare etiam contradicente Illustrissimo Nuntio optimo iure dictas pastorales decreuit, & promulgauit D. Archiepiscopus in terminis de quibus agimus.

Et ideò iustè fuit positum interdictum
22 ob Ecclesiasticam jurisdictionem violatam, & perturbatam, vt tenet Valenz.
23 *contr. Venet. 5. part. num. 76.* & interdictum ab ingressu Ecclesiæ aduersùs Illustrissimum Episcopum, de quo in pastorali transcripta *cap. 1. numer. 5.* iuxta textum *in cap. Sanè 11. de offic. & potest.* *judicis delegati, vers. Ideo*, ibi: *Itaque judex secundùm negotij qualitatem temperate procedens, Episcopo vel ingressum Ecclesiæ, vel sacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad jurisdictionem suum pertinet, specialiter interdicto supponat.* Et per hæc verba ita etiam tenet Gloss. *ibi*: textus etiam elegans *in cap. Quia Pontificali 2. de offic. & potest. judicis delegati in 6.* ibi: *Quia Pontificali dignitate præditis ob reuerentiam sacri officij, quod exercent, primùm deferri conuenit, & eos plus aliis honorari decet, vt cum à Iudicibus, vel Conseruatoribus à Sede Apostolica deputatis contra eos ad coactiones aliquas, siue pœnas fuerit procedendum, gradus & modestia in huiusmodi processu seruetur: ita quod (eis quadam cum digna reuerentia supportatis) ingressus primò ipsius Ecclesiæ, vel sacerdotale interdicatur ministerium, ac deinde ab officio suspendantur, & subsequenter aggrauetur censura ecclesiastica contra eos; nisi forè aliter fieri suaserit nimia contumaciæ proteruitas siue culpa.* Et ita tenet Gloss. *ibi*, & multos refert Aug. Barbos. *in collectan. ad dict. text. in dict. cap. Sanè 11. de offic. & potest. Iudic. delegat. num. 1. & 2.* & *in dict. cap. In Pontificali 2. num. 1. & seqq. & per tot.* vbi omnes de materia refert, & sequitur, & est omninò videndus, quia eleganter exornat: & in Pastorali 3. *part. alleg. 106. num. 37.* Azor *part. 2. instit. moral. lib. 5. cap. 34. quæst. 11.* Frances *Pastoralis Regular. part. 2. quæst. 26. num. 18. 19. & 20.* Corona *de potest. ad dignit. Episcop. tract. 2. c. 2. n. 7. & ad fin.*

Et quamuis dicti textus loquantur in 24
Iudicibus delegatis, attamen dicta facultas in illis concessa comprehendit Archiepiscopos, aut Episcopos, qui in hoc casu sunt vt delegati Sedis Apostolicæ quoad executionem Decretorum Concilij Tridentini, in quibus fundantur, vt ex aliis tradit Tamburin. *de iure Abb. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. num. 45. & multis seqq.* ex Barbos. & aliis Frances *in pastoral. Regular. part. 2. quæst. 1. num. 5. & 6. & num. 9. 11. 19. 20. 22. 23. 25.* & etiam quando non est delegatus à Sede Apostolica, sed solùm Archiepiscopus ordinarius. Coron. *dict. cap. 2. num. 7. pag. 117.*

Et licèt inferioribus sit hoc prohibi- 25
tum, & contra Episcopum procedere per suspensionem, interdicta, & censuras, *ex cap. 1. §. fin. de offic. Ord.* Doctissimus Andrade *acooes Episcopaes, cap...*

Attamen secus est in Archiepiscopos 26
authoritas enim Archiepiscopi eò extenditur, vt possit suspendere, interdicere, &

excommu

excommunicare Episcopum, vt supponit textus *in c. Quia Pontificali 2. de offic. deleg.* & ita tenet Corona *dict.c.2.num.7.pag.117*, ibi: *Auctoritas Archiepiscopi eò extenditur, vt possit suspendere, interdicere, & excommunicare Episcopum, cap.1. §. fin. de offic. Ordin. in 6. cap. Venerabili, vbi Abbas, de sentent. excommunicat. Gloss. in cap. fin. 12. dist. Hostiens. in cap. Graue, de prabend.* & *cap.2. de officio Vicarij, in 6. Abbas in cap. non potest, num.8. de sentent. & re iudic. in cap. Postulatio, num. 11. de cler. excomm. ministr. Gemin. in cap. Vt litigantes, num. 4. de officio Ordin. in cap.2. §. fin. de for. comp. in 6. Decius in cap.1. de iudic. num.29. in 2. lect. Synod. Vgol. in pralud. cap. 9. Lancellottus Conrad. in templo omnium iudic. lib.2. cap.4. Guillelmus Rosaus de synodo, part.1. num.45. 46. & 47. vbi opinatur, quod Archiepiscopus cui subest, potest Episcopum omittentem congregare Synodum suspendere ab executione officij. Quaranta verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.13. Marcus Antonius Genuensis citato cap. 70. num. 3. addit Ioannes Berthachinus, Vicarium Archiepiscopi absente Archiepiscopo posse suspendere, interdicere, & excommunicare suffraganeum: ita de Episcopo part. 7. lib. 4. tit. de Vicario Episcopi, quaest. 10. Antonius Pichardus inter consilia Menochij 52. num. 87. Iacobus Sbozius de Vicarij Episcop. potest. lib.2. c.58. num. 3. Quod si Episcopus non fuerit consecratus, posse à Vicario Archiepiscopi etiam prasentis excommunicari sustinet Marcus Anton. Cuchus instit. can. lib.4. tit. de consecr. Episcop. num.6. & tit. de Vicario Episcopi, num. 123. Sbozius citatus, & alij. Notat Marcus Antonius Genuensis citatus, Archiepiscopum, & consequenter eius Vicarium coercendo suffraganeos Episcopos debere seruare formam capitis 2. de offic. delegati in 6. vt scilicet primò illis prohibeatur ingressus Ecclesia, vel sacerdotale ministerium interdicatur; deinde suspendantur ab officio, postea censurâ afficiantur.*

27 Idem tenet eleganter, & quod Episcopus in his terminis possit etiam excommunicari, Fragos. *de regim. Reip. 2. part. lib.7. disp.17. §.1. num. 27.* optimè & meliùs Auila *de censur. 2. part. cap.4. disp. vnic. dub.9. vers. Tertia conclusio.*

CAPVT XLVIII.

Vtrum Regulares, seu Religiosi teneantur obseruare censuras, aut interdicta ab Archiepiscopo, aut Episcopo lata, & in suis Ecclesiis publicare talia interdicta aut censuras contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere.

SVMMARIVM.

1 *Regulares sunt exempti à jurisdictione Archiepiscoporum, & Episcoporum.*

2 *Regulares in suis Ecclesiis tenentur publicare & seruare censuras & interdicta emanata & promulgata ab Ordinariis, Archiepiscopis, aut Episcopis, etiam contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere:* & num.3. 4. & 5. *vbi ampliatur.*

6 *Vtrum priuilegia Regularibus concessa in iure, & alibi ad celebrandum tempore interdicti, & ad admittendos laicos ad diuina eodem tempore, reuocata sint per Concilij decreta.*

7. *Religiosi qui non obseruant interdictum, quando illud obseruat Ecclesia Cathedralis, aut Matrix, ipso iure incurrunt in excommunicationis pœnam, & si celebrant manent irregulares.*

8 *Interdictum seu excommunicatio timenda est, & obseruanda tam à sacularibus, quàm à regularibus.*

LICET Regulares sint Exempti à jurisdictione Archiepiscoporum, aut Episcoporum, vt tradit Bordon. *resolut.7. num.1. cum seqq.* Cespedes *in tract. de Exempt. Regular. cap.24. dub.391. ex cap. Nimis praua, de excessibus Pralator.* Frances de Vrrutugoyti *Pastoralis Regular. p.2. q.1. n.1. & q.2. n.17.* 1

Attamen Regulares in suis Ecclesiis tenentur publicare, & seruare censuras, & interdicta emanata, & promulgata ab Ordinariis, Archiepiscopis, aut Episcopis (etiam contradicente Nuntio Illustrissimo, etiam cum potestate Legati à latere, qui cum eis non potest concurrere in prima instantia, vt suprà *cap.39.*) Ita probatur per Sacrosancti Concilij decretum Tridentini *sess.25. de Regularib. cap.12.* ibi: *Censura,* 2

& interdicta, nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo à Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque seruentur.

Et ita iam dispositum erat in iure, iuxta
3 textum *in cap. Cùm & plantare*, §.*Excommunicatos, de priuileg.* de quo DD. de quibus Barbos. *in collectan.* Henriq. *in summa, lib.*13.*cap.*42.§.3. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.*105.*num.*43. Francisc. Leo *in thesaur. fori Ecclesiæ, part.*1.*cap.*8. *num.*19. Fr. Ioan. de la Cruz *de statu Religionis lib.*2. *cap.*2. *dub.*2. Fusch. *de visitat. lib.*2. *cap.*15.*num.*62. Riccius *in prax. aurea, resolut.*210. *vers.*5. Kochier *de jurisdict. Ordinarij in exemptos, part.*2.*quæst.*45. *num.*6. Villaroël. *Gouierno Ecclesiastico y pacifico*, 1.*part. quæst.*6. *art.*5. *num.*1. multos refert Barbos. *ad dict.cap.*12. *num.*1. Franchis *contr. inter Episcopos & Regulares part.*1. *quæst.*1. *num.*1. & ibi Pasqualigus *in add.num.*21. de Luca *in theatr. ver. & iust. tom.*3. *de jurisdict. & foro comp. disc.*29. Valenz. *contra Venetos* 5.*part. num.*77. explicat D. Episcop. Angolens. statim citandus, Leon *de censur.*2.*part. recoll.*2.*n.*488.

Et non solùm Religiosi debent obser-
4 uare, & publicare censuras, & interdicta Archiepiscopi, aut Episcopi, sed etiam debent excommunicatos euitare, *dict.*§.*Excommunicatos*, & ibi Abb. *num.*1. *cap. Episcopum, de priuileg. in* 6. *c. Is qui*, §.*is verò, de sententia excommunicationis, eod. lib.* Vgol. *de censur. tab.*2. *cap.*25. *num.*2. Couar. *in cap. Alma, part.*1. §.1.*num.*2. Sayr. quem citat Barbos. *dict. alleg.*105. *num.*44. Villarroel. *dict. art.*5.*num.*2.

Et hoc non potest impedire Nuntium,
5 nec prohibere, vt in specie tradit de Luca *theatr. ver. & iust. tom.* 3. *de jurisd. discurs.*36.

6 Vtrum autem priuilegia Regularibus concessa in iure, & alibi ad celebrandum tempore interdicti, & ad admittendos laïcos ad diuina eodem tempore, reuocata sint per dictum Concilij decretum? Quæstio est controuersa apud DD. quos refert Barbos. *ad Concil. in dict. cap.*12. *num.*2. & vltra eos Villaroel. multos refert *dict. quæst.*6. *art.*6. *num.*3. *& seqq.*

Et ideò Religiosi qui non obseruant in-
7 terdictum, quando illud obseruat Ecclesia Cathedralis, aut Matrix, ipso iure incurrunt in excommunicationis pœnam, & si celebrant, manent irregulares, vt ex multis iuribus disponit Const. Vlissiponens. *lib.*5. *tit.*41.§.4. *vers. Os Religiosos, pag.* 528. optimè Episcopus Angolensis, doctissimusque D. Frey Anton. ab Spirit. Sanct. *p.*1. *de priuileg. Reg.*§.3.*n.*97.98.*&* 99. vbi ampliat & explicat quæ dicatur Ecclesia Matrix: optimè etiam Leander *de cens.*4.*part. tract.*5.*disp.*8.*quæst.*20. *&* 21.

Interdictum enim, & excommunicatio, 8
siue iusta, siue iniusta timenda est, & obseruanda tam à sæcularibus quàm à Regularibus. Explicat Passerin. *de pollution. Eccles. disp.* 8. *cap.* 12. *numer.* 1. *& seqq. pag.*299. 300. *&* 301.

CAPVT XLIX.

Vtrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere sit Ordinarius Exemptorum regularium, ita vt non obstante Pastorali Archiepiscopi, aut Episcopi, fundata in Concilij jurisdictione aduersùs Exemptos, eo contradicente possit, aut eius Reuerendus Auditor concurrere cum eis; & Exempti Regulares teneantur potiùs ei obedire, quàm Archiepiscopis, aut Episcopis.

SVMMARIVM.

1 *Nuntius cum potestate Legati à latere, & Legatus à latere potest cognoscere de causis Exemptorum, & contra eos.*

2 *Licèt sit de reseruatis Papæ cognoscere de causis Exemptorum, tamen singulare est & speciale quod Legatus à latere habeat jurisdictionem in Exemptos: & quare* num.3. & 4.

5 *Legatus est Iudex ordinarius Exemptorum, & de eorum causis, & controuersiis cognoscere potest.*

6 *Quando Archiepiscopus aut Episcopus procedit contra Exemptos in Concilij Tridentini Decreti executionem, non potest cum eis concurrere Nuntius cum potestate Legati à latere: & quomodo procedat* num.7.

ICET Nuntius cum potestate 1
Legati à latere, & Legatus à latere possit cognoscere de causis Exemptorum, & contra exemptos Religiosos, vt notat Glos. *in cap. Quoad translationem 6. de offic. Legati*, & ibi August. Barbos. *in collectan. num.* 10. *cap. Veniens* 1. ibi: *Vel Legato ab eis de latere, de verborum significatione lib.*6. & ibi Barbos. *cap.*

Si

Si Abbatum, *de elect. lib.* 6. Rodrig. *quæstion. regular. tom.* 2. *quæst.* 62. *art.* 1. Parif. *conf.* 28. *num.* 31. *part.* 4. Villadiego *in tract. de Legato*, 1. *part. quæst.* 8. *num.* 20. Kochier *de iurisdict. in exemptos part.* 2. *quæst.* 2. *num.* 7. Felin. *in cap. Graue*, *num.* 3. *de offic. ordinarij*, Roman. *conf.* 398. Aug. Barbof. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 77. etiam in prima instantia, Ferro *de præcedent. quæst.* 29. *n.* 3. *vers. Sed eos excommunicare*, Bordon. *part.* 2. *resol.* 78. *num.* 65. Oliua *de foro eccles.* 2. *part. quæst.* 38. *num.* 8. Peyrin. *tom.* 1. *pag.* 260. *num.* 42. vbi etiam an teneantur contra sua priuilegia Legato aut Nuncio obedire, *in const. Iulij II.* §. 10.

2 Quia etsi sit de reseruatis Papæ cognoscere de causis Exemptorum, tamen singulare est & speciale, quod Legatus à latere habeat iurisdictionem in Exemptos, ex textu *in cap. Veniens* 1. & textu *in cap. Si Abbatem*, *de electione*, *eod. lib.* Aug. Barbof. *dict. cap.* 1. *num.* 77. *vers. Ratio*, Frances *var. resol. cap.* 28. *num.* 24. *& seqq.* explicat, & limitat Peyrin. *ad Const. tom.* 1. *in Iul. II.* §. 10. *num.* 41.

3 Tum etiam quia Papa eximendo à iurisdictione cuiuslibet Ordinarij non videtur eximere à potestate Legati à latere, Nauarr. *de datis & promissis pro iustitia*, *notabili* 4. *num.* 10. *vers.* 2. August. Barb. *os. dict. cap.* 5. *num.* 78. & *in dict. cap. Veniens*, *de verbor. significat. lib.* 6. *num.* 3. & 4. & *in cap. Quoad translationem*, *sub num.* 10. *de offic. Legat.*

4 Quod etiam habet locum in Nuntio cum potestate Legati à latere; & iste cuncta potest, & eidem commissa intelliguntur, quæ Legato de latere, vt tenet Gonzal. *in regul.* 8. *Cancellar. de alternatiuis*, *glos.* 9. *in annot. num.* 268. & 299. Ferro *de præcedent. quæst.* 29. *num.* 3. *vers. Sed & num.* 4. Mend. *in praxi*, 2. *part. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 33. qui loquitur in causis criminalibus: explicat Bordon. *dict. resol.* 78. *num.* 66. & 67. Peyrin. *dict.* §. 10. *num.* 41. & 42.

5 Legatus enim est Iudex ordinarius Exemptorum, & de eorum causis, & controuersiis cognoscere potest. Mooeta *de commutatione vltimar. voluntat. cap.* 5. *n.* 211. ibi: *Tertiò quod Legatus est Iudex ordinarius Exemptorum*, *vt apertè colligitur ex cap. Frater noster*, 16. *quæst.* 1. Thomas Sanch. *in summa*, *tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 33. *num.* 14. & *de potest. Episcop. alleg.* 123. *num.* 32. idem Sanch. *tom.* 2. *consilior. moral. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 1. *num.* 19. & *vers. Quarta*, vbi agit de exemptione Fratrum Societatis Iesu. Emmanuel. Rodrig. *tom.* 2. *regul. q.* 63. *art.* 4. qui loquitur in Fratribus Carmelitanis: Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 16. Rodrig. *tom.* 2. *quæst.* 130. *pag.* 616. *col.* 2.

Attamen Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere, quando Archiepiscopus, aut Episcopus procedunt aduersùs Exemptos in Concilij Tridentini Decreti executionem, non potest concurrere cum eis, & eo contradicente tenentur Regulares obseruare Archiepiscopi præcepta, & non Nuntij; ex eo quia Legatus intromiscere se non potest in his quæ Episcopus habet ex delegatione Concilij & iuris: & licèt Legatus omnia possit quæ Ordinarius, id tamen solùm intelligendum est de his quæ Episcopus, seu Ordinarius potest de iure suo ordinario, & proprio; non autem extendendum est ad ea, quæ Episcopus potest iure delegationis, ex Concilio aut alio iure speciali. Ita traditio terminis Ioan. de Selua *in tract. de benefic. part:* 3. *quæst.* 66. *per tot.* & maximè *num.* 9. *& seqq. inter Doctorum tractatus part.* 1. *tom.* 15. *pag. mihi* 99. & probat etiam Kochier *de iurisdict. ordinaria in exemptos*, *part.* 2. *quæst.* 2. *num.* 18. *& seqq.* Ex quibus satisfit contrariis in principio adductis, & in terminis ita decisum refert in sacra Congreg. de Luca *theatr. ver. & iust. discurs.* 36. *tom.* 3. *de iurisd. & foro comp.* quæ verba transcribimus *in c.* 51. 6

Ex quibus satis respondetur opinioni contrariæ, maximè quando Legatus missus ordinariam tantùm censetur habere potestatem, ac tanquam Episcopus eam exercere in his quæ ad secundæ instantiæ iurisdictionem spectant in appellationibus interpositis ab Episcoporum sententiis. Azor *tom.* 2. *mor. lib.* 5. *cap.* 31. *quæst.* 2. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 25. *n.* 15. Barb. *ad rubr. de offic. Leg. num.* 7. & *in cap.* 1. *n.* 2. 7

CAPVT L.

De foro Exemptorum, & vbi conueniri debeant, & an possint puniri, aut excommunicari ab Ordinario, Archiepiscopo, aut Episcopo, etiam contradicente Nuntio, aut eius Auditore: ad intellectum textus *in cap.* 1. *de priuileg. in* 6. & Concil. Trident. *sess.* 7. *de reform. cap.* 14.

SVMMARIVM.

1 *De foro Exemptorum*, *& vbi conueniri debeant*, *& an possint conueniri coràm Ordinario*

Ordinario ratione delicti, contractus vel rei sitæ: & num.2.3.4.5.& seqq.

2 *Explicatur textus* in cap. 1. de priuileg. in 6. & seqq.

7 *Clerici sæculares aut Regulares extra monasteria degentes an possint conueniri coram Ordinariis*, & num.seqq.

8 *Priuilegia Regularium qui derogent.*

15 *Exempti an possint interdici ab Ordinario, & excommunicari*: & n.16. & seqq.

22 *Exempti regulares si inter monasteria degant, vbi conueniri debeant*: & numer. seqq.

36 *An Religiosi habentes Conseruatores coram ipsis conueniri possint, etiamsi ipsi recusent, vel si aduersarius eos conueniri velit coram Iudice sæculari*: & numer. seqq.

41 *Vtrum exempti possint conueniri coram Iudice sæculari*: & num. 42. 43. 44. & 45. & seqq.

50 *Religiosi quando contra Episcopum, aut suam iurisdictionem delinquunt, ab Ordinario puniri possunt; & in hoc casu remanent subiecti correctioni, & punitioni Episcoporum.*

51 *Ampliatur etiamsi delinquant in loco exempto.*

52 *Contrarium ibi explicatur.*

53 *Extra casus Concily & iuris, si exemptus aut Religiosus delinquat, quando censura non est à iure, non possunt excommunicari, sed possunt aliis pœnis puniri, etiam contradicente Nuntio.*

54 *Nisi exempti iniuriam tribuant Archiepiscopo aut Episcopo, aut iurisdictionem suam turbent; tunc enim potest aduersùs eos procedere per censuras.*

55 *Casus in quibus Regulares exempti subjiciantur Episcopo, aut Archiepiscopo, referuntur remissiuè.*

56 *Vtrum si Archiepiscopus, aut Episcopus procedat aduersùs Regulares exemptos, possint recurrere ad suum Conseruatorem.*

1 SOLET Apostolica Sedes aliquibus, & præcipuè Religiosis priuilegium exemptionis concedere: hoc autem aliquando conceditur loco, ac per consequens ibi commorantes, siue domicilium habentes ab Ordinariorum iurisdictione eximuntur: aliquando verò conceditur personis, quæ similiter exemptæ remanent, & Summo Pontifici (nisi aliud exprimatur) tantùm subiectæ. Dubitari ergo solet, vbi conueniri debeant. Quoniam verò non minima differentia datur inter Sæculares exemptos, & Regulares; primò de illis, secundò de istis agemus.

2 Quæro igitur primò, vtrum huiusmodi Clerici Sæculares exempti ratione personarum possint conueniri coram Ordinario ratione delicti, contractus, vel rei sitæ, & in illis habeat locum dispositio textus *in cap. 1. de priuileg. in 6.* & quidem Couar. *pract. cap. 11. num. 5.* Riccius 3. *part. disp. 97. num. 3.* Sanch. *consil. mor. lib. 6. cap. 9. num. 24. & 25.* Kochier *de iurisd. ord. in exempt. part. 2. quæst. 45. num. 3.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 105. num. 23.* Carleual. *de iudic. part. 1. tit. 1. disp. 2. sect. 3. num. 144.* Marescot. *variar. lib. 2. cap. 35. num. 126.* Cancer. *variar. part. 3. cap. 1. à num. 74.* defendunt prædictum textum non habere locum in exemptis ratione personæ, sed tantùm ratione loci: de quo vide etiam Carleual. & Marescot. suprà citatos.

3 Verùm saluâ pace tantorum virorum, omninò contrarium verum esse credimus; & ita patebit, si attentè considerentur, & expendantur verba dicti textus, quæ prædicti Authores non ponderant. Primò ergo probatur, quia illius textus tenor satis ostendit loqui de exemptione personali, vt patet ibi: *Quum nonnullis Apostolica Sedes, &c.* & ibi: *Si exempti.* In quibus verbis nec verbum inuenitur, ex quo colligatur loqui de exemptione concessa loco.

4 Secundò, quia etiamsi de ea loqueretur, non tamen dici posset non simul loqui de concessa personæ, cùm eadem ratio restrictionis libertatis in ea exemptione consideretur, & militet.

5 Tertiò, quia textus assignando casus in quibus exempti gaudent exemptione, non obstante restrictione de qua ibi, dicit, quod si alibi delinquant, non poterunt conueniri vbi domicilium habent, nec ab Ordinariis domiciliorum remitti ad locum delicti, contractus, vel rei sitæ: ergo supponitur exemptos, de quibus ibi loquitur, domicilium habere in locis subiectis Ordinariis, non autem in loco exempto, ac per consequens non loquitur textus de exemptis ratione loci, in quo domicilium habent, immò supponens habere domicilium in diœcesi Ordinariorum disponit coram eis non posse conueniri, nisi vltra domicilij rationem, etiamsi concurrat ratio delicti, contractus, vel rei sitæ: quod in effectu est disponere, exemptos gaudere sua libertate tunc tantùm, quando scilicet conueniuntur merâ domiciliorum ratione: quod quidem procedit in exemptis ratione personarum,

&

& habentibus domicilium in locis Ordinariis subiectis.

6 Quartò probatur ex eodem textu *in vers. Et id ipsum*; vbi eo ipso modo, quo superiùs limitauerat exemptorum libertatem, limitat priuilegium aliquibus concessum, ne scilicet teneantur nisi sub vno certo iudice respondere; vnde apertè colligitur voluisse restringere libertatem, & priuilegia personis concessa, nec putasse hæc non esse restringenda.

7 Quintò probatur ex S. Concil. Trident. *sess.7. de reform. cap.* 14 vbi post innouatam dispositionem prædicti textus addit S.Concil. quod Clerici sæculares, aut regulares extra monasteria degentes, quomodolibet exempti, conueniantur coram Ordinariis in causis mercedum, & in aliis causis, si iudicem in partibus non habeant: de quo vide latè Prosper.Fagn. *in cap. Tuarum, de priuileg. pag.* 50. *& seqq.* vbi multa refert ad diuersas quæstiones de Regularibus extra claustra viuentibus, Aug. Barbos. per textum ibi ad Concil. Trident. *sess.6. de reformat. cap.* 3. Cùm ergo in additione agat de exemptis ratione personarum, hancque exemptionem restringat ampliùs adhuc, quàm in eo textu restricta erat, rectè colligitur etiam textum de eadem exemptione agere, eamque dignam restrictione visam fuisse S.Concilio.

8 Sextò probatur; nam priuilegia Regularium solent derogare dispositioni dicti textus, vt testatur Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 11. *num.* 3. Bordon. *var. resol.* 7. *num.* 3. vbi adducit tenorem exemptionis Fratribus Minoribus concessæ, & in ea derogatur dispositioni dicti textus: ergo ille agit de exemptionibus ratione personarum concessis.

9 Et in effectu textum loqui de exemptione ratione personæ, satis apertè sentit Glos. ibi, in casus positione. Idem tenere videtur Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 11. *num.* 92. quem tamen non libenter allego, quia non reddit rationem sui dicti, nec rectè supponit textum *in dict. cap.* 1. loqui de Regularibus exemptis: quod etiam non benè putauit Sanch. *dict. cap.* 9. *num.* 24. *&* 25. nam cùm Regulares exempti suis superioribus subiiciantur tanquam Ordinariis, vt infrà dicemus, non potuit dispositio dicti textus in eis locum habere, tam in principio, quàm *in §. In eos.* Eadem pars placuerat Panormit. *in cap. fin. num.* 11. & ibidem *num.* 6. *de foro comp.*

10 Qui quidem noster intelligendi modus confirmabitur, si soluamus, & diluamus fundamenta partis aduersæ, pro quo aduerto primò, ne aliquis decipiatur (quamuis non videam in eo fundari aduersarios) clausulam dicti textus *in cap.* 1. ibi: *Dummodo sit in loco exempto commissum delictum, &c.* nullo modo significare Exemptus de quibus ibi, habere domicilium in loco exempto; sed posse fortè committere delictum, &c. in loco exempto, & tunc gaudere exemptum suo priuilegio, vt non teneatur respondere coram Ordinario, in cuius territorio domicilium habet; nam vt teneatur, necesse est quod in ipso territorio deliquerit, contraxerit, &c. non igitur probant contrariam partem textus *in cap. Tuarum*, & *in cap. Cùm Capella, de priuileg.* quæ iura adducit Couar. præcipuus Author illius intellectus, *pract. c.* 11. *num.* 5. ad probandum Exemptos simpliciter, non ratione loci, sed generaliter gaudere, & obtinere exemptionis priuilegium vbicunque contraxerint, vel deliquerint.

Nam respondetur, quod licèt illud rectè deduceretur ex illis iuribus antiquioribus, non per id euinceretur idem disposuisse textum *in dict. cap.* 1. imò eo ipso patere Pontificem in eo textu restringere voluisse exemptiones personales antiquo iure ampliores: cùm enim ex tenore dicti textus satis constet voluisse restringere libertatem exemptorum, & constet hanc de iure antiquo ampliorem esse, eo ipso constat eandem illam exemptionem restringere, & limitare intendisse. 11

Neque enim habemus textum disponentem Exemptos tantùm ratione loci, non posse ratione delicti, vel contractus conueniri coram Ordinariis locorum, vbi contraxerint, vel deliquerint: imò certum fortè est semper licuisse eos conuenire coram Ordinariis loci delicti, siue contractus, ac per consequens restrictionem dicti textus *in cap.* 1. non fuisse pro eis editam, sed pro habentibus exemptionem personalem, quæ amplior erat de iure antiquiori. 12

Neque etiam probat aliquid argumentum, quo vtitur idem Couar. *vbi sup.* scilicet quod si exemptus in illis casibus conueniri possit coram Ordinario, maximè tollitur & remittitur vis illius priuilegij: nam meminisse debuerat Author ille sapientissimus huic ipsissimo argumento respondisse Pontificem *in dict. c.* 1. dicendo quod etiam sic restrictâ libertate priuilegij exemptionis, non tamen illud inutile, & infructuosum remanet; nam si exemptus delinquat, contrahat, vel res sita sit in 13

in loco exempto, non poterit coram Ordinario sui domicilij conueniri, prout aliàs posset si exemptus non esset, ex regula textus cum ibi notatis *in cap. fin. de foro comp.* de qua materia est videndus Pasqualigus *de controuers. inter Episcop. & Regul. pag.* 3. *& seqq.* vbi notat.

14 Item si extra illum locum, vel territorium, vbi domicilium habet, contrahat, vel delinquat, &c. in territorio videlicet alterius Ordinarij, neque ibi poterit conueniri, quia Ordinarius domicilij non habet ius remittendi illuc exemptum: nec coram Ordinario domicilij, quia ibi non deliquit, contraxit, vel res sita est; imò remanet respectu illius mera & nulla ratio domicilij, quæ sola non tollit exemptionis priuilegium, nec tribuit Ordinario iurisdictionem contra exemptum.

15 Minùs probat argumentum quo vtitur idem Couar. *vbi sup.* scilicet dispositio textus *in dict. cap.* 1. *§. In eos*, vbi deciditur, quod Exempti non possint ab Ordinariis interdici, excommunicari, &c. prout sunt Priores Religiosi; vbicunque enim tales Exempti reperiantur, non poterunt Ordinarij eos excommunicare pro vlla causa. Quem textum latiùs ponderat Sanch. *dict. cap.* 9. *dub.* 1. *num.* 25. dicens: Ergo si horum, quorum personæ sunt exemptæ, quoad hoc iubet seruari priuilegium vbicunque delinquant; prior ergo pars illius capitis, quæ eos subjecerat Ordinariis ratione delicti vel contractus in loco non exempto facti, intelligitur quando priuilegium erat locale, & non personale. Sunt verba Sanchez dicto loco. Facilè namque respondetur, diuersum maximè esse priuilegium ne excommunicari, &c. valeant à quoquam ex priuilegio exemptionis à iurisdictione Ordinariorum; ac per consequens nihil commune habere decisionem dicti textus *in §. In eos*, cum decisione textus eiusdem in principio, de qua materia infrà dicemus.

16 Et nihil mirum, quod illud priuilegium, ne excommunicari, &c. valeant, non restringatur, ac restringatur priuilegium exemptionis generalis, etiam personalis, de quo in principio textus. Vnde nullum deduci potest argumentum conueniens, quod si quidem non restringitur priuilegium personale, de quo *in dict. §. In eos*, sic similiter non esse restringendum priuilegium exemptionis personalis, si de eo ageret textus ille in principio; ac per consequens dicendum esse textum illum in principio restringentem priuilegium exemptionis, non agere de priuilegio exemptionis personalis, sed localis.

Ratio autem, quare illud, non hoc restringitur, illa est; nam si priuilegium hoc restringeretur, sicut illud, inutile prorsus remaneret; non enim habet latitudinem illius, vt non obstante restrictione vtile adhuc in aliquo remaneat. Neque putes etiam huiusmodi priuilegium restringi *in dicto §.* dum dicitur, quod si monachi sic priuilegiati destinentur, & transeant ad alia Monasteria subjecta Ordinario, ipsi in eos exercere possint jurisdictionem suam, etiam quoad prædicta, scilicet excommunicando, interdicendo, &c. Nam respondetur textum habere locum quando monachis certi monasterij, veluti Sancti Vincentij extra mœnia huius Ciuitatis illud priuilegium est concessum; quod si monachi illius monasterij esse desinant per translationem in aliud etiam eiusdem Congregationis, priuilegium amittunt: & si illud monasterium ad quod fuerunt translati, subiectum sit Ordinario, poterit ille, non obstante priuilegio, quod iam cessat siue suspenditur, contra monachum, tanquam contra sibi subditum, nec priuilegiatum procedere. Tandem respondetur, immò ex dicto textu *in §. In eos*, posse benè deduci argumentum suadens textum illum in principio loqui de exemptione ratione personæ, siquidem dictus §. *In eos*, quasi limitando decisionem de qua in principio, agit de priuilegio personali, cùm exceptio de regula esse debeat, vt deducitur ex textu *in l. Nam quod liquidè, § fin. ff. de pen. leg.* cum traditis per Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. & ibi Faria *in addit.* 17

Neque tandem in contrarium facit argumentum, quod deducere conatur Sanch. *dict. num.* 25. ex Sacros. Concil. Trident. *sess.* 7. *de reformat. cap.* 14. considerans decretum illud innouans decisionem textus *in dict. cap.* 1. non decernere semper puniendum per Ordinarium Religiosum extra claustra monasterij delinquentem; quod generaliter fieri deberet, si dictum cap. 1. loqueretur de Exemptis ratione personarum; ac per consequens concludendum, dictum cap. 1. de ea exemptione non agere, sed de illa quæ ratione loci concessa est. Nam facillimè respondetur textum *in dict. cap.* 1. non loqui de exemptis Religiosis, ij enim subduntur suis Superioribus Regularibus, & ab ipsis puniuntur per viam regulæ; vnde in illis non procedebat dispositio dicti capitis 1. quod satis patet ex citato Sacros. Contil. decreto; 18

decreto; nam quando voluit assignare casus in quibus statuit Regulares exemptos ab Ordinario puniri, vel coram eo conueniri posse, vsum est dictione, *addendo*; quasi dicat, de nouo addimus, quod Religiosi exempti, & extra monasteria degentes in casibus hic expressis possint coram Ordinariis conueniri, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, quamuis in istis casibus exempti Religiosi sua vterentur exemptione, non obstante restrictione, de qua *in dict. cap.* 1. quæ locum non habet in exemptis Religiosis, qui suos habent Superiores, coram quibus conueniri aliàs debent, exceptis casibus, in quibus remanent subiecti Archiepiscopis, aut Episcopis, vt infrà.

19 Viso de foro Exemptorum ratione personæ, attento tempore Sexti Decretalium, videamus quid circa hoc disponat S.Concil. Trid. Et quidem illud *dict. sess.* 7. *de reform. cap.* 14. addit restrictionem dicti capitis 1. disponentis quod Clerici sæculares aut regulares extra monasterium degentes in ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarum conueniri possint coram Ordinariis (scilicet locorum vbi domicilium habent, quamuis aliàs ratione domicilij, vt suprà diximus, etiam attento tempore, aut decisione dicti capitis 1. coram Ordinariis locorum domicilij tantùm conueniri non possent;) etiamsi iudicem certum, coram quo conueniantur, in partibus deputatum habeant: in aliis verò, scilicet causis, si ipsum iudicem non habuerint, conueniantur coram Ordinariis locorum, &c. vbi suprà.

20 Constat ergo per illud decretum amplius adhuc restringi Exemptorum priuilegium in causis ciuilibus secundùm prædictam distinctionem causarum, & terminorum, in quibus habent vel non iudices in partibus.

21 Manet ergo hodie Exemptos non regulares, qui iudices in partibus non habent, in causis ciuilibus conueniendos esse coram Ordinariis, imò etiamsi illum habeant; si tamen causæ fuerint mercedum, vel miserabilium personarum.

22 De exemptis autem Regularibus si intra monasteria degant, nihil innouat S.Concil. si autem extra monasteria degant, eadem quæ de Exemptis sæcularibus diximus, in eis locum habent: degentes autem extra monasteria apud nos sunt sicut plures Militiarum professi clerici, de quo latè vide Scan. *in propugn. sacr. Religion. Milit. discept.* 13. *cap.* 11.

23 Videamus nunc de Exemptis regularibus, de quibus suprà separatim agere promisimus. Et primò aduertendum & notandum est maximè, vt suprà innuimus, decisionem textus *in dict. c. Volentes*, & in dicto Sacros. Concil. locum non habere in exemptis Religiosis, qui necessariò habent suos Superiores coram quibus conueniantur (si aliquis casus consideretur, in quo in ciuilibus Religiosus subditus, & professus tanquam persona particularis possit stare in iudicio,) & puniantur in delictis; quod apertè censuit S.Congreg. in declaratione adducta per Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 105. *num.* 23.

24 Et ratio est patens; nam cùm habeant suos ordinarios Superiores, non est cur dubitetur an coram aliis Ordinariis possint conueniri in casibus non exceptis: nec eis accommodari potest ratio, aut decisio prædictorum iurium de eis expresse non loquentium.

25 Vnde non video quâ ratione ductus Sanch. *dict. cap.* 9. *dub.* 1. *n.* 24. quærat vtrum Religiosi virtute textus *in dict. cap.* 1. conueniri possint coram Ordinariis ratione delicti, siue contractus; & resoluat non posse, quia textus ille non restringit exemptionem personalem, de qua ille textus agit; supponens quod si de ea ageret (quod nos certum putamus, & tamen negamus comprehendere Religiosos) illa dispositio Religiosos comprehenderet, prout putauit apertè Tamburinus *de iur. Abb.* 3. *part. disp.* 5. *quæst.* 11. *n.* 92. dicens quod Religiosi ratione rei sitæ vel contractus possunt conueniri coram Ordinariis, ex textu *in dict. cap.* 1. Minùs video, qua ratione nisus dicat Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 10. *n.* 2. Religiosos ex decreto S.Concil. Trid. *dict. sess.* 7. *cap.* 14. conueniri posse coram Ordinariis, si iudicem in partibus non habeant; vel si cùm habeant, causa fuerit mercedum, vel miserabilium personarum; nam vt *num. præcedenti* considerauimus, nihil statuit de degentibus intra, sed tantùm de degentibus extra monasteria.

26 Deinde aduerto, quod quamuis in priuatis personis Religiosorum exemptorum quæ dicta sunt sine exceptione procedant, tamen quando ipsa monasteria conueniuntur, siue eorum Superiores, tanquam tales, cessat dicta ratio: cùm neque conueniri possint apud seipsos, neque ipsi possint esse iudices in causis suorum monasteriorum; sunt enim tanquam propriæ, & succedit regula rubricæ Codicis *ne quis in sua*, & Ord. *lib.* 3. *tit.* 24. & ibi vterque Barbos. vnus *in collect.* alter *in remiss.*

27 Sed oritur duplex difficultas:. Prior est, qualiter verificari possit, quod in ciuilibus agatur contra Religiosum? Nam vt suprà dicebamus, ipse nec bona, nec iura habere potest, nec personam standi in iudicio habet, vt tenet Virgil. *de legitim. persona cap.* 23. *num.* 12. *& seqq.*

28 Dico verificari posse primò in Religiosis votorum biennij Societatis Iesu, qui cùm verè sint Religiosi, adhuc tamen sunt domini suorum bonorum, vt constat ex eorum priuilegiis, & vsu.

29 Secundò in nouitiis cuiusdam Religionis, ex iis quæ cum Azor. Emman. Rodrig. & Sanch. tradit, & resoluit Tamburin. *de iure Abb. dict. part.* 3. *disp.* 6. *q.* 28. *num. fin.*

30 Posterior difficultas est, an saltem locum habeat restrictio dicti capitis 1. in terminis in quibus agitur contra ipsum Monasterium exemptum, vel contra Prælatum vt talem, si quidem non habet superiorem coram quo conueniatur? In qua difficultate verius puto, etiam in dictis terminis non habere locum dictum caput 1. contra Religiosos exemptos. Moueor; nam cùm textus ille non dirigatur ad personas priuatas Religiosorum, non est cur credamus dirigi ad Prælatos, & multò minùs credendum est voluisse Pontificem ipsa monasteria subjici restrictionibus, de quibus ibi, vel ea conueniri coram Ordinariis: quod magis suadetur, nam cùm agat adeo principaliter de restringenda exemptione quoad delicta commissa in loco Ordinario subiecto, planè constat non cogitasse de monasterij ipsius causis; nam Monasteria delictum committere non possint, vt communitates.

31 Tandem suadetur ex C. Trident. *dict. sess.* 7. *de reformat. cap.* 14. suprà ponderato, vbi nihil statuitur contra exemptionem Religiosorum degentium apud sua monasteria, sed tantùm contra degentes extra illa, quos, & non alios Sæcularibus exemptis æquiparat. Vnde colligitur nec textum *in dict. cap.* 1. eos æquiparare voluisse.

32 Neque obstat, quod vt suprà probauimus, soleant Pontifices derogare decisioni textus *in dict. cap.* 1. in exemptionum priuilegiis concessis Religiosis, ex quo videntur aliàs in ea decisione comprehensi.

33 Nam responderi potest, illam derogationem fieri ex abundanti ad tollendam omnem dubitationis causam, præcipuè cùm prorsus extra dubium non sit, prædictum textum non loqui de Religiosis; imò plures existimant eos in prædicti texti restrictione comprehendi.

Videre restat coram quo judice conueniri debeant de iure canonico Exempti, tam sæculares, quàm regulares, in terminis in quibus isti iuxta suprà dicta non sunt conueniendi coram suis Superioribus Regularibus. Et quantum ad sæculares certum est, quod ratione delicti, contractus, vel rei sitæ conueniri possunt coram Ordinariis; ratione autem meri domicilij non, sed vtuntur sua exemptione, quantùm est de iure Sexti Decretalium: at attento S. Concil. Trid. suprà citato decreto, in causis mercedum, vel miserabilium personarum indistinctè coram Ordinariis possunt conueniri; in aliis verò causis cum distinctione, videlicet si judicem deputatum in partibus non habeant, non autem si ipsum habeant. 34

Quod verò attinet ad Regulares intra monasteria degentes (nam extra illa degentes sæcularibus æquiparantur, vt diximus) illi quidem conueniri non possunt coram Ordinariis, etiamsi iudicem in partibus non habeant; sed conueniri debent coram Papa non solùm ex suis priuilegiis specialibus, quæ omnes ferè habent, sed etiam attento iure communi, & decretis S. Concil. Trident. nisi Papa assignatum habeat judicem coram quo conueniantur, exceptis casibus, in quibus Archiepiscopus habet jurisdictionem aduersùs eos, vt infrà dicemus. 35

Quæstio ergo quæ in hac re solet in praxi controuerti, illa est, scilicet an Religiosi habentes Conseruatores, coram ipsis conueniri possint, etiamsi ipsi recusent; vel si aduersarius eos conuenire velit coram judice sæculari, ex dispositione Ord. *lib.* 2. *tit.* 1. *in principio*, ipsi possint declinare ad suos Conseruatores. Loquor de Religiosis, non de aliis exemptis; nam alij vel habent judicem deputatum in partibus, & coram ipso conueniri debent, quidquid dicat Pereyr. infrà citandus; vel non habent, & coram Ordinariis conueniri debent, ex dict. S.Concil. Trid. decreto, & sic in eis cessat dispositio dictæ Ordin. quæ tamen non sic cessat in Religiosis degentibus intra monasteria; ij namque non possunt conueniri coram Ordinario, etsi judicem non habeant: de quo vide Mend. 2. *part. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 33. *&* 34. 36

Et

37 Et quoad priorem quæstionem non solet contendi; nam Religiosi non recusant, sed optant coram suis Conseruatoribus conueniri: sin autem recusarent, non audirentur, dummodo non essent simplices Conseruatores, sed simul judices pro eorum causis deputati, prout solent esse, qui Religiosis conceduntur. Aduerto loqui hic de causis ciuilibus, & de tangentibus ipsa monasteria; nam si causa fuerit criminalis, vel tangens Religiosum tanquam priuatam personam, coram Superioribus Regularibus agendum erit ex dictis, nisi Religiosus extra monasterium cum scandalo delinquat, & eius superior ab Ordinario requisitus eum punire differat, ex S.Concil. Trid. *sess.* 25. *de regul. cap.* 14.

38 Omitto alios peculiares, & speciales casus, in quibus Ordinariorum jurisdictioni subjiciuntur, quos latè congerunt Tamburin. *de iur. Abb. dict. tom.* 3. *disp.* 5. *quæsit.* 11. & Kochier *de jurisdict. Ord. in Exempt. part.* 2. *quæst.* 45. *per totam*: & Nos diximus 4. *tom in comment. ad Ord. pag.* 612. & statim dicemus.

39 Vnde non video quo fundamento dicat Tamburin. *vbi suprà, disp.* 17. *quæsit.* 2. *num.* 23. Religiosos conueniendos esse coram suis Conseruatoribus in causis criminalibus mixtis, &c. vel Guttier. *dict. lib.* 3. *pract. cap.* 10. *num.* 2. conueniendos esse coram suis Conseruatoribus datis, vt eos defendant à violentiis, &c. nam si ita simpliciter sint dati, nec simul pro eorum causis judices dentur, non video cur apud eos conueniri possint vel debeant.

40 Nec contrarium probat S.Concil. Trid. *sess.* 14. *de reformat. cap.* 5. nam dum *in vers. Quod si*, supponit Conseruatores posse judices esse, vbi conseruati rei sunt in ciuilibus, intelligitur si simul eorum judices deputati sint, vt superiùs narrauerat, aduertendo etiam quod non loquitur de Exemptis.

41 Quoad secundam quæstionem major est contentio; nam Pereyra *decis.* 118. acerrimè defendit Exemptos conueniendos esse coram Iudicibus sæcularibus, ex dispositione dictæ Ord. Regiæ, etiamsi Conseruatores habeant, imò etiamsi ipsi, vel alij sint judices deputati ad cognoscendum de causis eorum; & quod est admiratione dignum, etiamsi hodie nominarentur à Sede Apostolica Iudices Ordinarij prædictis Exemptis: nam quamuis (inquit) Ord. loquatur de Exemptis non habentibus judicem ordinarium, cum tunc non haberent, iam non videretur S. Pontifex derogare velle legis Regiæ dispositioni. Verùm non solùm id extra rationem dictum judico, sed etiam existimo, quod si in literis conseruatoriis declaretur, ipsum Conseruatorem judicem deputari pro causis Exemptorum, non posse Exemptos conueniri coram sæculari, etiam ex mente dictæ Ordinationis Regiæ: nec cessat ratio, in qua fundatur illa dispositio, & concordia, ex qua deducta dicitur; illa enim est, ne aliàs cogantur illi, quibus debetur; vel damnum datum est per Exemptos, Romam ire, vel mittere, vt ibi eos conueniant. Neque interest, quod illi Iudices verè & propriè non sint Ordinarij, neque quod sint temporales; nam id nihil facit contra intentum Ordinationis, in effectu enim habent partes Iudicum, qui justitiam administrent in causis motis contra Exemptos: nec Papa solet in partibus pro Exemptis alios judices dare, vt benè colligitur ex S.Concil. Trident. *sess.* 7. *de reformat. c.* 14. ibi: *Etiamsi judices in partibus habeant.* Vbi non requirit, quod iudex sit Ordinarius, nec supponit Ordinarios creari pro causis Exemptorum, neque vnquam tale vidimus.

Vnde si Ordinatio non esset contenta nisi Iudicibus ordinariis, peteretur impossibile, & sine ratione illam qualitatem ad intentum requireret. Nec debemus credere Regem pissimum voluisse cogere Romanum Pontificem, vt non solos judices, sed hos eum qualitate Ordinariorum pro causis Exemptorum in hoc Regno crearet, aliàs coram sæcularibus conuenirentur; nec creditur Prælatos cum quibus dicitur concordia illa facta assensum daturos tali requisito. 42

Quod si de Iudice ordinario loquitur Ordinatio, non est, nec potuit esse eius sensus ex dictis, vt non sufficiat, vt Exempti conueniantur coram sæculari, quòd in Regno judicem habeant, nisi is sit Ordinarius; sed loquitur de Ordinario in exordio tantùm, dicens quod illi de quibus ibi, & alij qui judicem ordinarium non habent in Regno, ad significandum Exemptos, quos per illos terminos, & non alios nominat. Sicut ergo non esset dicendum voluisse, judicem debere esse ordinarium, cùm in dicto exordio diceret, quod Exempti conueniantur coram sæculari, si in Regno non habeant judicem, qui de eis justitiam faciat; sic non est dicendum id voluisse, quia in exordio pro significandis Exemptis dixit, *que naon tem Iuis ordinario no Reino.* 43

44 Et solùm posset dubitari, an prædictam qualitatem requisiuisset, si in decisione de Ordinario mentionem fecisset? quod non fecit, sed ibi tantùm dixit, *porque sen rasaon seria naon hauer no Reino quen delles fisesse iustitia*, &c. Ergo si in Regno sit iudex, qui de illis faciat iustitiam, hoc sufficit, nec aliud requirit Ordinatio; & si requireret, adhuc esset interpretanda, vt sufficeret quod iudex deputatus in forma solita daretur in Regno.

45 Eo maximè quando appellatione iudicis ordinarij venit Conseruator, & pro tali reputatur. Scan. statim citandus.

46 Illud maximè notandum & aduertendum est, quod quantùm attinet ad exemptos Religiosos, ipsaque monasteria, quando illa, & eorum Prælati conueniuntur pro bonis siue debitis monasteriorum, non possunt conueniri coram sæculari: nam ipsa Ordinatio satis declarat locum tantùm habere in causis motis super patrimonialibus, non super rebus, vel iuribus Ecclesiæ. Cùm autem omnia bona, iura vel debita monasteriorum sint ecclesiastica, nulloque modo patrimonialibus comparentur, quæ solùm in priuatis personis ecclesiasticis possunt dari, & considerari, non in Communitate Ecclesiastica, nunquam ferè trahi possunt Religiosi Prælati pro causis monasterij ad forum sæculare, neque etiam pro damnis datis; nam neque ipsa monasteria damnum dare possunt, sed ipsorum priuatæ personæ;& in effectu monasterium est condemnandum, & soluere debet ex suis bonis ecclesiasticis, prout sunt omnia quæ habet; nec patrimonialia in eo considerantur.

47 Quod autem Conseruatores Exemptorum cognoscant de causis vbi conseruati rei sunt, resoluunt Tamburin. *de iure Abbat. dict. tom. 3. disp. 17. quæst. 2. num. 23.* Kochier *d. 2. part. de Conseruatorib. quæst. 102. num. ¶ 3.* Sanch. *dict. lib. 6. consil. cap. 9. dub. 6. num. 1.* addens quod ex priuilegiis hodiernis cognoscunt conseruatores etiam de causis vbi Religiosi sunt actores. Gutier. *pract. cap. 10. per totum:* vbi tamen videtur sentire, Conseruatores simplices posse cognoscere, quod nos negamus, & tantùm concedimus quando simul deputantur judices pro causis Exemptorum: quod probatur, nam decretum S.C. statim citandum supponit, Conseruatores habere aliquos, ibi: *Conseruatorum inhibitionibus*, &c. & tamen non habere iudicem: ergo simplex Conseruator non est iudex pro causis in quibus Exemptus reus est, nisi id exprimatur. Eleganter explicat Scan. *in propugn. Relig. Mil. discept. 9. cap. 6. per tot.* vbi omnes refert.

Similiter non probamus, quod *ibidem num. 2.* resoluit Gutierr. dicens, quod si Religiosi judicem non habeant in partibus, conueniri poterunt coram Ordinario, & in causis mercedum, etiamsi iudicem habeant, allegando prædictum decretum S. C. Tridentini *sess. 7. de reformat. cap. 14.* non aduertendo illud non loqui, nisi de Religiosis degentibus extra monasteria. 48

Illud tandem in re ista aduerto, quod Sum. Pontifex Gregor. XV. anno 1621: die 20. Septemb. saluberrimam & sanctissimam edidit Constitutionem, cuius tenorem adducit Tamburin. *de iur. Abbat. dict. 3. tom. disp. 17. quæst. 1. num. 12.* statuens, quod vltra qualitatem, & dignitates de iure requisitas, vt aliquis eligi possit Conseruator, requiritur de nouo, vt in Conciliis prouincialibus, aut diœcesanis iuxtà decretum S. C. Trident. judices electi, seu designati sint; & pœnam imponens Regularibus, siue aliis audentibus illos nominare, seu nominatis vti, nullitatemque omnium exinde sequendorum. Præterea vt teneantur intra tempus ibi præfixum eligere sibi Conseruatores, eorumque electionum documenta penes acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere; & dum non sic elegerint, coram Ordinariis conueniantur, & quod sic electi amoueri non possint, aut mutari intra quinquennium, nisi ex legitima causa approbanda per Sedem Apostolicam, vel Ordinarium. Item quod nullum conueniant coram talibus Conseruatoribus tanquam actores (non tollit tamen quod ipsi eos à violentiis, & iniuriis defendant, vt declarauit S. Congreg. vt refert Tambur. *vbi suprà, quæsito 2. sub num. 23.*) sed tantùm in causis vbi rei fuerint ipsi Exempti, vel conseruati coram eis conueniantur: nec extra Ciuitates, seu Diœceses in quibus fuerint deputati, contra quoscunque procedere præsumant. Quæ omnia si Conseruatores non obseruent, sine quolibet modo limites suos excesserint, per annum ab officio sint suspensi; pars verò quæ illa fieri procurauerit, sententiam excommunicationis incurrat. Et tandem generalibus, & exuberantibus clausulis reuocat omnia priuilegia, siue concessiones in contrarium quibuscunque concessa, ita vt apertè constet neminem excipere voluisse: vnde nescio quo iure Religiosi quotidie eligant, & mutent pro libito Conseruatores, & plura alia contra prædictam saluberrimam Constitutionem quotidie fiant. 49

Quæ

50 Quæ omnia sic resoluta circa exemptionem Religiosorum, & Exemptorum veniunt limitanda in casibus in quibus contra Episcopum aut Archiepiscopum, aut aduersùs suam iurisdictionem delinquunt, aut etiam contra suas leges, aut pastoralia transacta virtute S. C. Trident. dispositionis; tunc enim in casibus expressis in Concilio possunt conueniri apud Ordinarium, & excommunicari ab Episcopo aut Archiepiscopo ordinario, aut alio modo puniri; remanent enim subiecti correctioni, & punitioni Episcoporum, vt ex Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 11. *de Reg.* & *sess.* 21. *cap.* 8. *de reformat.* probat Bordon. *mor. resol.* 7. *num.* 19. *&* 69. & ita declarauit Sacra Congreg. Concilij teste Barbos. *in Apostolic. decis. collect.* 439. *verb. Iurisdictio, num.* 6. ibi: *Iurisdictio in iis in quibus Episcopo tribuitur à iure communi & Concil. Trident. ac Constitutionibus Apostolicis in Regulares, potest illos Episcopus etiam sub censuris Ecclesiasticis compellere. Sacra Congreg. Concilij in Nebiensi*, 7. *Febr.* 1633. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 74. *num.* 2. Frances de Vrrutigoyti *pastoral. reg. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 12. *& seqq.* & *part.* 2. *quæst.* 10. *num.* 58. *& seqq. pag.* 115. latè Villaroël. *in tract. Gouierno Eccles. y pacifico, part.* 1. *q.* 6. *art.* 2. Farin. quem citat Barbos. *ad Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 13. *de Regul.* Macer. *decis.* 35. *dub.* 2. vbi asserit in Curia Episcop. Papyræ decisum fuisse posse censuris compelli. Piasec. *in praxi Episcop.* 2. *part. cap.* 3. *num.* 52. *vers. Relinquentes:* Genuens. *in prax. Archiepiscop. Neapol. cap.* 59. Salern. *in select. canon. cap.* 112. *num.* 11. Ceual. *de cogn. per viam violent.* 2. *part. quæst.* 71. Solorzan. *de iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 66. *&* 69. §. *Et iuxta.* Franchis *de controu. inter Episcopos & Regulares, quæst.* 6. *vers.* 5. & *quæst.* 20. resoluit, quod si Regularis sit excommunicatus à iure, potest etiam Archiepiscopus, aut Episcopus mandare ipsum denunciari publicè, vt euitetur. Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de reg. cap.* 12. *num.* 1. Salzed. *in praxi Canonic. lit. A. in fine*, Barbos. *de potest. Episcop.* 3. *p. alleg.* 105. *num.* 12. Henriq. *in sum. lib.* 3. *cap.* 25. *&* 37. Leo *thesaur. Eccles. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. Zerola *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. Excommunic. caus.* §. 4. Kochier *de iur. Ord. in exempt.* Nouar. *in sum. Bullar.* 1. *part. tit. de proces. num.* 6. Bordon. *resol.* 6. *quæst.* 6. *num.* 9. Gratian. *decis.* 232. *num.* 3. *&* 15. Palafox Episcopus de la puebla de los Angeles *in lib. intitulato Defensa Canonica, pag.* 12. *vers.* 1. *num.* 28. *& seqq.* & *pag.* 63. *num.* 2. *& pag. seqq.* de Luca *theatr. ver. & instit. tom.* 3. *de iurisd. discurs.* 29. *per tot.* & est textus etiam expressus *in cap. Cum & platare*, §. *fin. de priuileg. & discurs.* 36. *& discurs.* 47. Carena *de offic. Sanct. Inquis. part.* 1. *tit.* 5. §. 13. *num.* 90. Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 24. Peyrin. *de priuileg. Min. tom.* 1. *const.* 2. *Sixti IV.* §. 10. *num.* 13. Nouar. *lucern. Reg. verb. Excommunicare, num.* 6. Rodrig. *tom.* 2. *reg. quæst.* 63. *art.* 1. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæsit.* 11. *num.* 38. Delbene *de immunit. eccles. tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 1. *num.* 8. Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 35. Ricc. *in praxi resol.* 220. *num. fin.* DD. per textum ibi *in clement.* 1. *de priuileg.* Cened. *in pract. quæst.* 26. *n.* 30. Graffis *lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 69. Scan. *in propugn. religion. discept.* 13. *cap.* 10. Nos *ad ord. tom.* 4. *pag.* 612. Lancelot. *de attent.* 2. *part. cap.* 4. *limit.* 21. *num.* 7. Gabriel. *com. concl.* 3. *num.* 41. Triuis. *lib.* 1. *decis.* 36. *num.* 2. *vers.* 5. Leon *de cens.* 2. *part. recoll.* 2. *num.* 488. *& seqq.* Frances *de Eccles. Cathred. cap.* 28. *num.* 353. *& seqq.*

Etiamsi exempti delinquant in loco exempto. Sanch. *tom.* 2. *cons. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 1. *num.* 29. Scan. *vbi suprà.* 51

Quamuis contrarium teneat Scan. *dict. cap.* 10. *num.* 10. *& seqq.* & *cap.* 12. *& num. fin.* vbi de monialibus: Pelizar. *in manuali Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. §. 1. *num.* 86. *vers. Quod quamuis Episcopus*; vbi eum Cespedes *de exempt. Regular. dub.* 370. nullam adducit rationem fundamentalem, & stantibus prædictis declarationibus non datur locus dubitationi, vt in his terminis eos reprobando tradit Frances de Vrrutigoyti *Pastoralis Regul. part.* 2. *quæst.* 1. *n.* 12. non obstante etiam textu *in cap.* 1. *de verbor. significat. lib.* 6. ibi: *Per illa verba priuilegij, In speciales, & proprios Ecclesiæ Romanæ filios vos recipimus; dictos Fratres exemptos intelligi, & ipsos ex illo in proprios eiusdem Ecclesiæ filios fuisse receptos, quòd ab alio quàm à Romano Pontifice vel Legato eius à latere interdici, vel excommunicari à quoquam non valeant declaramus.* Quia respondetur non procedere in casibus, in quibus Archiepiscopus, aut Episcopus ex Concil. Trident. habent iurisdictionem delegatam in Exemptos, ex DD. suprà citatis; & etiam quia talia priuilegia reuocata manent per Concilium in eis quæ Concilio Tridentino aduersantur per Bullam Pij V. vt dicit resolutum Garcia *de benefic. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 258. Ang. Barb. *ad Concil. sess.* 25. *de reformat. cap.* 21. *num.* 3. explicat Pasqualig. *de controuers. inter Episcop. & Regul.* 2. *part. quæst.* 7. *pag.* 461. de Luca statim citandus *dict. disc.* 29. *num.* 7. vbi 52

respondet etiam ad dictum textum & ad caput 1. §. *In eos, de priuileg. in 6.* de quo suprà *num...* Frances *de Eccles. Cathedral. cap. 32. num. 353. & seqq.* vbi defendit, & respondet ad contraria, & Cesped. hîc allegatus pro contraria.

Extra verò casus Concilij & iuris, si
53 exemptus, aut Religiosus delinquat, quando censura non est à iure, non possunt excommunicari, sed possunt ab Archiepiscopo aut Episcopo aliis pœnis puniri, scilicet deponendo Superiores, & contradictores incarcerando, à monasterio amouendo, priuando prædicatione verbi Dei, seu etiam pœnis pecuniariis, *cap. 1. de priuileg. in 6.* Gratian. *decis. 332. num. 15.* Peyrin. *de priuileg. Minimorum tom. 2. const. 2. Pij IV. num. 60.* Lezan. *tom. 4. quæst. regul. num. 2.* Corona *de potest. Episcop. tract. 3. cap. 20. num. 4.* eleganter Villatroel. *in tract. Gouierno Eccles. y pacifico, 1. part. quæst. 6. art. 2. num. 8. & seqq.* Sanch. *lib. 7. de impediment. disp. 33. num. 23. §. Sed existimo.* Pasqualig. *vbi sup.* Lucas *dict. discurs. 36.* vbi refert decisum in Sacr. Congreg. ad fauorem Episcopi contra Nuntium, qui vt Ordinarius Exempti voluerat eum soluere è carcere vbi Religiosus erat carceratus per Episcopi mandatum ratione delicti contra suam iurisdictionem commissi: de quo vide Leon. *de cens. 2. part. recoll. 2. num 488.* & extra hos casus, quando regularis est delinquens, an possit carcerari ab Episcopo, an teneatur facere processum, vel teneatur remittere Prælato suo, vel possit ab eo puniri, vide Fermosin. *ad cap. Ad nostram 3. de appellat. quæst. 1.*

Nisi Exempti iniuriam inferant Archie-
54 piscopo, aut Episcopo, aut iurisdictionem suam turbent; tunc enim potest aduersùs eos procedere per censuras, ex Fatin. *quæst. 114. num. 67. & seqq.* & *cons. 134. lib. 2.* Sperel. *decis. 86. n. 5. & 6.* de Luca *theatr. verit. & iust. tom. 3. de iurisd. discurs. 29. per totum, & num. 4.* & *discurs. 36.* Clemens Merlin. *decis. 166. num. 5.*

Casus autem, in quibus Regulares
55 exempti subjiciantur Episcopo, aut Archiepiscopo, ex S. C. Trident. decreto refert ex variis Conciliis Franchis, & ibi commentaria controuersiarum inter Episcopos & Regulares; *part. 1.* & Aug. Barbos. *in collect. ad Concil.* per eum relatis, Frances de Vrrutigoyti *in Pastorali Reg. per totum,* & *2. part. quæst. 2. & seqq.* Kochier *de iurisd. Ord. in Exempt. 2. part. q. 45.* & *tom. 2. part. 2. quæst. 102.* idem Barbos. *alleg. 105.* de Luca *theatr. ver. & iust. tom. 3. de iurisd. discurs. 29. 36. & seqq.* Scan. *d. c. 10.* & Nos *tom. 4. ad Ord. pag. 612. & seqq.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. num. 45. & seqq.* Pelizar. *in Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 6. sect. 1 num. 14. & seqq.*

Vtrum autem si Archiepiscopus aut 56
Episcopus procedat aduersùs Regulares exemptos, possint recurrere ad suum Conseruatorem, latè disputat Frances *Pastoral. Regul. part. 2. quæst. 1. & seqq.*

CAPVT LI.

Vtrum Archiepiscopus, aut Episcopus possit punire Religiosos exemptos, aut alios turbantes suam iurisdictionem, aut lacerantes eius edicta, facientésque alios actus turbatiuos, non obstante contradictione Nuntij Apostolici facta ab eo vt Ordinario Exemptorum? Et quid in lacerantes cedulones, & edictalia Ministrorum Sanctæ Inquisitionis.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Archiepiscopus, aut Episcopus possit punire Religiosos exemptos, aut alios turbantes suam iurisdictionem, aut lacerantes eius edicta, facientesque alios actus priuatiuos, non obstante contradictione Nuntij Apostolici facta ab eo vt Ordinario Exemptorum:* & num. 2.

3 *Sæculares extrahentes edicta Archiepiscopi aut sanctæ Inquisitionis possunt puniri; & de ratione.*

Æc quæstio est in fauorem Archiepiscopi, aut Episcopi resoluta per Sacram Congreg. Episcop. & Regul. apud Baptist. de Luca *theatr. verit. & iust. tom. 3. de iurisd. & foro compet. discurs. 36.* ibi: *Quemdam Monachum Ordinis Cisterciensis Monasterij S. Mariæ in Sagittario diœcesis Anglonens. de facto turbantem iurisdictionem Episcopi, aliosque actus absque dubio turbatiuos faciendo, Episcopus prædictus de meo consilio carcerauit, quamuis non cum ea arcta custodia, & asperitate, quam (vtpote loco pœnæ) in aliorum exemplum, atque ad huiusmodi Exemptorum consuetam petulantiam coercendam ex dicto consilio facere debuisset. Quare* 1

ex

ex parte dicti Religiosi, seu eius Abbatis habitus fuit recursus ad Tribunal Nuntiaturæ Neapolis, à quo prodierunt Literæ praeceptiuæ super dicti Religiosi excarceratione, eiusque consignatione Subcollectori diœcesano, sub eo prætextu, quod ipse Nuntius in toto Regno esset Commissarius, & Delegatus Apostolicus generalis in omnibus causis Regularium, proindeque ad eius Tribunal ex inconcussa obseruantia, etiam cum ipsomet Tribunali Curiæ Archiepiscopalis Neapolis priuatiuè spectaret cognitio causarum & delictorum, quæ per Exemptos & Regulares patrari contingeret, præsertim extra claustra: cumque Episcopus, neglecta dicti præcepti exequutione recursum habuisset ad Sacram Congregationem Episcoporum & Regularium, quæ iuxta stylum audire voluit Nuntium, eidem scribendo pro informatione, cum insertione supplicis libelli ex parte dicti Episcopi porrecti; Nuntius autem visis concludentibus motiuis in dicto supplici libello deductis, dignoscendo talem prætensionem non esse sustentabilem, prudenter respondisset, sui Tribunalis priuatiuam iurisdictionem cum Regularibus & Exemptis non capere casus particulares, in quibus vel de iure, vel ex Sacri Concil. Trident. seu Apostolicis constitutionibus Ordinariorum iurisdictio etiam cum Exemptis præseruata est; ideireò nulla desuper edictâ resolutione ob illius ita cessantem necessitatem, Episcopus intentum obtinuit, dictumque Religiosum post talem carcerationem, quam loco pœnæ cedere posse censuit, sua authoritate gratiosè dimisit.

Dicebam igitur in dicto supplici libello pro Episcopo concepto, quod quicquid sit de prædicta generali delegata iurisdictione Nuntij circa causas indifferentes, in quibus specialiter à iure vel Sac. Concil. Trident. aut Apostolicis Constitutionibus prouisum non esset, ita vt priuatiua, quam ex obseruantia dictum Tribunal prætendit, percutiat solum eam generalem competentiam, quam aliàs locorum Ordinarij, propriis Regularibus Superioribus negligentibus haberent, super quo locum veritati relinquebam; attamen id nullatenus adaptari potest casibus specialibus, in quibus ita expressè prouisum sit, vt erat præsertim casus præsentis controuersiæ, in quo agebatur de competentia ratione propriæ offensæ, ac turbatæ iurisdictionis; quæ competentia nullam admittit exemptionem, nullumque priuilegium, ex iis, quæ etiam contra Milites Hierosolymitanos habentur superiùs deducta in Messanen. disc.29. & alibi. Hactenus de Luca.

3 Idem dicendum est in sæcularibus extrahentibus edicta Archiepiscopi, aut Sanctæ Inquisitionis, quia à Sancto Officio, & à Prælato possunt puniri tales cedulones, tam sæculares, quàm ecclesiastici, vt tenent Dian. *part. 4. tract. 8. resolut. 103.* Bordon. *de Sancto Offic. cap. 30. num. 31.* & *cap. 40. num. 32.* Lup. *in edictis Inquisitorum part. 2. lib. 14. dist. 7. difficult. 2. art. 5. pag. 249.* vbi rationem præstat verbis seqq. *Quia tales deturpando cedulones videntur de Prælatorum authoritate malè sentire, censuras Ecclesiæ contemnere, atque irridere, quinimò ignominiam irrogare.* Delbene *de offic. Sancta Inquisitionis p. 2. sect. 67. dub. 195. pag. 46. colum. 1.* eleganter in omnibus casibus, & in nostris terminis Alex. Sperel. *decis. 113. num. 93.* & Leand. *de censu. part. 4. tract. 3. disp. 16. quæst. 5.*

CAPVT LII.

Vtrum, & quando Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit committere causam appellationis interpositæ à decreto, aut edicto Archiepiscopi prolato in materia criminali, aut pœnali, & eam committere suo Reuerendo Auditori?

SVMMARIVM.

1 *Nuntius potest committere causam appellationis etiam interposita expressò nomine ad summum Pontificem.*

2 *Limitatur quando est contentio super facultate ab eo concessa, quia tunc recurrendum est ad Pontificem.*

3 *A Legato etiam de latere datur appellatio.*

4 *Superior, nec etiam Legatus non possunt admittere appellationes, nisi per publica documenta anteà constiterit appellationem priùs esse interpositam.*

5 *Appellatio vt quid facti non præsumitur, nisi probetur.*

6 *Concesso rescripto commissionis, si non constet de appellationis interpositione, non potest cognosci.*

7 *Nuntius non potest committere causam appellationis interpositæ à vero contumace, nisi hoc specificè habeat in facultate.*

8 *Neque etiam ab eo qui contrauenit edicto Archiepiscopali, in quo aliqua ingressio prohibuit.*

9 Pœna

9 *Pœna excommunicationis est maior omnium.*

Legati, seu Nuntij Apostolici non possunt committere suis Auditoribus causas appellationis interpositæ à decretis aut sententiis pœnalibus, aut criminalibus Archiepiscoporum, aut Episcoporum: ibid. & num.10.

11 *Declarationes sacræ Rotæ Romanæ obligant in vtroque foro.*

12 *Commissio facta cum breuitate temporis est nulla; contumacia datur in occultatione*: & num.13.

1 LICET liberum sit Illustrissimo Nuntio cum facultate Legati à latere ex sua facultate, & iuris dispositione committere appellationis causam etiam interpositæ expressò nomine ad Summum Pontificem, prout diximus *cap.33. num.10.* & in specie Nuntij Tondut. *de pens. Eccles. dec.27. num.9.*

2 Attamen non potest committere causam appellationis interpositæ ab Archiepiscopo non obseruante suam facultatem, quia non potest decidere, nec pronunciare id in quo versatur sua iurisdictionis ordinariæ vsurpatio: & vt res non careat remedio, cùm ipse non debeat suæ facultatis esse cognitor, recurrendum est ad Pontificem eius superiorem, cui committenda est appellatio, vt in simili cum multis iuribus tradit Ciarlin. *tom.2. forens. cap. 125. num.37.* Scacc. *de appell. quæst. 19. rem. 1. concl.6. num.89.*

3 Quia à Legato etiam de latere datur appellatio, & non potest tollere appellationem, vt ex Scacc. tradit Ciarlin. *forens. cap.148. tom.2. num.41. & 42.*

4 Et quando potuerit committere causam, neque Legatus, neque Metropolitanus possunt admittere appellationes, aut concedere rescripta, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, antea constiterit appellationem priùs esse interpositam in forma decreti S. Congreg. de quo Ciarlin. *dict. cap. 125. num. 51.* cuius tenorem refert *num.101.*

5 Quia appellatio vt quid facti non præsumitur, nisi probetur interposita in tempore legitimo. Barbos. *in cap. Romana, de appell. in 6. num.8.* Ciarlin. *tom.2. cap. 148. num.21.*

6 Et ideò concesso rescripto commissionis, si non constet de appellationis interpositione, non potest cognosci. Gratian. *cap.17. num.3.* Menoch. *cons.202. num.44.*

7 Nec etiam potest committere causam appellationis interpositæ à vero contumace, nisi hoc specificè habeat in facultate, vt tradit Ciarlin. *tom.2. cap.148. n.42.*

Neque etiam ab eo, qui contrauenit edicto Archiepiscopali, in quo aliqua ingressio prohibetur cum excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, vt in facto testatur vidisse Ciarlin. *dict. cap.148. num.1. & seqq. & num. fin.* vbi præstat rationem sic: *Hic autem constat dictum Rensium fuisse iustè declaratum excommunicatum, quia contrauenit edicto Episcopali: ergo cessat querela & appellatio.* 8

Et si causa est apud Archiepiscopum, aut appellatio ab eo interposita in materia criminali, aut pœnali, qualis erat ista, vt tenet Prosper Fagn. *in cap. Nuper, n.30. de sent. excom. pag.169.* quando pertinet ad Nuntium cum potestate Legati à latere debet de ea cognoscere, & non potest committere causam suo Auditori, vt declaratum fuit per Eminentissimos Cardinales apud Barbos. *in declarat. ad Concil. Trid. sess.13. de reformat. cap.2. & 6.* August. Barbos. *in collect. num.2.* ibi: *Legatos, seu Nuntios Apostolicos non posse committere istas causas suis Auditoribus, vt illas videant tanquam iudices delegati, resoluit Ald. in comp. canonic. resol. lib. 5. tit.8. num. 10. vbi ait sic fuisse resolutum 6. Octobr. 1588. & subdit sub die 24. maij 1590. fuisse decisum sententias latas ab Auditoribus Nuntiorum Sanctissimi in causis appellationis, in criminali nullas esse.* 9

Eleganter etiam Prosper Fagn. ad textum *in cap. Cùm causam, de appell. pag. 254. num. 9.* vbi refert eandem resolutionem Sacr. Congreg. ibi: *Si quæratur de causis appellationum à sententia Episcopi, vel eius Vicarij in criminalibus lata, iam Sacra Congregatio declarauit Auditorem Nuntij non posse eas cognoscere, obstareque cap.2. sess.13. ac postea adiecit sententias Auditoris in eiusmodi appellationum latas ex communi errore non sustineri: & hæ declarationes auditis partibus editæ missæ fuerunt ad Nuntium Florentiæ.* 10

Et ita obseruanda erat; declarationes enim Sacræ Rotæ Romanæ obligant in vtroque foro. Rodrig. *tom.1. quæst. regular. quæst. 11. art.1. & 12.* Garcia *de benefic. in proœm.* & *1. part. cap.5. num.73. & 132.* Salas *de legib. disp.2. sect.9.* & *sect.21. disp. 12.* Conrad. *in praxi dispensation. cap.7. num.17.* Sanch. *selectar. disp.28.* Fermosin. *ad rubr. de constitutionib. quæst. 12.* latè explicat materiam ad varias quæstiones Prosp. Fagn. *in cap. Quoniam, de const. per tot.* & *in cap. Cùm venissent, de iudic.* & *in cap. Olim, n.63. & seqq. de maior. & obedient.* 11

Maximè

12 Maximè interueniente breuitate temporis, & horarum de tempore appellationis vsque ad rescripti tempus, de quo *cap.1. num.* 344. in quibus terminis commissio est etiam nulla, iuxta ea quæ ex Rebuff. tradit Mend. *in prax.2. part. lib.2. cap.3. num.10. vers. Nonò opponi potest contra Bullam acceleratio temporis.*

13 Quibus suppositis iam constat de nullitate commissionis Illustrissimi Nuntij, nam licèt potuisset admittere causam appellationis interpositæ, hanc appellationem committere non poterat Reuerendo Auditori, quia vt diximus *num.*2. non potest committere causam appellationis interpositæ ab Archiepiscopo non obseruante suâ facultate, quia non potest decidere nec pronuntiare id in quo versatur dubitatio circa suam commissionem, maximè quando ei non constabat de appellationis interpositione per publica documenta, vt diximus *num.* 4. Et etiam quia constabat de occultatione in terminis, de quibus *cap.* 1. *num.* 4. & dabatur contumacia sufficiens ad edicti promulgationem, vt in his terminis tradit Couar. *in cap. Alma mater, de sent. excom. in 6. §.9. vers. Trina:* Felician. de Vega *in relect. cap.* 1. *de iudic. num.* 86. & rationem præstat textus *in cap. Intelleximus* 7. *de iudic. Clementin.* 2. *vt lite pendente*, & in terminis Palafox. *in lib. intitulato Defensa canonica por la jurisdicion Ecclesiastica de la Puebla de los Angeles, numer.* 145. *pag.* 130. & ideò non potuerat committere causam appellationis interpositæ à vero contumace, vt diximus *in hoc cap. num.* 6. maximè contra edictum Archiepiscopale, vt etiam *diximus num.* 7. & quando potuisset cognoscere, nullo casu potuerat committere appellationem interpositam à Decreto Illustrissimi Archiepiscopi suo Reuerendo Auditori, esto quod haberet potestatem Legati à latere, vt constat ex Decreto Sacræ Congregationis de quo *num.* 8. & 9. & ideò cùm constet de defectu potestatis, in hoc casu fuit commissio nulla, vt diximus suprà *cap.*38. *num. fin.* maximè data celeritate in concessione, vt diximus *in hoc cap.*

CAPVT LIII.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit suspendere interdictum promulgatum ab Archiepiscopo, aut Episcopo, à quo appellatum fuit: & quando habeat talem facultatem, vel non?

SVMMARIVM.

1 *Legatus à latere concedere potest priuilegium celebrandi tempore interdicti, & suspendere interdictum positum ab Archiepiscopo, aut Episcopo, aliisque Prælatis, qui sunt sub eius legatione.*

2 *Contrarium*, & num.3. *vbi de ratione.*

4 *Explicatur.*

Licet Legatus à latere concedere possit priuilegium celebrandi tempore interdicti, & suspendere interdictum positum ab Archiepiscopo, aut Episcopo, aliisque Prælatis, qui sunt sub eius legatione, vt tenent Henriq. *lib.* 13. *de excommunicatione & interdicto*, *cap.*48. §.3. & alij quos refert Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.*13. *num.*26. Siluester, & alij, quos refert August. Barbos. *in cap. dilectis* 55. *de appellationib. num.*10. Constitutio Vlissiponens. *lib.*5. *tit.* 47. *da suspençaon do interdicto*, §. 4. *pag.*543. 1

Attamen contrarium est verius, quia non potest suspendere interdictum, vt testatur August. Barbos. *in dict. cap. Dilectis, num.*10. rationem præstat ex Hurtad. *de interd. difficult.*16. *num.*50. Castr. Palao *de cens. disp.*5. *punct.*7. §.1. *num.*3. vbi ad contraria respondet. 2

Quia inferiores Romano Pontifici, quales sunt Legati, interdictum ab ipso Pontifice, vel ab aiis Prælatis prolatum relaxare non possunt, nec in totum, nec etiam ad tempus suspendere, vt ex Couar. *in cap. Alma mater, part.*1. §.11. *num.*6. *vers.* 2. tenet Henriq. *lib.* 13. *de censur. cap.* 51. §. 4. *vers.*4. Suar. *tom.*4. *disp.*38. *sect.*3. *num.*5. *iuncto num* 6. *vers. Et propterea*, quos & alios refert idem Barbos. *n.*3. *& seqq.* vbi eleganter exornat, & ad omnia in contrarium respondet, & est omninò videndus, quia eleganter more solito resoluit. 3

O Neque

4 Neque obstat Constitutio Vlissiponensis citata *num.*1. quia solùm disponit in casu ingressionis Legati à latere in Prouinciam; & in aliis casibus solùm asserit, quod aliqui DD. ad alia interdicta tollenda ei extendunt facultatem, & solùm referendo quod DD. dicunt nihil statuit dispositiuè: & esto quod disposuisset, DD. in quibus fundatur sunt reprobati à Barbos. *vbi suprà*, & solùm loquuntur in illo casu, in quo habet facultatem expressam ad interdicta suspendenda: & solùm in hoc casu est ei permissum, vt testatur idem Sayr. *dict. cap.*13. *dict. num.*26. vbi asserit in hoc casu loqui DD. quos citat, vt patet ex verbis ibi: *Vnde puto rem pendere ex forma concessionis Legationis, quæ fit ipsi Legato.* Quod etiam tenet Barbos. *dict. num.*10. maximè etiam quando dicti DD. loquuntur in Legato à latere, & dicta facultas ei concessa ad Nuntium Illustrissimum cum potestate Legati à latere non extenditur vltra facultatem, quia non est verè Legatus à latere, vt latè diximus suprà, *cap.*33.

CAPVT LIV.

Esto quod Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere potuisset suspendere interdictum virtute suæ facultatis, aut sine illa posita ab Illustrissimo Archiepiscopo, fuisset valida commissio, & suspensio.

SVMMARIVM.

1 *Nuntius cum potestate Legati à latere esto quod possit tollere interdictum Archiepiscopi, solùm id potest per viam gratiæ, & non per viam justitiæ:* & numero 2.3.&4.

4 *Quando Nuntius cum potestate Legati à latere committit appellationem, non procedit per viam gratiæ, sed per viam justitiæ.*

5 *Nuntius si habet potestatem suspendendi interdictum non potest eam committere suo Auditori.*

1 NEGATIVE resoluenda est quæstio proposita, quia esto quod Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere potuisset suspendere interdictum, adhuc tamen ab illo suspensum non fuit, vt est certum per viam gratiæ, vt solùm ei erat licitum, iuxta doctrinam Sayri & aliorum, de quibus sup. *cap.*53. *num.*4.

Per Bullam expeditam suo nomine, iuxta ea quæ tradit Tamburin. *de iure Abbat. quæst.*2. *disp.*16. *per tot. tom.*1. Kochier *ad regul.*25. *num.*14. *cum seqq.* 2

Sed per justitiæ viam commisit, quando concessit rescriptum commissionis appellationis interpositæ ab Illustrissimo Capellano Majori Reuerendo Auditori, vt constat ex eius tenore, de quo *cap.*1. *n.*11. ibi: *Audiat Auditor noster, citet, & constito prius de grauamine inhibeat, absoluat, ac prout de iure restituat, procedat vt petitur, & justitiam faciat tam super interdicto generali huius Ciuitatis, quàm particulari Oratoris, & cum facultate interim suspendendi dicta interdicta ad tempus sibi bene visum, ad effectum agendi, maximè in iis diebus currentibus, quibus fideles frui solent pluribus indulgentiis, & audire conciones, aliasque deuotiones peragere in his dictis currentibus temporibus piè institutis.* 3

Et in his terminis nihil statuit per viam gratiæ, solùm facultatem dedit in appellationis commissione per viam justitiæ, vt eleganter tenet Ciarlin. *forens. tom.*2. *c.*148. *num.*33. per quam ei non erat licitum, sed tantummodò committere appellationem, esto quod potuisset, contra resoluta *cap.*52. & adhuc etiam quando Illustrissimus Dominus Nuntius haberet facultatem suspendendi interdicta per viam gratiæ: neque etiam potuerat committere interdicti suspensionem Reuerendo Auditori, nec per viam justitiæ, contra formam Concil. *sess.*22. *cap.*7. de quo diximus *sup.* neque etiam per viam gratiæ tum ex dictis *in cap.*53. 4

Tum etiam quia quando Illustrissimus Nuntius haberet facultatem, ista talis facultas fuit ei concessa personalissimè respectu dignitatis, & legationis, & virtute illius non potuerat validè suspensio fieri per Auditorem Reuerendum, cui non poterat committere dictam facultatem suspendendi interdictum, vt eleganter tradit Gom. *super regul. de non iudicando iuxta formam supplicationis, in quæst.*16. *per tot.* de quo vide Ioan. à Sanctiss. Sacram. *de offic. & potest. Prioris claustral. part.*1. *illat.*3. *& 4. pag.*44. *& seqq.* ad varias quæstiones circa similia. 5

CAPVT

CAPVT LV.

Vtrum esto quod commissio Illustrissimi Nuntij facta Reuerendo Auditori possit procedere contra Archiepiscopum Illustrissimum, possit id fieri per supersessoriam, inhibitoriam, aut suspensionem interdicti, non vereficata priùs clausula commissionis, *Constito priùs de grauamine.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Constito priùs de grauamine, *est conditionalis, & formam inducit.*
2 *Non dat jurisdictionem, nisi priùs verificetur:* & num. 3.
4 *Nihil potest executor nisi priùs verificata clausula*, Constito: *& quidquid fit ante eam purificatam est nullum.*
5 *Clausula*, Constito, *requirit judicialem indagationem, & causæ cognitionem, & veras, & concludentes probationes.*

1 Æc clausula, *constito priùs de grauamine*, inuenietur in commissionis rescripto, de quo *c.1.n.11.* & secundùm eam non erat licitum Reuerendo Auditori decernere supersessoriam, nec suspendere interdictum antequam apud eum justificaretur grauamen; hæc enim clausula est conditionalis, & formam inducit. Riccius *collectan.* 1675. cum multis decisionibus Rotæ, Aug.Barb. *clausl.*25 *num.*1.*& seqq.* & vltra quos refert Otthobon. *decis.*153.*n.*3. Rubeus *decis.*343. *num.*8.*vers. Et quatenus*, & *num.*14.

2 Non dat enim jurisdictionem, nisi priùs verificetur, vt resoluit Gratian. *cap.* 869. *num.* 25. & *cap.*991. *num.* 11. Rota apud Barbos. *dict. clausl.*25.*num.*3.

3 Commissio enim conditionalis cum clausula, *Constito priùs de grauamine*, antequam justificetur nihil ponit in esse, vt tenet Rota apud Otthobon. *decis.*130. *num.*13.

4 Nihil enim potest executor, nisi priùs justificatâ dictâ clausulâ. Paris. *consl.*15.*n.*14. *lib.*4. Puteus *decis.*275.*n.*1.*lib.*2. Rota apud Barbos. *d.n.*3. vbi etiam quod generale est, quod vbi jurisdictio datur sub tali conditione, quidquid fit ante eam purificatam est nullum. Gloss. *in cap. Cum plures, de offic. delegati in* 6. August.Barbos. *d.clausl.*25.*n.*4. D.Aluarez Pegas Tract. de Compet.

Requirit enim hæc clausula judicialem indagationem, & causæ cognitionem. Gratian.*c.*961.*n.*9. Rota apud eundem Barb.*n.*5. 5

Et deinde requirit veras, & concludentes probationes. Riccius *collect.* 1675. Garcia *de benefic.*6.*part. c.*2.*num.*38. & *c.*3.*n.*64. explicat cum multis decisionibus Rotæ idem Barbos. *dict.clausl.*25.*num.*6.

CAPVT LVI.

Vtrum Reuerendus Auditor, cui Nuntius cum potestate Legati à latere commisit causam in casu in quo potest, possit ante transportationem actorum iubere supersessoriam, aut inhibitoriam temporalem, vsque scilicet ad certum tempus, vt durante eo suspendantur edicta, ac mandata per Archiepiscopum, aut Episcopum; & ille teneatur obediendo executionem suspendere.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio aut est ad tempus, aut perpetua.*
2 *Inhibitio decreta ad tempus etiam ante actorum transportationē debet obseruari.*
3 *Et supersessoria.*
4 *Inhibitio, siue justa, siue injusta, timenda est.*
5 *Inhibitione pendente, & decreta nihil est innouandum.*
6 *Inhibitio semper est seruanda donec ad superiorem habeatur recursus pro declaratione, & donec à judice reuocetur.*
7 *Inhibitioni non obediens non solùm aduersarium, sed Iudicem offendit, & grauiùs peccat.*
8 *Ratio refertur.*
9 *Iudex inferior non valet cognoscere de viribus inhibitionis Rotalis.*
10 *Sed tenetur ei reuerenter obedire, & contemni non debet.*
11 *Inhibitio attentatum reddit quicquid postea gestum est; & quomodo.*
12 *Omnia supradicta procedunt quando inhibitio ad tempus, aut perpetua est canonica, & conceditur cum requisitis Concilij Trid. & textus* in c.Romana, de appellat. in 6. *quæ comprehendunt etiam Nuntios, Legatos à latere, Patriarchas, Cardinales, aliosque, & eorum Auditores.*

13 *Decretum Concilij renouauit textus* in cap. Romana, *in totum cum suis* §§.
14 *Non obstante quacunque consuetudine, etiam immemoriali, aut stylo, aut priuilegio in contrarium.*
15 *Aliter inhibitiones, & processus, & inde sequuta sunt nulla:* & num. 18.
16 *Et non causant attentatum, quia non fuere legitime, & in forma Concilij expedita.*
17 *Formalitas Concilij, & capitis* Romana, *debet etiam obseruari in inhibitionibus super appellationibus, Decretis, & deuolutis ad sanctam Sedem Apostolicam.*
19 *Inhibitio obtenta ad impediendam imminentem executionem interdicti, quod secum trahit executionem, est iniusta, nulla, & calumniosa, & non est obseruanda, neque ei est obediendum, & sine pœna ei contrauenire potest:* & num. 20. 21. & 22.
23 *Inhibitio nulla non ligat manus iudicis inhibiti, quin procedere possit cū non obstante ad vlteriora.*
24 *Inhibitio solùm quando est Canonica ei obediendum est, & non quando illegitimè decernitur, quia tunc non causat attentatum, nec impedit executionem decreti inferioris.*
25 *Inhibitio decreta non canonicè, & virtute commissionis nullæ, & à non habente jurisdictionem, est nulla, & potest impunè sperni.*
26 *Inhibitio quando dicatur canonica, vel non.*
27 *Iurisdictio est anima inhibitionis, & sine illa non potest decerni, nec obedire.*
28 *Ratio assignatur.*
29 *Inhibitio non canonica, aut minùs canonica, est nulla, & inferiorem judicem non arctat.*
30 *Idem iudicandum est de inhibitione nulla, ac de iniusta.*
31 *Stylus contra legem non obseruatur.*
32 *Stylus Rotæ debet obseruari in Curia Romana, & extra eam non obligat in partibus.*
33 *Reprobatur Salgad. citatus à Reuerendo Auditore.*
34 *In auditorio Ecclesiastico obseruatur ius canonicum.*
Stylus Regni Castellæ non obseruatur in hoc Regno Portugaliæ: ibid.
35 *Supersessoria, aut inhibitio temporalis non desinit esse perpetua respectu sui effectus, quantumvus apparenter vocetur temporalis ob termini appositionem; quoniam omnis actus, & dispositio judicatur secundùm effectum suum, non secundùm nomen fictum, & appositum.*

LICET inhibitio aut sit ad tempus, aut perpetua, Salgad. *de reg. protect. 2. part. cap. 10. per tot. & n. 29. & seqq.* citatus à Reuerendo doctoque Auditore in suo edicto, de quo *cap. 1. num. 14.* 1

Et decreta ad tempus etiam ante actorum transportationem debeat obseruari, vt tenet Salgad. *dict. cap. 10. n. 47. & seqq.* 2

Et supersessoria, vt in Auditore Signaturæ sacræ Rotæ Romanæ tradit Bicch. *decis.* 451. *num.* 3. & in omnibus de stylo Hispaniæ testantur Salgad. & Mend. *in praxi*, 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 24. vbi de stylo Regni nostri. 3

Quia siue iusta, siue iniusta, ex Rotæ stylo timenda ac obedienda est, Ciarlin. *forens. tom.* 2. *cap.* 125. *num.* 55. Burat. *decis.* 267. *num.* 6. & *annot. ad decis.* 177. *num.* 9. & *decis.* 652. *num.* 1. & 902. *num.* 5. & 909. *num.* 1. Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 20. *ampl.* 11. Salgad. *de reg. protect.* 2. *part. c.* 10. *n.* 27. Bicch. *decis.* 524. *num.* 5. & 491. *num.* 2. Otthobon. *decis.* 33. *num* 4. & *decis.* 108. *num.* 2. Sesse *de inhibit. cap.* 10. §. 2. *num.* 12. & *cap.* 24. *num.* 10. Rot. apud Paul. Rubeum *decis.* 75. *num.* 4. Salgad. *dict. cap.* 10. *n.* 27. & *seqq.* Clemens Merlin. *decis.* 241. *num.* 1. & *decis.* 730. *num.* 2. & *decis.* 738. *num.* 12. Caualer. *decis.* 611. *num.* 1. Fermosin. *in cap. Vt nostrum, de appell. quæst.* 1. *n.* 6. 4

Inhibitione namque pendente, & decretâ, nihil est innouandum, vt tenet Thomat. *decis.* 17. *num.* 12. *part.* 1. 5

Semper enim est seruanda, quamuis dubium sit an afficiat donec ad superiorem habeatur recursus pro declaratione, & donec à Iudice reuocetur, vt tenet Bicch. *decis.* 352. *num.* 14. & *decis.* 514. *n.* 8. qui loquitur in inhibitionibus Rotæ, Thomat. 2. *tom. decis.* 166. *num.* 9. 6

Inhibitioni enim non obediens, non solùm aduersarium, sed judicem offendit, & grauiùs peccat. Sesse *de inhibit. cap.* 44. *num.* 11. 7

Quia post inhibitionem, siue generalem, siue particularem nihil innouari debet, sed solùm obediendum est, ne imperium superioris fiat illusorium, vt tenet Bicch. *decis.* 404. *num.* 2. & *decis.* 439. *num.* 6. Thomat. *tom.* 2. *decis.* 166. *num.* 3. 8

Iudex enim inferior non valet cognoscere de juribus inhibitionis Rotalis, Otthobon. *decis.* 108. *num.* 3. Thomat. 2. *tom. decis.* 166. *num.* 10. & *decis.* 283. *n.* 34. Mend. *in praxi*, 2. *part. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 35. 9

Sed

10 Sed tenetur ei reuerenter obedire, & penitus ab omni actu abstinere, vt prosequitur idem Otthobon. *dict. decis.* 108. *n.* 5. *& 6.* contemni namque non debet, Thomat. 2. *tom.decis.*166.*num.*8.

11 Et ideò inhibitiu attentatum reddit quicquid posteà gestum est. Otthobon. *decis.* 52. *num.* 3. & *decis.* 93. *num.*5. & *decis.* 108. *num.* 1. Rot. apud Rub. *decis.* 75. *num.* 5. vbi quod est attentare etiam ex centro trium conformium ampliat etiam in casu non appellabili Merlin. *decis.* 730. *num.*2.

12 Attamen hoc intelligendum est quando inhibitio ad tempus, aut perpetua est canonica, aut conceditur cum requisitis capitis *Romana*, *de appell. in 6*, quæ obseruari iubet S.Concil. Trident. *sess.*22. *cap.*7. *de reformat.* & comprehendit etiam Nuntios Legatos à latere, Patriarchas, Cardinales, aliosque, & eorum Auditores, vt sunt verba Concilij, & textus *in dict. cap. Romana*, & testatur Ciarlin. *forens. tom.* 2. *cap.*125.*per tot.* & maximè *num* 44. *& seqq.* August. Barbos. *in dict. Conc. & ad cap. Romana, num.*5. *& seqq.* Rota apud Salgad. *de reg. protect.* 2. *part. cap.*1.*num.*2. *&* 21. à Reuerendo Auditore citatum.

13 Decretum enim S. Concilij Tridentini *sess.*22. *cap.* 7. renouauit dictum caput *Romana*, cum suis §§. in totum, & per omnia. Gratian. *in reg.* 40. *in princip.* Lancellot. *de attentat.* 2. *part. cap.* 20. *in præfat. quæst.* 5. *num.* 165. Martha *in compend. decision. tom.* 1. *tit. de inhibit. cap.* 10. *num.* 11. Marchesan. *de commissionib.* 2. *part. cap.* 2. *num.*52. Salgad. *dict.cap.*10.*num.*19. ab Auditore Reuerendo citatus.

14 Non obstante quacunque consuetudine etiam immemoriali, aut stylo, aut priuilegio in contrarium, vt sunt verba dicti Concilij, Ciarlin. *dict.cap.*125.*num.*7.*&* 44. & verba Concilij sunt sequentia: *Tam in admittendis appellationibus, quàm in concedendis inhibitionibus seruare teneantur formam, & tenorem Sacrarum institutionum, & præsertim Innocentij IV. quæ incipit, Romana*, quacunque consuetudine etiam immemoriali aut stylo, & priuilegio in contrarium non obstantibus.

15 Aliter inhibitiones, & processus inde sequuta sunt nulla, vt prosequitur idem Concil. Ciarlin. *dict.cap.*125.*num.*7.*&* 8. & verba Concilij sunt sequentia: *Aliter inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcunque sunt ipso iure nulla.*

16 Et non causant attentatum, quia non fuere legitimæ, & in forma Concilij expeditæ, vt declarat Concil. & textus *in cap. Romana*, & testatur Otthobon. *decis.*52. *num.*4.

17 Quia dicta formalitas Concilij, & Capitis *Romana*, debet etiam obseruari in inhibitionibus decretis super appellationibus interpositis & deuolutis ad sanctam Sedem Apostolicam, vt declarauit sacra Congregatio Cardinalium, quam declarationem ad literam in his terminis refert Salgad. *dict.cap.*10.*num.*41. & citatur à Reuerendo Auditore citato.

18 Quare cùm non obseruaretur in his terminis decretum S Concilij Trident. & dictum Caput *Romana*, *de appell. in 6.* tam supersessoria, & inhibitoria ad tempus quindecim dierum, quàm edictum à Reuerendo Auditore fuit nullum, & omnia inde sequuta inualida fuere, vt sunt verba dicti Concilij, & textus, prout testatur Ciarlin. *forens. tom.* 2. *cap.*125.*num.*1.*& seqq.* & Barbos. *vbi sup.*

19 Obtenta enim ad impediendam eminentem executionem interdicti, quod secum trahebat executionem, erat iniusta, nulla, & calumniosa, vt eleganter tenet Bicch. *decis.*466.*num.*11. vbi multoties decisum in Rota refert.

20 Et vt nulla non erat obseruanda. Ciarlin. *dict.cap.*125.*num.*1.*& seqq.*

21 Quia concessa contra formam Concilij & Capitis *Romana*, est nulla & inualida, & sine pœna ei contrauenire potest, vt prosequitur Ciarlin. *dict.cap.*125. *num.*53. §. *His*, ibi: *His igitur non seruatis inhibitiones sunt nulla, & inualida, & sine pœna eis contrauenire potest.*

22 Non est etiam ei parendum, aut obediendum, vt legitur in dicto Concil. Trident. *sess.*22. *cap.* 7. *de reform.* & in decreto S. Congr. *in* §. 5. inhibitionis, cuius tenor per extensum est apud Quarant. *verb. Archiepiscopi authoritas*, *sub n.*20. *vers. Secundum est.* Ricc. *in praxi fori Eccles. resol.*404. *sub n.*1. Piasec. *in praxi Episcop. part.*2. *de appell.cap.*4 *n.*18. Scacc. *de appell.c.*2.*quæst.*17. Sperel. *decis.*48. *sub n.*46. Ciarlin. *d.c.*125. *num.*46. *& num.*53. ibi: *Eisque impunè non parere licet*: & *num.* 54. Fermosin. *in cap. Vt nostrum*, *de appellat. quæst.*1. *num.*4.

23 Inhibitio enim nulla non ligat manus iudicis inhibiti, quin procedere possit eã non obstante ad vlteriora, *cap. Non solùm*, *in fine de appellat.* Ciarlin. *dict.cap.*125. *num.*54. Fermosin. *dict.quæst.*1.*n.*4.*&* 16.

24 Solùm namque quando est canonica ei obediendum est, & non quando illegitimè decernitur, quia tunc non causat attentatum, nec impedit executionem decreti inferioris. Ciarlin. *dict.cap.*125.*num* 56.

Thomat. 2.*tom. decis.*283. *num.*15. Fermosin. *dict. quaest.*1.*num.*4. *&* 16.

25 Et ideo talis inhibitio decreta non canonicè, & virtute commissionis nullæ, & à non habente iurisdictionem, est nulla, & potest impunè sperni, vt ex Surd. *consf.*414. *num.*46. *&* 44. Gratian. *cap.*17. *sub num.* 3. & aliis tradit Bicch. *decis.*448. *num.*14. vbi iudicatum refert in sacra Rota, & *dec.*474. *num.*33. Thomat. 2.*tom. decis.*283. *num.*15. Fermosin. *vbi suprà.*

26 Ad hoc vt inhibitio dicatur canonicè facta, multa concurrere debent, scilicet quod constet causam per appellationem fuisse ad superiorem deuolutam, eamque intra decem dies fuisse interpositam, & antequam inhibitio relaxetur, pars est citanda ad contradicendum; & etiam requiruntur alia, de quibus DD. statim citandi; aliàs inhibitio non tenet, nec est canonica, vt per textum *in cap. Romana*, §. *Quod si objiciatur, de appell. lib.* 6. cuius obseruationem mandat Concil. Trident. *sess.*22. *cap.*7. *de reform.* eleganter Ciarlin. *dict. cap.*125. *num.*57. *& seqq.* multos refert Baron. *decis.* 2. *part. in add. ad quaest.* 17. *num.*29. Thomat. *part.*1. *decis.*111. *n.*9. latè Salgad. *de reg. protect.* 2.*p. cap.*10. *per tot. & num.* 20. vbi multos refert: cum multis August. Barbos. *ad dict. Concil. Trident.* & *in dict. cap. Romana, num.* 5. *& seqq.* Mend. *dict. c.*11. §. 1. Oliua *de foro eccles. quaest.* 8. *num.*21. *pag.*56. Fermosin. *in cap. Vt nostrum, de appell. quaest.*1. *&* 2. vbi de notificata à notario.

27 Et cùm non sit canonica, non est ei obediendum, quia defecit iurisdictio quæ est anima inhibitionis: & qui iurisdictionem non habet, nun potest decernere inhibitoriam; & si eam decernit, non est canonica, nec est ei obediendum, vt optimè tradit post alios Scan. *in propugn. Relig. Milit. discept.*16. *cap.*3. *num.*16. *&* 18. quem Ego ipse refero *in comment. ad ord. tom.* 3. *pag.*44. *num.* 125. *&* 126. Oliua *de foro eccles. quaest.*17. *num.*33.

28 Quia cùm sit decreta de facto, quando non est Canonicè concessa, ei non tenetur Ordinarius parêre. Couar. *pract. cap.*24. *num.* 3. Salgad. *dict. cap.*10. *num.*78. Fermosin. *d. quaest.*1.

29 Inhibitio enim non canonica, aut minùs canonica est nulla, & inferiorem iudicem non arctat. Concil. Trident. *dict. sess.*22. *cap.*7. Salgad. *d.*2. *part. d. cap.* 10: *num.*19.

30 Et idem iudicandum est de inhibitione nulla minùs solenniter, & minùs canonicè expedita, sicut de iniusta, & contra ius, vt habetur *in cap.* 2. *de in integ. rest.* Fermosin. *d. quaest.* 1. *num.*77. Salgad. *dict. cap.* 10. *num.*79. *&* 80. vbi quod in hoc casu potest cognoscere an possit inhiberi.

Neque obstat stylus Sacræ Rotæ Romanæ, de quo *num.* 4. tum quia est reprobatus per S. Concilij decretum, vt suprà ostendimus *num.*12. & stylus contra legem obseruari non debet, vt exornauimus *forens. cap.*1. *num.*18. 19. *&* 20. 31

Tum etiam, quia quamuis stylus Rotæ debeat obseruari in Curia Romana, extra eam non obligat in partibus, nec in eis attenditur, ac obseruari debet, vt ex Lancelot. & aliis tenet Salgad. *d. cap.*10. *n.*27. *& seqq.* & 1. *part. cap.*2. §. 3. *num.* 19. *cum seqq.* vbi plurimas decisiones Rotæ ad idem refert, quibus adde Ceuall. & Rebuf. sequutos à Sanch. *de matrim. tom.* 3. *lib.*8. *disp.* 21. *sub num.* 16. qui loquitur in rescriptis iustitiæ expeditis in Curia. 32

Neque etiam obstat stylus inhibitionis temporalis, de qua Salgad. in principio citatus, & à Reuerendo Auditore *d. cap.*10. *& num.* 47. *& seqq.* & Mend. de quo *in princip. num.*3. quæ dicitur vulgò *supersessoria*, decreta à Reuerendo Auditore: tum quia est contra Sacrosancti Concilij Trident. decretum, de quo suprà, in quo reprobatur consuetudo in contrarium. 33

Tum etiam quia idem Salagd. fatetur *num.* 47. quod contraria resolutio est in puncto iuris verior, vt patet ibi: *Et licèt in puncto iuris resolutio huius quaestionis verissima sit.* Et cùm in hoc Regno debeat obseruari ius, & non stylus ex dispositione Ord. *lib.*3. *tit.*64. §.1. & in iudicio Ecclesiastico ius Canonicum, vt multis citatis tenet Leitaon *in priuatis Scholis ad tit. de differentiis inter ius commune & ord. n.*1. *& seqq.* non debebat obseruari supersessoria, nec inhibitoria temporalis ex stylo Regni Castellæ, qui ad hoc Regnum non extenditur, ex dictis à Valenz. *consf.* 33. *num.*131. maximè contra ius, iuxta quod exulare debet, vt tenent multi, quos Ego ipse refero *forens. cap.* 1. *num.*18. *& seqq.* Ex quibus etiam reprobatur assertio Mend. ex aduerso allegati: & ita fuit nulla inhibitio, & supersessoria temporalis Reuerendi Auditoris, vt etiam dicemus infrà, & tenet in specie Salgad. *de libert. benefic. cap.*7. *num.*23. 34

Nec ista supersessoria aut inhibitio temporalis desinit esse perpetua respectu sui effectus, quantumuis apparenter vocetur temporalis ob termini appositionem, quoniam omnis actus & dispositio iudicatur secundùm effectum suum, non secundùm 35

secundùm nomen fictum & appositum, vt est textus *in l. Si in insulam 6.l. Si vnum, l. Lege 32.ff. de praescript. verb.* cum aliis de quibus eleganter Hieronym. Gabriel *cons.*168.*num.*4.*vol.*1. Seraphin. *decis.*794. *num.*1.*& seqq.* eleganter Bald. *in l.*2. *Cod de commodat.* & ideò talis stylus introductus contra ius non admittitur, nec attenditur, vt teuet Giurb. *cons.*39. *num.*45.70. & 71. & in terminis supersessoriae tenet Salgad. *de libert. benef. cap.*7.*num.*23.

CAPVT LVII.

De nullitate Edictalis, Decreti, & declarationis Reuerendi Auditoris transactae virtute commissionis obtentae ab Illustrissimo ac Reuerendissimo Nuntio cum potestate Legati à latere aduersùs Pastoralia Illustrissimi Archiepiscopi procedentis ad vlteriora.

SVMMARIVM.

1 *Supersessoria aut inhibitio est nulla quando decernitur cum potestatis defectu.*

2 *Inhibitoria solùm affigitur per portas, quando citatus est absens in partibus longinquis.*

3 *Intimatio debet fieri personaliter, & etiam facta procuratori non suffragatur.*

1 Æc nullitas est clara, quia tam commissio, quàm supersessoria & inhibitoria est nulla, & contra formam Concilij & capitis *Romana*, de facto fuit decreta, vt ostendimus *cap.* 56. & in his terminis non erat licitum Reuerendo Auditori decernere talem declaratoriam, aut edictum ob contrauentionem supersessoriae, & inhibitionis nullae, aut decreti transacti cum tali defectu, vt eleganter tradit decisum in sacra Rota Romana Caelius Bicch. *decis.*448. *num.*15. ex variis decisionibus Rotae apud Perusin. Posth. *de manut.obs.*103.*num.*23.

2 Et eadem nullitate laborauit decretum Reuerendi Auditoris in fine compulsoriae, & supersessoriae, §. *Ordeno, de qua cap.*1. *num.*10. *in fin.* Tum quia contra stylum, & authoritatem debitam Illustrissimo ac Reuerendissimo Archiepiscopo, & extra stylum: tum quia cùm Dominus Archiepiscopus esset praesens suo Palatio, & semper promptus & paratus ad iustitiae obedientiam, & administrationem, tale decretum scribi non debuerat in quo decretum erat, quod affixio per Palatij portas facta fuisset, quando solùm in absentia ac mora in partibus longinquis sufficit affixio ad valuas Ecclesiae. *Clementin. Causam*, vbi notant omnes, *de electione*: Barbos. *de Canonic. & Dignitatib. cap.*20. *sub num.* 18. *vers. Non longè absit.* Et tunc quod fuerit praesentata, probatur ex relatione executoris, cui tanquam de re ad eius officium spectante fides adhibetur, & aliis modis, de quibus Bicch. *dec* 615.*per tot.*

Et ideò non debebat decernere tale decretum, quando etiam de iure certum est, quod intimatio debet geri personaliter, & etiam facta procuratori non suffragatur. Clemens Merlin. *decis.*29.*num.*11. 3

CAPVT LVIII.

Vtrum Reuerendus Auditor virtute commissionis Illustrissimi Nuntij cum potestate Legati à latere possit suspendere interdictum ad tempus ante actorum transportationem, quando promulgatum fuit ab Illustrissimo Archiepiscopo aut Episcopo, à quo appellatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Reuerendus Auditor, cui commissa fuit causa, potest suspendere interdictum, & quare* num.2.& 3.

4 *Contrarium est verius.*

5 *Delegatus excedens formam commissionis procedit vt priuatus.*

6 *Si delegatus exceedat limites suae delegationis non est ei obediendum, & potest ab Ordinario puniri, & animaduerti, suumque edictum annullari.*

7 *Respondetur argumentis contrariis.*

8 *Supersessoria, aut inhibitio temporalis afficit actus futuros, & non praeteritos:* & n.9.

10 *Nulla maior nullitas in iure est, quàm defectus potestatis: & quod vltra potestatem fit, nulliter fit.*

11 *Laxatio interdicti non est diuersa à suspensione illius; idem enim est relaxatio, ac suspensio interdicti: & in iure aequiparantur.*

12 *Non potest relaxari interdictum ad cautelam,*

lam, sicut potest relaxari excommunicatio: & quare.

1 N hac quæstione videbatur respondendum affirmatiuè; tum ex dictis *in cap. 56. num. 1. & seqq.* tum etiam, quia etiam absque commissione expressa suspendendi poterat concedere supersessoriam ad tempus quindecim dierum, vt concessit in forma, de qua *cap. 1. num. 12.* ex stylo de quo Mend. *in praxi, 2. part. cap. 11. num. 24.* Salgad. *dict. cap. 10. n. 19. & seqq.* & etiam *num. 47.* à Reuerendo Auditore citatus.

2 Secundò, quia textus *in cap. Romana, §. Sententias, de appellation. lib. 6.* solùm prohibet reuocationem interdicti, aut declarationem nullitatis sententiæ illius antequam de appellatione legitimè cognoscatur, vt patet ex verbis ibi: *Sententias quoque interdicti, vel suspensionis, seu excommunicationis in appellantem, ab eo à quo appellatum proponitur promulgatas nullatenus nisi vocatis partibus, & de appellatione legitimè cognitâ reuocent, aut denuntient esse nullas.* Ex his verbis manifestè constat, non esse interdicti suspensionem prohibitam; quare licita erit suspensio, quia non inuenitur prohibita in dicto textu, sed solùm reuocatio, & relaxatio, res diuersa à suspensione.

3 Tertiò, quia excommunicatio, & interdictum paribus passibus ambulare videntur, *c. Ad hæc, c. Cùm medicinalis, de appell. in 6.* Et sicut excommunicatio potest tolli ad cautelam, ita interdictum, vt notat Leand. *tr. 5. de interd. disp. 10. q. 15. in princip.*

4 Sed his non obstantibus contraria resolutio est indubitabilis, quia cùm interdictum fuisset generale ciuitatis, ad cautelam relaxari, nec suspendi potest, vt est textus expressus *in cap. Præsenti 10. de sententia excommunicationis, lib. 6.* ibi: *Præsenti generali declaramus edicto, beneficium relaxationis ad cautelam quoad interdicti sententias in Ciuitates, Castra, vel qualibet alia loca, siue terras aliquas generaliter promulgatas locum aliquatenus non habere.* Et meritò, quia differtur relaxatio interdicti vsque ad finem causæ, vt sunt verba Glossæ *ibi, verbo Præsenti, in fin.* & ita resoluunt Barbos. ibi *in collectan. num. 1. & 2.* Henriq. *lib. 13. cap. 51. §. 4. lit. R.* cum multis Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 15. num. 7.* Bonacin. *de censur. disp. 5. punct. vltim. num. 9.* Leand. *vbi supr. vers. Sed:* Castr. Palao *de censur. disp. 5. punct. 7. §. 2. num. 9. pag. 280.* Mar. *disp. 35. sect. 3. num. 2.* Auila *5. part. disp. 6. dub. 5. conclus. 2.*

Et cùm commissio fuisset concessa prout de iure, vt patet ex verbis relatis *in cap. 1. num. 11.* ibi, *absoluat ac prout de iure restituat, procedat vt petitur, & iustitiam faciat, tam super interdicto generali huius Ciuitatis, quàm particulari*; cùm de iure ei non competeret suspensio interdicti, vt dictum est, nulliter de facto, & contra iuris regulas decreuit suspensionem, esto, quod præmissa fuisset commissio; quia Reuerendus Auditor delegatus excedens formam commissionis procedit vt priuatus, & est nullum quidquid effecerit, vt tenet Frances *Pastoralis regular. 1. part. clausul. 10. pag. 16. num. 15.* eleganter Ioan. à S. Sacramento *de officio & potest. Prior. claustr. part. 1. illat. 2. & 3.* 5

Quare si delegatus excedat limites suæ delegationis, non est ei obediendum, & potest ab Ordinario puniri, & animaduerti, suumque edictum annullari, vt ex Barbos. *de potest. Episcop. 3. part. alleg. 106. num. 27. & 28.* tradit Frances *pastoralis Regular. 2. part. cap. 15. num. 3.* & multis citatis tenet eleganter Themud. *decis. 53. & 54.* & ita nulla fuere edicta affixa Reuerendi Auditoris, de quo *in cap. 1. num. 13. & num. 14.* & vt talia declarata optimo iure in pastorali decreto ab Illustrissimo Archiepiscopo fuere, vt dictum suprà est, vbi ad omnia responsum fuit. 6

Neque obstant in contrarium adducta. Non primum de supersessoria: tum ex dictis *cap. 56. num. 12. & seqq.* tum quia quando haberet locum, non poterat suspendere interdictum iam promulgatum legitimo tempore, quod secum trahebat executionem, quia supersessoria, aut inhibitio temporalis afficit actus futuros, sed non præteritos. Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 20. in præfatione, num. 12.* cum aliis Burat. *decis. 902. num. 5.* quos refert Bicch. *decis. 384. num. 4.* ibi: *Ac inhibitio ad formam commissionis à me concessæ afficit actus futuros, non præteritos:* & *decis. 324. n. 1.* ibi: *Cùm respiciat futura, non autem præterita.* 7

Et meritò, quia dictus stylus secundùm eosdem DD. loquitur tantummodò in suspensione futura; hoc enim significat supersessoria: nullibi enim legimus hoc remedium & facultatem præmissam fuisse executioni iam paratam, vt in fortioribus terminis clarè ostenditur *in c. Si quando, de rescriptis, c. Cùm teneamur, de præbend.* 8

Repugnant enim naturæ ipsius supersessoriæ, cùm detur ad supersedendum, nec vltra quàm executione non facta verificari potest; facta quippe executione interdicti per affixionem, quod secum trahebat 9

executio

executionem, cùm non subsistat subiectum habile, facultas concedendi supersessorias non extenditur ad executionem præteritam, nec potest retractare interdictum, quod legitimo tempore fuit promulgatum, vt iudicatum fuit in Sacta Rota Romana multoties, prout in his terminis testatur Iacob.Cavaler. *decis.* 287. vbi cùm dubitaretur an facultas suspendendi, & supersedendi in commissione operetur executione iam facta, fuit negatiuè responsum in hæc verba: *Et Domini responderunt negatiuè*. Et præstat rationem in verbis ibi: *Quia non potest supersederi in executione iam perfectè consummata, vt dictum fuit in Aquilana beneficij*, 28. *May* 1599. *coram B.M. Peña*. Et ibi refert multas decisiones, & etiam Marchesan. *de commissionib. appellationum ab executione Breuis*, 1. *part*. §. 2. *qui est* 19. *in ordine*, *pag*. 437. vbi præstat rationem in verbis ibi: *Cùm illa operetur suspensionem, non reuocationem executionis iam factæ, vt fuit dictum in pluribus causis*. Et ibi refert multas decisiones factæ Rotæ Romanæ: & *folio* 433. *& fol* 469. & est decisio 88. *n*. 5. *&* 6. post tractatum Posthij *de manut*. in qua aliæ plures decisiones etiam recensentur.

10 Et ideò deficiebat potestas suspendendi & decernendi supersessoriam ad hoc vt interdictum iam promulgatum suspenderetur, quâ interueniente fuit supersessoria & edictum Reuerendi Auditoris nullum; nulla enim in iure major nullitas est, quàm defectus potestatis; & quod vltra potestatem fit, nulliter fit. Giurb. *decis*. 96. *sub n*. 10. idem Salgad. à Reuerendo Auditore citatus in edicto, de quo *c*. 1. *n*. 14 4. *p*. *c*. 6. *n*. 3. & omnia edicta inde sequuta fuerunt nulla, quia dicta nullitas refunditur in sequentia Giurb. *cons*. 9. *sub n*. 14. *in fin*. Guazin. *de defensione reor*. *p*. 2. *cap*. 2. *num*. 3.

11 Ad secundum, respondetur negando relaxationem interdicti esse diuersam à suspensione illius; idem enim est relaxatio, ac suspensio interdicti, & in iure æquiparantur, vt tradit Barb. *in dict. cap. Dilectis*, *de appellat. num*. 3. ibi: *Quod inferiores Romano Pontifici interdictum ab ipso Pontifice, vel ab aliis Prælatis prolatum relaxare non possunt, nec in totum, nec etiam ad tempus suspendere*. Castro Palao *dict. punct*. 7. §. 1. *n*. 1. ibi: *Nam illa suspensio est interdicti sublatio*; & ad hoc allegat multos DD.

12 Ad tertium respondetur, non posse relaxari interdictum ad cautelam, vt excommunicatio, quia sic decreuit Greg.X. *in d.c. Præsenti*, *de sententia excommunicationis*, *lib*. 6. ex cuius verbis relatis suprà *n*. 4. constat, quod si detur talis relaxatio, omninò sit nulla, vt notat Gloss. *ibi*, *verb. non habere*. Sic omnes. Gloss. *in d.c. Præsenti*, quæ rationem affert, quare Pontifex voluit quod relaxatio interdicti generalis localis non habeat locum, sicut relaxatio excommunicationis, dicendo quod hoc statuit Greg.X. propter communionis periculum in excommunicatiune; vnde ad aliorum cautelam fit hæc absolutio. At in participatione interdictorum non est tantum periculum, & ideo suspensio, aut relaxatio ad cautelam non habet locum in interdicto, sicut habet in excommunicatione; sed differtur relaxatio interdicti vsque ad finem causæ, vt eleganter respondit in hac specie Leand. *tract*. 5. *de interdict. part*. 6. *disp*. 10. *quæst*. 15. *vers. Sed*, *pag. mihi* 420.

CAPVT LIX.

Vtrum Reuerendus Auditor virtute commissionis factæ ab Illustrissimo Nuntio cum potestate Legati à latere ante actorum transportationem possit relaxare excommunicationem per edicta promulgatam ab Illustrissimo Archiepiscopo aut Episcopo, à quo appellatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio excommunicationis potest fieri ad cautelam per breue tempus cum reincidentia, præstitâ per excommunicatum cautione de stando iuri, & parendo mandatis Ecclesiæ.*

2 *Relaxatio non potest fieri ante actorum transportationem, sed post eam, constito de appellatione, auditis partibus, causâ cognitâ, parte citatâ, & visis actis.*

QVAMVIS relaxatio excommunicationis possit fieri ad cautelam per breue tempus, cum reincidentia, præstitâ per excommunicatum cautione de stando iuri, & parendo mandatis Ecclesiæ, ex decreto S.Cong. apud Ciarlin. *tom*. 2. *forens*. *c*. 125. *n*. 108. & ex Gloss. *in c. Præsenti*, *de sent. excom. lib*. 6. Pasqualig. *de contr. inter Episcop. & Reg*. 2. *p*. *q*. 16. cum aliis Alphons. de Leon *de censur. re-sol*. 2. *num*. 786. *& seqq*. Salgad. à Reuerendo Auditore citatus *part*. 2. *cap*. 1. *in fine*. 1

Attamen non potest fieri ante actorum transportationem, sed post eam, constito sibi de appellatione, auditis partibus, cau- 2

sâ cognitâ, parte citatâ, & visis actis, prout est resolutum per Sacr. Congreg. apud Ciarlin. *d.c.* 125. *n.* 106. 107. *&* 108. & in Legato à latere idem dicit *cap.* 148. *n.* 35. *&* 36. Pasqualig. *de contr. inter Episcop. & Reg.* 2. *p. q.* 16. & idem decretum Sacræ Congregationis tradir Salgad. à Reuerendo Auditore citatus *in suo edicto, de quo c.* 1. *n.* 14. *p.* 2. *c.* 1. *n.* 247. & 2. *p. c.* 4. *n.* 209. Themud. 1. *p. in præfat. c. Romana, per tot.* §. *Sententias, de appellat. in* 6. & cùm sine his requisitis procederet Reuerendus Auditor, licèt solùm promulgata esset excommunicatio, nec illam etiam ad cautelam relaxare potuerat.

CAPVT LX.

Vtrum si Nuntius cum potestate Legati à latere contendat cum Archiepiscopo, aut Episcopo, possit recurri ad Principem, vt cesset competētia inter eos orta?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum si Nuntius contendat cum Archiepiscopo, possit recurri ad Principem.*

1 E hac quæstione agit eleganter in terminis Villaroël. *Gouierno Eclesi. y pacific. p.* 1. *q.* 4. *art.* 5. *num.* 11. *& seqq.* vbi multa refert. Beroi. *consi.* 56. *n.* 13. *vol.* 3. Thesaur. *dec.* 82. Guttier. *pract. q.* 34. *n.* 18. *&* 22. *lib.* 1. Oliban. Lusit. *c.* 14. *n.* 144. Cephal. *consi.* 19. Cabed. *de iurepatron. c.* 36. *n.* 3. Cancer. *var. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 7. *& seqq.* Borel. *de præst. Reg. Catholic. cap.* 71. *n.* 58. *&* 59. textus optimus *in c. Quia à Sancta Romana, & c.* 28. *in ordine*, 63. *dist.*

CAPVT LXI.

Vtrum Illustrissimus Archiepiscopus, recognitâ eius iurisdictione, possit tollere interdictum ab eo promulgatum in defensionem suæ iurisdictionis, in competentia orta inter eum, & Illustrissimum Nuntium cum potestate Legati à latere.

SVMMARIVM.

1 *Cùm iurisdictio manet illæsa, sequitur tollere interdictum.*

2 *Interdictum potest tolli ab eo qui illud promulgauit: & quid in interdicto, excommunicatione, aut suspensione iuris.*

ESOLVENDA est quæstio affirmatiuè, quia cùm per recognitionem, de qua *in c.* 1. *n.* 16. iurisdictio Ordinarij maneret illæsa, sequebatur debere tolli interdictum per Illustrissimum Archiepiscopum, vt inquit Ciarlin. *forens. contr.* 125. *tom.* 2. *num* 98. Valenz. *contra Venetos* 5. *part. num.* 52. *& seqq.* Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.* 15. 1

Cùm enim promulgatum fuit ab Illustrissimo Archiepiscopo, ab ipso tolli licitum erat, *ex cap. Per tuas* 40. §. *In Sardicensi*, vbi Gloss. *verb. Nullus*, & *in c. Sacro* 48. *de sent. excom.* cum aliis de quibus Escobar *de vtroque foro tom.* 2. *de confess. solicit. p.* 2. *q.* 4. §. 1. *n.* 24. *pag. mihi* 175. Leon *de censur. recoll.* 2. *n.* 786. *& seqq.* Ricciul. *de iur. person. cap.* 66. Aug. Barb. *in c. Dilectis* 55. *de appell.* & *de potest. Episcop. alleg.* 39. Fermosin. latè *in cap. Pastoralis* 35. *de appell.* §. *Verùm*, *q.* 1. *& seqq.* Suarez *de censur. disp.* 38. *de interdict. sect.* 1. *& seqq.* Prosper Fagn. *in c. Canonum statuta*, *n.* 32. *de const.* & *in cap. Ad hac*, *n* 22. *de relig. domib.* Sayr. *de censur. lib.* 5. *c.* 15. *& n.* 19. Castr. Palao *p.* 6. *de censur. disp.* 5. *punct.* 7. §. 2. *& seqq.* & *disp.* 1. *punct.* 10. *& seqq.* Leand. *de censur. tract.* 5. *de interdict. disp.* 10. *quæst.* 1. *& seqq.* & *de excommunicat.* *& de censur. disp.* 11. *q.* 5. *& seqq.* & *de suspens. disp.* 5. *q.* 1. *& seqq.* & *disp.* 17. §. 1. *q.* 1. *& seqq. &* §. 2. *& seqq.* qui omnes etiam agunt quid dicendum quando excommunicatio, aut suspensio, aut interdictum est à iure positum, & quis possit absoluere, relaxare, suspendere, & tollere: de qua re etiam Const. Archiepiscop. Vlissipon. *lib.* 5. *tit.* 47. *&* 48. 2

CAPVT LXII.

An, & quando sit vitandus Clerici aut Monachi percussor, qui notorius dicitur dum iudicialiter denunciatus non est, & qui percussus fuit in competentiæ defensione formatæ inter Illustrissimum Nuntium cum potestate Legati à latere, & Illustrissimum Archiepiscopum; & à quo possit absolui? Impugnantur etiam errores, qui circa huiusmodi quæstionem in praxi interuenire solent.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Percutiens Clericum vel Monachum incurrit in excommunicationem Canonis.*
Quid in Tertiariis, ibid.
2 *Quando quis dicatur notorius percussor Clerici vel Monachi, ad hoc vt euitetur:* & num. 3. & seqq. *Explicatur*, ibid.
4 *Per negationem res efficitur dubia.*
6 *Quando quis excusetur ab hac excommunicatione.*
9 *Notorium quando dicatur delictum, aut res:* & num. 10. & seqq.
25 *Quis possit absoluere ab hac excommunicatione.*
Potest Papa, ibid.
27 *Potest Legatus à latere.*
28 *Quid in aliis legatis missis, & natis:* & num. 29.
30 *An possit iudex causa absoluere.*
31 *An & quando possit Archiepiscopus, aut Episcopus:* & num. 32.

1 N hac materia est textus clarus & expressus *in c. Si quis suadente*, 17. q. 4. cuius verba sunt hæc: *Si quis suadente diabolo in clericum vel monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum præsumat illum absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.* Hæc sunt formalia verba textus, quem latè explicat, ampliat, limitatque eleganter August. Barb. *in collect.* Layman. *in Theolog. mor. lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5.* Costa *de scient. & ignor. cent. 2. disp. 13.* Portel. *in dub. reg. verb. Manus violenta.* Cened. *collect. 24.* Cordeiro *de stat. Ecclesi. p. 1. tract. 2. de priuileg. Canonic. q. 1. & seqq.* Castr. Palao *par. 6. de censur. disp. 3. punct. 22. & punct. 23. §. 1. & seqq. & d. §. 1. n. 14.* vbi etiam an Tertiarij Ordinis Diui Francisci, aut alterius gaudeant priuilegio Canonis, & comprehendantur in hoc textu. Dian. *part. 9. tract. 4. resol. 11.* Fragos. *de regim. Reip. 2. part. lib. 1. disp. 2. §. 2. num. 41.* Bordon. *resol. 26. num. 10.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 12. num. 41.* Pontius *de matr. lib. 9. cap. 8. n. 6.* Frag. Pont. & Barb. *vbi suprà*, latè Constit. Vlissiponens. Archiepiscopatus *lib. 5. tit. 26. §. 3.*

2 Et quando contingit Monachi, vel Clerici percussio, quæ notoria dicitur, solent personæ aliquæ timoratæ, præcipuè clerici, vel Parochi, recurrere ad Superiores Ecclesiasticos, vt sibi exponant, an vitare debeant prædictos percussores, qui fortè iam in judicio impetuntur super illo crimine; & ibi agitur an sint denunciandi excommunicati.

Certum enim est in iure notorij clerici percussorem vitandum esse antequam denunciatus sit, ita disponente extrauag. *Ad vitanda*, edita in Concil. Constantiensi, quam refert post alios & explicat Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 12. num. 6.* 3

Aliqui iudices respondere solent, clerici percussorem non esse vitandum, dum eo audito non deciditur in judicio, an notorius sit percussor, vt asseritur: quod secutè asserunt, quando ipse in judicio negat, vel asserit talem causam interuenisse, quæ eum excusat ab excommunicatione Canonis, *d. c. Si quis suadente* 17. q. 4. per negationem enim res (inquiunt) efficitur dubia, ex textu *in l. 3. C. quibus ad libertat. proclam.* Gloss. *in c. 1. verb. Conseruatores, de offic. deleg. lib. 6.* vt tenent illi, quos tacito nomine citat Valle *de incant. opusc. 1. sect. 2. c. 16. n. 14.* At hoc inciuile est; nam per hoc tollitur differentia, quam sciò fecit dicta extrauag. *Ad euitanda*; & non magis vitaretur Monachi ac Clerici percussor notorius, quàm alij excommunicati, quod non est dicendum. 4

Alij autem notitiam habentes vel probationem circunstantiarum percussionis, & credentes eam fuisse notoriam, respondent vitandum esse illum percussorem. At hoc etiam tutum non est; nam si apud alios non habeatur pro notorio percussore, hi non eum vitare debebunt, quia judex eum notorium percussorem existimat; nam ille in prædictis terminis non respondet vt Iudex, sed vt consultor interrogantibus, non enim, vt suppono, adhuc iudicat; si enim iudicaret in actis seruatâ formâ debitâ, tunc quidem cessaret quæstio; nam deinceps vitandus esset percussor, si non vt notorius, saltem vt denunciatus. 5

Quid ergo in hoc dubio dicendum est? Ego quidem in primis certum credo Iudicem Ecclesiasticum nihil posse decernere tanquam judex, vt proximè admonui. Tanquam consultor autem ego dicerem ante aliud, quod vt vitetur percussor notorius, non sufficit quod notorius sit, sed requiritur quod sit, vel præsumatur iniustus percussor, idest sine legitima causa; nam si causa iniusta non sit, veluti quia Clericum, vel Monachum inuenit turpiter cum vxore, matre, vel filia conuersantem, & ob id percussit, cùm excommunicationem Canonis non incurrat, iuxta textum *in c. 1. de sent. excommunic.* & ibi Barb. *in collect.* vel quia Clericum enormitatibus se immiscentem percussit, iuxta textum *in cap. Cùm non ab homine, vers. fin. cap. Perpendimus,* 6

de sent. excommunic. vel excusetur simili causa, de quibus latè Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 27. *per tot.* & Barb. *ad collect. dict. cap. Si quis suadente*, *num.* 50. *& seqq.*

7 Certum tunc est talem percussorem etiam notorium non esse vitandum, quod expressè cum aliis quos citat scripsit Sayr. *de censur. lib.* 2. *d. c.* 12. *n.* 18. *vers. Secundum.*

8 At asserere non audeo cum Sayr. *d. loco*, requiri quod non solùm constet notoriè percussorem esse, sed etiam esse injustum percussorem; sic enim rarissimè esset vitandus percussor, cùm raro constet notoriè de non existentia iustæ causæ percussionis, neque vllum sit crimen notorium, in quo aliqua excusatio allegari non possit, vt tenet Menoch. *de arbitr. cas.* 542. *num.* 26.

9 Existimo igitur sufficere, quod constet notoriè de percussione; hæc enim præ se fert injustè, & sine causa fuisse factam, nisi positiuè constet, saltem probabiliter, justam fuisse, & causam excusantem interuenisse: quod sentire videtur Farin. *in prax. q.* 21. *n.* 51. defendens notorium dici delictum etiamsi non constet de exclusione qualitatum excusantium.

10 Deinde dicerem, quod si notorius est percussor, neque apparet aliqua excusatio, quæ eum releuet, tunc ab illis vitandus est, qui eum pro notorio clerici vel monachi percussore agnoscunt, & talem esse judicant. Probatur; nam cùm simus in terminis, in quibus non datur, neque dari potest judicis sententia, nulla est causa efficax, quæ operetur, vt apud omnes debeat haberi pro notorio percussore. Quilibet igitur judex est circa vitandum, vel non vitandum talem percussorem, vt propriæ conscientiæ satisfaciat.

11 Vnusquisque ergo judicare debet, an sibi sit, vel non sit notorius clerici percussor. Pro quo agnoscendo debet aduertere, quod notorium illud dicitur, quod apud majorem partem viciniæ, aut collegij, aut oppidi per testes oculatos notum est, vt ad propositum cum aliis quos citat, tradit Sayr. *dict. c.* 12. *num.* 19. & post eum Farin. *in pract. crim. quæst.* 21. *num.* 41. 45. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 166. *n.* 8. At ipse Menoch. *num.* 7. Farin. *n.* 48. & in specie Sayr. *dict. num.* 19. cum pluribus quos citant, docent verius esse, non dari certam regulam ad notorium statuendum, sed id pendere ex prudentis judicis arbitrio.

12 Verùm per hoc difficultas non cessat; nam neque in specie, de qua agimus, judicis arbitrium attenditur, cùm vt suprà notauimus, quæstio nostra petat quando vnusquisque ante judicis sententiam debeat vitare notorium Clerici aut Monachi percussorem. At respondere potest, quod sicuti judicis arbitrio relinquitur, an crimen sit notorium, sic etiam in terminis de quibus agimus, vniuscuiusque arbitrio relinquendum est; quilibet enim in proposito judex est ad judicandum, an ipse vitare debeat talem percussorem, & an sibi sit notorius.

Deinde quamuis vniuscuiusque arbitrio relinquatur, quisnam in proposito sibi sit notorius clerici percussor, tamen de eo ipso dubitabit, qualiter scilicet arbitrari hoc debeat; cùm enim nunquam adeo liberè concedatur arbitrari, vt arbitrium non sit juris regulis metiendum, vt aduertunt Mart. *de claus. p.* 1. *claus.* 303. Farin. *in prax. q.* 27. *n.* 127. id ipsum quærimus, quando scilicet arbitrari debeamus notorium esse clerici aut Monachi percussorem. 13

Et certè regulæ, & traditiones DD. de hac re scribentium nec videntur rationabiles, nec practicabiles: siue enim dicamus cum DD. de quibus Farin. *d. q.* 21. notorium delictum illud esse, quod coram toto populo, aut decem fuit commissum, non videtur id tutum; nam hoc esset maximè restringere notorium, potuit enim collegium, siue vicinia constare minori numero personarum: & non videtur dicendum, quod non sit notorium, quod in collegio siue vicinia notum est. 14

Neque etiam videtur dici posse, notorium non esse quod à duobus, vel tribus oculatis testibus, & fide dignis asseritur, si id apud populum divulgatum fuit, & ab eo pro certo, & indubitato habetur. 15

Deinde impracticabiliter traduntur quæ à DD. circa notorium sunt tradita: nam demus quod illud est notorium, quod coram maiori parte populi, siue decem, aut octo gestum est; nonne ego quidem qui priuatus sum, & judicare debeo in proposito, an alter sit notorius Clerici aut Monachi percussor, debeo interrogare majorem populi partem, vel illos decem, an coram eis facta sit sacrilega percussio? Minimè quidem; non enim judex sum: nonne igitur apud illos solùm qui viderunt, & sciunt majorem partem populi, aut decem vidisse, notorius percussor habendus erit? Absit. Quid ergo dicendum est. 16

Ego sanè in hac controuersia existimo, illum mihi, & cuilibet esse notorium Clerici, vel Monachi percussorem, qui etiam tribus vel duobus videntibus crimen commisit, dummodo publicatum sit, & diuulgatum apud populum, siue Parochiam, siue potiùs apud illos, qui notitiam habere solent 17

solent eorum, quæ in eo loco aguntur, & publica reputantur; vt apud illos pro certo & indubitato habeatur, illum fuisse Clerici, vel Monachi percussorem: ex his enim notorietatem resultare existimo, aliàs enim impossibile ferè est notorium suos producere effectus, præcipuè in proposito, propter difficultates suprà proximè consideratas.

18 Illud autem omninò addendum, & aduertendum puto, ne aliàs nostra resolutio impracticabilis quoque dicatur, quod scilicet in proposito mihi, & cuilibet erit notorius Clerici aut Monachi percussor ille, de quo ego audierim à duobus fide dignis, illum pro tali haberi à populo, siue ab illis ad quos solet peruenire notitia eorum, quæ publica sunt; nam si ego per hoc crediderim pro certo & indubitato illud verum esse, erit mihi notorius clerici, vel Monachi percussor, & vt talis vitandus, licèt neque viderim percutere, neque à videntibus audierim, sed ab aliis dicentibus alios vidisse, & proinde diuulgatum fuisse, ac pro certo, & indubitato habitum illum esse percussorem Clerici, vel Monachi.

19 Probatur hæc additio, & admonitio; nam aliàs solùm videntes, & à pluribus audientes illum fuisse percussorem, vitare tenerentur, quod non videtur dicendum.

20 Deinde, quia infamia non resultat nisi frequens vox, quæ aliquem de crimine suspectum reddit, apud majorem partem populi viciniæ inualuerit. Sayr. *de claui Reg. lib.* 1 1. *c.* 1 0. *n.* 1 3. Bonac. *in Decalog* 2. *tom. disp.* 10. *punct.* 5. *n.* 4. *vers. Respondent.*

21 Et tamen vt ego judicem aliquem infamatum, non requiritur quod audierim à maiori parte populi, vel viciniæ, sed sufficiunt duo testes deponentes illum esse infamatum, vt scribit Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 6. *n.* 1 2. Leitaon *de iur. Lusit. tract.* 3. *q.* 9. *n.* 56.

22 Per contrarium verò, licèt ego viderim percutientem, & alter etiam viderit, non erit per hoc notorius clerici vel Monachi percussor, neque eum vitare debebo, nisi hoc publicum sit, & diuulgatum apud plures, qui solent agnoscere quæ publica sunt, & hoc habent pro certo, & indubitato; ex hoc enim resultat notorietas non solùm ex eo, quod ego viderim, vel etiam alij pauci.

23 Non igitur requiritur vt existimo quod plures viderint, sed sufficit quod apud plures sit pro certo, & indubitato illum fuisse percussorem: neque etiam quod ego qui dubito, an eum vitare debeam, viderim, aut audierim illum fuisse percussorem Clerici, vel Monachi, & pro tali haberi pro certo, & sine dubio apud plures, ad quos solet peruenire notitia eorum, quæ in illo loco publica sunt.

His enim motus rationabiliter judicabo, eum esse percussorem notorium, & vt talem vitabo, & sic dubium propositum aliqua nouitate componendum existimo. 24

Quod verò attinet ad absolutionem excommunicationis, textus *in dict. cap. Si quis suadente*, formam præstat, & eam reseruat Pontifici præter mortis articulum, vt tenent DD. etiam de quibus *num.* 1. Castr. Palao *mor. part.* 6. *de censur. disp.* 3. *punct.* 22. *num.* 2. & 3. & *punct.* 23. 25

Et verum si detur competentia inter Archiepiscopum, aut Episcopum, & Nuntium, aut Legatum à latere circa absolutionem talis excommunicationis ante eius declarationem, ad quem pertineat absolutio, & an possit à quocunque fieri? 26

Dicendum est Legatos à latere ante declarationem excommunicationis posse absoluere ab excommunicatione incursa à dicto capite *Si quis suadente*, *ex cap. Excommunicatis* 9. *de offic. Legat.* & *c. Quod translationem* 4. *cap. Ad eminentiam* 20. *de sentent. excommunic.* & ibi Barbos. *in collect.* Cord. *d. part.* 1. *tract.* 2. *quæst.* 22. *num.* 3. Bordon. *in miscel. decis. decis.* 25. vbi explicat Oliua *de foro Eccles.* 2. *part. quæst.* 38. *num.* 7. qui etiam loquitur in Nuntio: Barbos. *de iur. ecclesi. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 27. 27

Alij verò Legati, qui non sunt à latere, possunt absoluere eos, qui sunt de ea prouincia, vbi illi sunt Legati; non verò alios, qui ex aliis prouinciis ad illos deueniunt, nisi hoc ex peculiari priuilegio sit illis concessum, vt tenet Cord. *d. quæst.* 22. *num.* 5. Bordon. *d. decis.* 25. vbi in Legato à latere tenet contrarium. 28

Legati autem nati non possunt, nisi expressam facultatem ad hoc habeant, ex Cordeir. *d. quæst.* 22 *num.* 6. 29

Dixi dummodò non sit declaratus excommunicatus à proprio judice, quia tunc ab eo absolui potest, ex Glossa *verbo Prauentus, in cap. Proposuisti* 19. *de foro compet.* Bordon. *d. decis.* 25. *ad fin.* 30

Quod non competit Archiepiscopo, aut Episcopo, ex dicto textu *in cap. Si quis suadente*: Oliua *d. quæst.* 38. *num.* 7. 31

Nisi in casibus de quibus sigillatim agit August. Barbos. *ad dict. cap. Si quis suadente*, *num.* 76. & *seqq.* vbi omnes casus refert, in quibus Archiepiscopus, aut Episcopus potest. Prosper Fagn. *in cap. Perpendimus, de sentent. excommunic.* 32

P 3 CAPVT

CAPVT LXIII.

Vtrum Regulares exempti, cuiuſcunque Ordinis ſint, poſſint adminiſtrare Sacramenta pœnitentiæ ſæcularibus abſque licentia Archiepiſcopi, aut Epiſcopi diœceſani; aut etiam prædicare, etiamſi in aliena diœceſi approbati ſint: & poſſit Archiepiſcopus, aut Epiſcopus procedere contra Regulares, & eos remouere à talibus miniſteriis, eos coërcendo præceptis, & aliis iuris remediis; vel etiam præcipere, vt donec licentiam intra præſcriptum tempus exhibeant, à tali miniſterio ſe abſtineant: & quis ad hoc debeat requiri? Et an Archiepiſcopus, Epiſcopuſve Regularem ſemel approbatum, ſine noua cauſa ſuſpendere poſſit ab ipſis licentiis: & an hoc poſſit Nuntius cum poteſtate Legati à latere, aut etiam Legatus à latere impedire aut prohibere, & per viam appellationis cognoſcere, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Archiepiſcopus aut Epiſcopus poſſit contra Regulares aliquid ſtatuere ad hoc vt exhibeant licentias confitendi, & prædicandi: & de aliis quæſtionis poſitionibus.*

2 *In hac materia confitendi, & prædicandi poteſt Archiepiſcopus, aut Epiſcopus procedere contra exemptos ſecundùm arbitrium ſuum, non obſtante contradictione Illuſtriſſimi Nuntij cum poteſtate Legati à latere.*

3 *Quando cœptum & finitum ſit opus huius partis circa controuerſiam & competentiam, de qua* in cap. 1.

QVOAD primam partem quæſtionis ſunt videndi reſoluentes ex S.Concil. Tridentini decretis & Bullis Apoſtolicis DD. omnes quos refert Frances *Paſtoral. Reg. 2. part. quæſt. 9. 10. 11. 20. 21. 22. & per tot.* & ipſe Frances, quia in hac materia nihil intactum relinquit; ac etiam vltra citatos Doctiſſimus Epiſcopus Palafox *in lib. intitulato defenſa Canonica por la iuriſdicion Eccleſiaſtica de la Puebla de los Angelos*, ſolùm ſuper hac materia ſcribens; & poſt eos etiam optimè Ioannes Sanches *ſelectar. diſp. 48. per tot. 49. &* 50. Villarroël. *Gouerno Eccleſ. y pacific. part. 1. quæſt. 6. art. 2. & art. 6.* Auguſt. Barb. *in collectan. ad Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2.* 1

Quoad ſecundam partem certum eſt, quod in hac materia poteſt Archiepiſcopus aut Epiſcopus procedere contra exemptos ſecundùm arbitrium ſuum, non obſtante contradictione Illuſtriſſimi Nuntij cum poteſtate Legati à latere, qui in hoc caſu nihil poteſt ſtatuere, nec per querelæ viam, nec per appellationis remedium, neque etiam per alium modum, vt in terminis Villaroël. *dict. art. 6. & num. 7.* ex Bulla Greg. XV. quæ incipit *Inſcrutabile*, conceſſa anno 1622. cuius verba ibi refert etiam Ioannes Sanch. *ſelect. diſp. 49. pag. 340.* 2

Ex quibus reſoluta manet hæc quæſtio vltima huius partis, in qua omnia, ni fallimur, diximus, & diſputauimus ſecundùm verum factum propoſitum in primo capite, cuius errores debent à lectoribus indulgeri, attenta temporis breuitate, in qua ſcriptum fuit; cam enim cœpimus in primo ſabbatho Quadrageſimæ anni huius 1673. die 19. Februarij, & finem ei impoſuimus in Dominica Paſſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti eiuſdem anni, die 19. Martij Feſtiuitatis Sancti Ioſeph: ac proinde in vnius menſis ſpatio facta fuit, & vtinam ſit in Chriſti Domini Noſtri gloriam, & in Iuriſdictionis Ordinariæ vtilitatem, vt ceſſent controuerſiæ, & in pace iuriſdictiones Eccleſiaſticæ conſeruentur. 3

TRACTA

TRACTATVS DE COMPETENTIIS INTER ARCHIEPISCOPOS, Episcopos, & Nuntium Apostolicum cum potestate Legati à Latere.

PARS SECVNDA.

CAPVT LXIV.

Vtrum si Legatus à latere, aut Nuntius cum illius potestate concurrat cum Archiepiscopo, aut Episcopo, eis præcedat, & coram illis debeat thurificari, etiam illis contradicentibus: & alia vtilia referuntur circa præcedentias Archiepiscoporum, & Episcoporum inter se; & de remedio ad eas consequendas.

SVMMARIVM.

1 *Disputare de præcedentia est laudabile, & quare.*

2 *Legati de latere an præcedant aliis Legatis, aut Archiepiscopis: & quid in Nuntiis cum potestate Legati à latere:* & num. 3. & 4.

5 *Vtrum Archiepiscopi præcedant Episcopis:* & num. 6.

7 *Episcopi inter se quando præferantur:* & num. 8. 9. & 10.

11 *Et quid in Capitulo*, & num. 12.

13 *Vtrum Patriarcha præcedant Archiepiscopis, aut Episcopis.*

14 *Vtrum Episcopus Doctor præcedat Episcopo non Doctori.*

15 *Vtrum Cardinales præcedant Archiepiscopis, aut Episcopis.*

16 *Vtrum Episcopus qui concurrit cum Inquisitore præcedat.*

17 *Vtrum Archiepiscopi, aut Episcopi præcedant Comitibus, aut Marchionibus in consilio Regis, aut Principis, quando ante consecrationem præcedebant Marchiones Archiepiscopis, & Comites Episcopis:* & num. 18. & seqq.

22 *Ecclesiastica dignitas habet præferentiam.*

23 *In præcedentia attenditur ordo scripturæ.*

26 *In præcedentiis attenditur consuetudo.*

27 *Et etiam possessio acquisita per vnicum actum:* & num. 28.

29 *Et ista possessio est manutenibilis.*

Quid in illo qui est antiquior in possessione dignitatis, ibid.

30 *Resoluitur quæstio cum distinctione:* & num. 31.

31 *Episcopis successoribus non præiudicat patientia antecessorum.*

32 *Præcedentiam deperditam à successoribus possunt recuperare successores in dignitate.*

33 *Licitum est resistere etiam manu armatâ contra eum, qui ius præcedentiæ infringit.*

34 *Quod remedium competat pro præcedentia consequenda, & quomodo defendi debeat ab Archiepiscopo aut Episcopo:* & num. 35. vsque ad n. 41.

42 *De materia præcedentiæ ad varias quæstiones, remissiuè.*

CVm disputare de præcedentia sit laudabile, vt latè exornat Cyriac. *forens. controu. 201. num. 1. & seqq.* congruum est, vt qui aliquo munere fungitur, eius authoritatem, & decorem tueatur, & pro virili defendat, 1

l. Obseruan

l. Obseruandum, *in fine*, *ff. de offic. Praesidis*, *l. 1. de postul.* Larrea *alleg.* 51. *num.* 1. Scan. *in prop. Relig. descept.* 14. *cap.* 5. *num.* 39. & ideo non est otiosa haec quaestio.

2 In qua dicendum est, quod Legati de latere sunt principales & digniores, ita vt praefectibus illis nemo eis praecedat, nec alij Legati, ex textu *in cap. Volentes*, *de offic. Leg.* vbi Barbos. *Ceremon. Episcop. lib.* 1. *cap.* 23. *pag.* 40. vbi primò thurificantur Legati de latere, postea verò Nuntij Apostolici, prout refert Ferro *de praecedent. quaest.* 29. *num.* 2.

3 Et nedum praeferuntur caeteris Legatis inferioribus, sed etiam Archiepiscopis, aut Episcopis, & Ordinariis intra suas prouincias consistentibus, & quare, tradit Ferro *dict. quaest.* 29. *num.* 3. & probatur ex eodem Ceremon. Rom. *lib.* 1. *cap.* 23. *pag.* 40. vbi thurificatur primò Legatus Cardinalis, mox Archiepiscopus, & Episcopus, & Abbas, vt ibi videre est, & per Ferro vbi suprà: Bordon *theatr. praecedent. num.* 206.

4 Hoc idem dicendum est de Nuntiis creatis cum potestate Legati à latere, vt ex dicto Ceremoniali tradit Ferro *d. quaest.* 29. *num.* 4. *& seqq.* ad alias quaestiones.

§. I.

Vtrum Archiepiscopi praecedant Episcopis.

5 AD quaesitum, an Archiepiscopus praeferri debeat Episcopis, licèt in ordinatione Episcopali sint antiquiores; & iterum Primas sit praeferendus aliis Archiepiscopis, qui sint in promotione Archiepiscopali anteriores, sic praemittendo respondeo, scilicet quod graduum, & ordinum distributio vnitatem in Ecclesia conseruat, *cap. Ad hoc*, 89. *dist.* & ibi Gloss. & Archidiacon. vbi textus celebris inquit: *Dispensationis prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impertirent, vera concordia fieret, & ex diuersitate contexio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum: nec enim vniuersitas aliâ poterat ratione subsistere, nisi in se huiusmodi magnus differentiae ordo seruaretur.* Quod verò quaeque creatura in vna & eadem qualitate gubernari & viuere non poterat, caelestium militiarum exemplar nos instruit: quare dum sunt Angeli, Archangeli, & alij ordines, liquet quod non sunt aequales, sed in potestate & ordine, sicut notum est, differunt alter ab altero; & sic oportuit aliquos Ministros esse aliis maiores, & maioritatem, superioritatem, & superintendentiam super alius habere, & ad hoc facta est praelatio inter Ministros. Gloss. & DD. *in cap. Legimus*, *dist.* 93. Vnde peroptimè Card. Alexand. dixit *in cap. Singula*, *dist.* 89. quod congruentissimè posita est à Spiritu sancto varietas statuum, & officiorum in Ecclesia; quod multipliciter probat. Deinde sicut in gubernatione laicorum conuenienter est diuersitas officiorum, & administrantium, quod clarum est; sic pari ratione, imò maiori debet esse in Ecclesia Militante, quae exemplata est ab Ecclesia triumphante, iuxta illud Exodi 17. *Vide, & fac omnia secundùm exemplar, quod tibi monstratum est.* Et iuxta illud Apostoli *ad Hebraeos* 9. *Hac omnia exemplaria sunt caelestium.* Et cùm exemplata imitari debeant illud vnde exemplantur, sequitur quod quemadmodum Ecclesia triumphans multiplici varietate ordinum & officiorum & dignitatum distincta est, ita Ecclesia Militans multiplici officiorum varietate ordinata est, iuxta illud Psalmi 44. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate.* Et ideo in Ecclesia praeter caeteros ordines, Episcopos, Archiepiscopos, Primates, Patriarchas, constituit Ecclesia alios, qui vt in nomine differunt, ita & potestate, *cap. Cleros*, 21. *dist.* licèt Primates, & Patriarchae eandem habeant potestatem. Gloss. *verb. Archiepiscop. ead. distinct.*

Deinde quaeritur de praecedentia, & 6 praerogatiua eundi & sedendi in consistorio Principis, congregationibus, pompis, siue processionibus, ac aliis communibus actibus; & de forma & ordine standi & sedendi inter Episcopos, & Archiepiscopos & Primatem. In quo videndum est, an attendendum sit inter eos tempus ordinationis, & prioritatis in dignitate Episcopali, an praeferendi sint qui maiorem habent dignitatem, scilicet Archiepiscopalem aut Primatialem, etsi posteriores sint in ordinatione: & licèt *cap. Episcoporum*, 74. *dist.* dicat quod posteriores Episcopi prioribus non praeponantur; hoc verum est si posteriores maiorem dignitatem non habeant; quod si habeant, prioribus praeponuntur, *c. Placuit*, *dist.* 18. & sic non est dubium, quod Archiepiscopus, licèt in dignitate sit posterior, praeferri debeat Episcopis, qui in consecratione sunt priores, *dict. cap. Placuit.* Deinde inter Archiepiscopos, & Primates non est quod dubitetur, quod Archie-

piscopi

piſcopi ſubſunt Primatibus & Patriarchis, *c. De perſona, diſt.* 65. Gloſſ. 1. *in cap. Conqueſtus* 9. *quaſt.* 3. *c. Cleros*, 21. *diſt.* Quapropter Primates de jure judices ordinarij ſunt Epiſcoporum prouinciæ, *dict. cap. Cleros*, & ſemper illis præponi debent in omnibus actibus publicis intra Prouinciam. Eleganter Balthaſ. Thomas *tract.* 3. *de praemin. & praeced. num.* 18. *& ſeqq.* Cunha *de Primat. Brachar. c.* 7. Latè de hac materia de Luca *de praeminent. diſcurſ.* 16. & meliùs his non conſideratis reſoluit Ferro *de praecedent. q.* 4. *de praecedent. Archiepiſcoporum*, & *quaſt.* 27. *de praecedent. Epiſcoporum.* Salzed. *theatr. honor. gloſſ.* 21. vbi ait de Primatu Eccleſiæ Toletanæ; & ibi Muſa, & alij: & quid in Curiis ſecularibus Cunha *de Primatu Brachar. cap.* 7. *num. fin.*

§. II.

Epiſcopi inter ſe quomodo praferantur.

7 INter ipſos Epiſcopos ordo prioritatis, & ordinationis, ſeu conſecrationis erit obſeruandus. Ceremon. Roman. *lib.* 1. *cap.* 31. *§. In ſeſſione verò.* Gam. *deciſ.* 1. *num.* 50. Gratian. *cap.* 298. *n.* 63. Barboſ. *in paſtor. part.* 1. *tit.* 3. *c.* 8. *n.* 66. Acunha *in cap.* 7. *n.* 1. *diſt.* 18. *num.* 2. Ferro *de praeced. quaſt.* 27. *num.* 6.

8 Et ſi alter Epiſcopus ſit prior in data, & conſecratione poſterior; alter autem conſecratione prior, & datâ poſterior, hic erit præferendus, ex Ferro *dict. quaſt.* 27. *num.* 6. *verſ. Et hinc.*

9 Et quid dicendum eſt ſi iſte ſit titularis? Vide Ferro *d. q.* 27. *n.* 7. vbi reſoluit contra titularem: & *n.* 8. explicat Frances *de Eccleſ. Cathedralib. cap.* 21. quid in Epiſcopo Conſiliario Regio *num.* 179. *pag.* 364.

10 Sed quid erit ſi inter Epiſcopos, de quorum præcedentia contenditur, vnus majorem habeat diœceſim, & majorem juriſdictionem; an præcedat? Vide Ferro *de praecedent. d. q.* 27. vbi pro vtraque parte diſputat: & vide Gratian. *forenſ. cap.* 111. *n.* 75.

§. III.

De praecedentia Epiſcopi in Capitulo; & quid ſi vt Canonicus aſſiſtat.

11 EPiſcopus præcedit omnibus in Capitulo. Ferro *de praecedent. quaſt.* 27.

12 Sed non ſi vt Canonicus aſſiſtat: tunc enim non præcedit antiquioribus. Ferro *dict. quaſt.* 27. *num.* 2. Maſtril. *deciſ.* 130. de D. Alvarez Pegas Tract. de Compet. qua re vide Frances *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 21. *num.* 178. *& ſeqq.*

§. IV.

Vtrum Patriarcha pracedant Archiepiſcopis, aut Epiſcopis.

PRo Patriarchis contra Epiſcopos, aut Archiepiſcopos reſoluit Balt. Thomas *dict. tract.* 3. *num.* 15. Ferro *de praecedent. quaſt.* 33. 13

§. V.

Vtrum Epiſcopus Doctor pracedat Epiſcopo non Doctori.

PRæcedere Doctorem non Doctori tenet Hermoſil. *d. gloſſ.* 2. *n.* 6. Maſtril. *deciſ.* 130. *num.* 21. *&* 22. vide Frances *de Eccleſ. Cathedral. c.* 21. *n.* 178. *& ſeqq.* vbi explicat. 14

§. VI.

Vtrum Cardinales pracedant Archiepiſcopis, aut Epiſcopis.

DE hac quæſtione pro vtraque parte eſt videndus Hermoſil. *ad Greg. gloſ.* 2. *prol. part.* 5. *num.* 42. *& ſeqq.* Ferro *de pracedent. quaſt.* 13. 15

§. VII.

Quando Epiſcopus concurrit cum Inquiſitore in cauſa hareſis, quis pracedat?

INquiſitorem præcedere tradit Gratian. *forenſ. cap.* 106. *num.* 38. Hermoſil. *dict. gloſſ.* 2. *num.* 61. 16

§. VIII.

Vtrum Archiepiſcopi, aut Epiſcopi pracedant Comitibus, aut Marchionibus in Conſilio Regis aut Principis, quando ante conſecrationem pracedebant Marchiones Archiepiſcopis; & Comites Epiſcopis.

QVamuis Archiepiſcopi, aut Epiſcopi Regis Conſiliarij poſt conſecrationem debeant ſedere in ſuæ receptionis 17

Q loco

loco, vt tenent Menoch. *conf.*902. *num.*73. Balthasar Thom. *tract.* 3. *de praemin. & praced. num.*362. & meliùs *n.*446. *pag.*246. *& numer.* 447. Ferro *de praced. quaest.*27. *num.*10.

18 Nam major dignitas superueniens non tollit priuilegium majorum dignitatum præcedentium, Cyriac. *forens. contr.* 201. *num.*128. & 202. *num.* 52. Thom. *dict. tr.*3. *num.*461.

19 Attamen multis fundamentis mihi probatur post consecrationem præcedere debere Comitibus Episcopos, & Marchionibus Archiepiscopos, vt tenent & probant Hermosil. *vbi suprà*, *num.*7. ibi: *Limita tertiò in Episcopis habentibus officia in Curia Romana, qui praecedent alios etiam antiquiores.* Menoch. *conf.*186. *num.*14 *lib.*2. & Hermosil. *sup. num.* 121. ibi: *Et habere Sedem post Episcopum.* Balthas. Thom. *tract.* 3. *de praeminent. & praced. num.* 10. *&* 11. *& num.* 61. ibi: *Episcopus enim primo loco sedet*; & *n.*329. *pag.*171. *ampl.*306. ibi: *Amplia, Episcopos praecedere Proceres, Barones, & Titulares, tam in eorum Diaecesi quàm extra.* Et *num.* 447. ex Caputaq. *part.*1. *decis.*307. *& decis.*357. *part.*2. Ferro *de praced. quaest.*127. *num.*10. *&* 11. vbi de ratione: Mendo *de iur. academic. lib.*1. *quaest.*42. *num.*650. Andrade *in lib. intitulato accoens Episcopaes, part.*1. *cap.*1. *num.* 3. *& cap.*17. Cunha *de primat. Bracharensi c.*7. & meliùs *num.*13.

20 Quod probatur etiam multis rationibus. Primò quia cùm Archiepiscopi sint digniores Marchionibus, & Episcopi Comitibus, & majorem dignitatem, & præeminentiam, & jurisdictionem habeant, iuxta ea quæ multis citatis probat Hermosil. *gloss.* 2. *prol. part.* 5. *gloss.* 2. *num.*2. 26. *&* 119. Thom. *dict. tract.*3. *num.*173. *& seqq. & num.* 215. optimè Ferro *de praecedent. quaest.* 27. Andrade *in lib. intitulato accoens Episcopaes, part.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. *&* 17. Cunha *de Primat. Bracharens. cap.*7.

21 Sequitur eos præcedere in Sedibus Marchionibus aut Comitibus; digniori bus namque prior debetur locus, & etiam majorem dignitatem & jurisdictionem habentibus, *cap. Quia tuas, dist.*1. *cap. Placuit*, iuncta Glossa *verb. Proponimus*, 16. *dist.* cum multis Hermosil. *vbi suprà*, *num.*1. Valenz. *cons.*34. *num.*206. Balthas. Thom. *tit.*3. *de praemin. & praced. num.* 133. ex Menoch. *cons.*126. *num.*9. *&* 15. & meliùs idem Balthas. Thom. *num.* 157. *&* 173. *& seqq.* & *num.*215. Andrade *suprà*, Frances *de Eccles. Cathred. cap.*25. *n.*383. *& seqq.* & *cap.*33. *num.*85. *& seqq.* & *n.*140. *& seqq.* Valenz. *cons.*34. *num.*87. *& seqq.*

Secundò, quia dato quod Comes aut Marchio habeat dignitatem, vltra quàm quod dignitas Archiepiscopi aut Episcopi est major, quod sufficit ex Thom. *dict. tr.* 3. *num.*133. quando concurrunt in Regis Consilio præferentiam habere debent Episcopi, aut Archiepiscopi; nam quando dignitas ecclesiastica, & sæcularis in Consilio concurrunt, ecclesiastica præfertur, *auth. Habita*, & ibi DD. *C. ne filius pro parte*, *cap. Solita, de maioritate & obedientia*: Boër. *in add. ad tract. Magn. Cons. num.*34. Hermosil. *dict. gloss.*2. *num.*33. ibi. Nam quando dignitas ecclesiastica & sæcularis concurrunt, ecclesiastica præfertur, ex Ferro *de praced. quaest.*14. Balthas. Thom. *tract.* 3. *de praced. & praemin. num.*5. *&* 67. *& num.*327. vbi ampliat ibi: *Amplia, Ecclesiasticam dignitatem, licèt gradu inferiorem, saeculari praeferri, licèt majori.* 22

Tertiò quia cùm ordo scripturæ attendi ad præferentiam debeat, vt multis tradit Frances *de Eccles. Cathredal. cap.* 33. *num.*168. *&* 169. 23

In scripturis, & Consiliis semper primo loco nominantur Archiepiscopi & Episcopi, & non Marchiones, sed posteà, vt tenet Salazar de Mendoza. 24

Quartò quia in hoc Regno vsque ad tempus Archiepiscopi Bracharensis Illustrissimi D. Roderici à Cunha semper Archiepiscopi præcedentiam obtinuerunt contra Marchiones de consuetudine, vt notorium est. 25

Et ex hoc fundamento etiam præferri debent Comitibus, aut Marchionibus; in materia enim præcedentiarum consuetudo sedendi, eundi, standi est semper attendenda: textus *in cap. Cùm olim, de consuetudine.* Hermosil. cum multis *d. gloss.*2. *num.*10. Balthasar Thomas *d. tract.*3. *n.*336. *fol.*238. Frances *de Eccles. Cathredal. cap.*25. *n.*376. & *c.*33. *n.*113. *& seqq.* Bordon. *Theatri praecedent. n.*28. Sousa *decis.*101. *n.*6. Lucas *de praemin. tom.*3. *n.*4. *p.*134. Larrea *alleg.*52. *n.*19. Corona *de potest. Episcop. tract.*3. *c.*21. *num.*2. Cyriac. *contr.*201. *n.*165. Mastril. *de Mag. lib.*4. *cap.*14. *num.*1. Frances *de Eccles. Cathredal. cap.*33. *num.* 182. Fajard. *alleg. fisc. alleg.*24. *part.*1. *num.*32. *&* 33. 26

Et etiam possessio acquisita per vnicum actum. Bordon. *in theatr. praced. n.*45. *& seqq.* Thomas *de praced. n.*258. *pag.*164. Capyc. Latr. *cons.*43. *num.*4. *& seqq.* vbi contra Ducem: Cyriac. *contr.*201. *n.*173. Frances *de Eccles. Cathredal. cap.*25. *n.*378. 27

Quia

28 Quia iura ista præcedendi & sedendi in Ecclesia, aut coram Rege in honorabiliori loco, vel habendi scannum, & præferendi tam in rebus & actionibus spiritualibus, quàm temporalibus, & illis annexis, possessione acquiri possunt, tanquam quid temporale. Lara *de anniuers. lib. 1. c. 14. n. 10. & 21.* Garsias *de expens. cap. 8. num. 5.* Valeron *de transact. tit. 3. quæst. 6 n. 46.* Frances *de Eccles. Cathedral. cap. 25. num. 376. & seqq. & cap. 33. num. 182.*

29 Et talis possessio est manutenibilis. Post. *de manut. obseru. 18. num. 24. & 25.* Ciarlin. *contr. 110. num. 9.* Valeron *dict. quæst. 6. n. 46. & 47. & seqq.* vbi etiam an super hac materia possit transigere, & apud quem judicem decidenda sit controuersia super præcedentiis. Frances *de Eccles. Cathedral. cap. 25. numer. 369. 372. 409. & cap. 21. num. 176. & seqq.* vbi explicat: & *num. 183.* quod solùm procedit in præcedentia possessa, quia non extenditur de casu ad casum, nec de vna re ad aliam: & vide caput 25. *num. 402. & seqq.*

30 In hac controuersia distinguendum est ex Campanil. *diuers. iur. Canon. rubric. 12. cap. 12. num. 11.* cum Ferro *dict. quæst. 27. num. 10.* Episcopum de Senatore aut Consiliario factum sedere debere in loco, quem tempore Senatoriæ dignitatis obtinebat, si illam continuare posse cum Episcopatu obtinuerit: si verò iam factus Episcopus ad tale officium fuerit electus, debere antecellere, & præcedere antiquos Senatores, & Consiliarios, & ante illos sedere. Franchis *decis. 138. num. 5.* Riccius *in prax. aurea, resolut. 203. num. 3. in fin.* Cancelor. *de præcedent. n. 20. 21. 22. 23. & 24.* Thomas *dict. tit. 3. num. 446. & 447.*

31 Et meritò, quia si Episcopus assumatur ad consilium principaliter vt Episcopus, veluti si statutum esset, quod talis Episcopus, quicunque fuerit, intret in consilio, & sit Consiliarius, vt hodie videmus, tunc omnes Episcopi sunt Regis Consiliarij; tunc enim absque dubio procedit dicta resolutio, ex dicto Ferro *dict. quæst. 27. n. 11.* & ita obseruatur: & Illustrissimus Marchio de Nisa præcedit in Consilio status Principis Illustrissimo Archiepiscopo Vlissiponensi, quia est magis antiquus Consiliarius, & post electionem loci fuit factus Archiepiscopus, & semper præcedit inter illos de Consilio antiquior in dignitate, & Episcopo Comiti; regulare enim est quod in hoc Regno in dignitatibus, & officiis semper præcedit qui est antiquior in dignitatis & officij possessione; & iste talis præferentiam habet in sede & aliis prærogatiuis, sicut etiam in aliis Regnis. Bordon. *in theatr. præced. num. 45.* Sousa de Maced. *decis. 101. num. 5.* & est decisum *n. 13.* Thomas *de præced.* qui loquitur *num. 97.* in Duce filio Ducis, *pag. 152.* & *num. 105.* in Comitibus: & *num. 112.* in Comite filio Comitis. Capyc. Latr. *cons. 43. num. 8. 9. & 41.* Cyriac. *forens. contr. 201. n. 69. 137. & 138.* etiam in terminis Ducis, & eorum descendentium. Mastril. *lib. 4. de Magistrat. tom. 1. lib. 4. cap. 14. num. 59. & 60.* & *num. 17. & seqq.* qui etiam loquitur in Duce, & aliis dignitatibus. Salzed. *theatr. honor. gloss. 35. num. 8. & seqq.* vbi etiam quid in Consiliariis Status Principis.

De qua consuetudine in terminis testantur Sousa *dict. decis. 107. num. 7.* vbi refert omnes regnicolas. Capyc. Latr. *cons. 43. n. 9.* Mastril. *d. cap. 14. n. 34.* & in hoc Regno est resolutio Regia circa præcedentias inter Magnates, de qua Cabed. *arrest...* 32

§. IX.

Vtrum in præcedentia præiudicet actus antecessoris successori in dignitate?

Episcopis successoribus non præiudicat patientia antecessorum: cum aliis Fermosin. *tract. 1. de Sede vacant. quæst. 4. n. 88.* & ideò præcedentiam deperditam à prædecessoribus possunt recuperare successores in dignitate. Menoch. *cons. 902. num. 78.* Gratian. *cap. 298. num. 9.* Scan. *in propugn. Relig. discept. 14. cap. 5. num. 38.* 32

Et ideò licitum est resistere etiam manu armatâ contra eum qui tale jus præcedentiæ infringit. Hermosil. *dict. gloss. 2. in prol. part. 5. num. 114.* Apicella *alleg. 13. num. 6.* Surd. *decis. 59. num. 2. & 3.* Valenz. *cons. 92. num. 1.* Scan. *dict. cap. 5. num. 39.* Frances *de Eccles. Cathedral. cap. 25. num. 399.* 33

§. X.

Quod remedium competat pro præcedentia consequenda, & quomodo defendi debeat ab Archiepiscopo, aut Episcopo.

Competere ei qui primum locum habet, actionem injuriarum, tradit Barbos. *de potest. Episcop. 3. part. alleg. 78. num. 41.* Hermosil. *dict. gloss. 2. num. 105.* explicat Thomas *dict. tract. 3. de præeminent. & præced. num. 295. & seqq.* 34

35 Contrariam opinionem, scilicet actionem injuriarum eis non competere, sed ad officium judicis spectare, tradit Valenz. *conf.* 34. *num.* 27. Hermosil. *dict. gloss.* 2. *num.* 106. 107. *&* 108. vbi conciliat opiniones.

36 Datur etiam eis actio ex lege, ex Hermosil. *dict. gloss.* 2. *num.* 109.

37 Competit etiam eis interdictum *vti possidetis*, vel *vnde vi.* August. Barbos. *dict. alleg.* 78. *num.* 40. Gratian. *forens. cap.* 298. *num.* 51. Hermosil. *dict. gloss.* 2. *num.* 110. latè Larrea *alleg.* 51. *num.* 3.

38 Et lite pendente super has controuersias præcedentiarum, qui tempore litis motæ reperitur possidere manuteneri debet. Gratian. *forens. cap.* 210. *num.* 40. Barbos. *dict. alleg.* 78. *num.* 27. Hermosil. *dict. gloss.* 2. *num.* 112. *&* 113.

39 Existens in quasi possessione præcedentiæ armata manu se defendere potest. Gratian. *cap.* 210. *num.* 32. & *cap.* 298. *num.* 11. Hermosil. *dict. gloss.* 2. *num.* 114. *&* 116. vbi quomodo acquiratur ista quasi possessio. Thom. infrà statim referendus: Scano *in propugnacul. Relig. discept.* 14. *cap.* 5. *num.* 38.

40 Et præcedit omnibus, Thomas *d. tit.* 3. *num.* 258. *& seqq.* vbi explicat.

41 Et hoc casu occupator ius propriæ sedis perdit, ipsoque debet priuari, & in loco inferiori poni ad judicis beneplacitum, ex textu *in cap. Præcipimus*, 93. *dist.* Valenz. *conf.* 34. *num.* 30. Hermosil. *dict. gloss.* 2. *num.* 115.

42 De præcedentiarum materia ad varias vltra resolutas quæstiones, sunt videndi Fulu. Constant. *in l.* 1. *C. de Consulib. lib.* 12. *num.* 30. Rouit. *in rubric. de Scholarib. & Doctorib. ex num.* 23. *fol. mihi* 676. D. Amaya *in l. fin. Cod. de decurionib. lib.* 10. Hermos. *in* 5. *part. in proœm. addit. ad gloss.* 2. Barbos. *in collect. ad cap. Statuimus* 15. *de maiorit. & obedient.* Lara *de anniuers. lib.* 1. *cap.* 24. Castill. *tom.* 7. *controu. cap.* 41. *n.* 26. Thoro *in compend. part.* 2. *verb. Præcedere, fol.* 418. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 16. *à num.* 45. & *in memoriali de plazas honorarias*, *à num.* 192. & *in lib. de las precedencias*, Capiblanc. *de Baronibus tom.* 1. *sing.* 43. Ioan. Ruis de Laguna *sobre la precedencia de su Fiscalia en el Consejo de Italia*, super quo scripsit allegationem Gonzal. *in reg.* 8. *Cancel. in proœm.* §. 3. & *quæst.* 3. §. 9. Barbos. *de iur. ecclesiast. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. & 3. *part. de potest. Episcop. alleg.* 78. Ferro *tract. de præcedent.* Dom. Franciscus de Vergara *in suo eruditissimo tract. sobre la precedencia de los Reyes de Hespaña y sus Embassadores à todos los demas Reyes*, præcipuè *cap.* 7. vbi plura notabilia inuenies, & pluries decisum videbis in Franch. *decis.* 62. *&* 138. *&* 144. Ponte *decis.* 8. & *consil.* 16. Cabed. *decis.* 3. 4. *&* 5. Francisc. Marc. *decis.* 808. Gratian. *decis.* 232. Rouit. *decis.* 65. Alex. Sperell. *decis.* 76. *tom.* 2. Don Catol. de Tapia *decis.* 21. Capyc. Latr. *decis.* 154. Reg. Sanfelic. *decis.* 269. Tondut. *post tract. de pensionib. decis.* 2. Reuerter. *decis.* 448. vbi Reg. Matinis: vide quoque Peregrin. *consil.* 3. *lib.* 2. Camil. de Larath. *consil.* 2. *&* 87. Valenzuel. *consil.* 34. 92. 109. *&* 201. Capyc. Latr. *consult.* 43. *lib.* 1. Capyc. Galeot. *tom.* 2. *contr.* 11. 12. *&* 45. Cytiac. *contr.* 201. *n.* 38. & *contr.* 202. *à num.* 34. *& per totas*, Carol. Marant. *lib.* 3. *controu. resp.* 52. Larrea *alleg.* 51. *&* 52. Atias de Mesa *lib.* 3. *variar. cap.* 41. *à num.* 30. Prato *discept. for. cap.* 49. *à num.* 32. Reg. Marin. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 113. ex Politicis tractarunt Petr. Gregor. *de Repub. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 11. Nauarrete *discurs.* 17. Langleus *otij semestris lib.* 7. *cap.* 7. 8. 9. 10. *&* 11. Besold. *tract. de præcedent. per plura cap.* ex Theologis omnes adjungit Reuer. Pat. Fr. Ioan. Martinez Catholic. Majestat. Confessarius *in suis Theolog. discurs.* 2. *&* 3. Balthasar Thomas *tract.* 3. *de præeminent. seu præcedent.* Scan. *in propugnac. Relig. discept.* 14. *cap.* 5. Mendo *de iur. academic. q.* 42. *lib.* 1. Apicella *de tutam. paup. alleg.* 13. Frances *de Eccles. Cathedral. cap.* 21. *n.* 126. *& seqq.* & *cap.* 25. *per tot.* & *cap.* 33. Cyriac. *contr.* 201. Bordon. *in theatr. præcedent.* vbi multa refert: & Luca *theatr. verit. & iust. de præeminentiis*: & alij multi, quos ego ipse refero *in commentar. ad ord. tom.* 1. *tit.* 1. §. 11. *gloss.* 78. Sousa de Macedo *decis.* 103. vbi refert, & *decis.* 104. DD. Regni.

CAPVT LXV.

Vtrum Archiepiscopus possit ferre crucem intra aut extra prouinciam, contradicente Nuntio cum potestate Legati à latere, aut Legato à latere præsente.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus electus, consecratus & confirmatus nondum accepto pallio crucem perferre non potest; sed post acceptationem pallij intra suam prouinciam potest.*

2 Etiam

2 *Etiam in locis exemptis.*

3 *Sed non extra prouinciam, nisi ex speciali Apostolicæ Sedis priuilegio.*

4 *Archiepiscopus quando per se ferre potest crucem, debet esse cum vno ligno transuerso.*

5 *Nisi adesset Legatus à latere Papæ præsens in Ciuitate, quia tunc non potest Archiepiscopus vti cruce, nec mozetta: & quid in Nuntio cum facultate Legati à latere.*

6 *Vtrum autem requiratur præsentia vera, ac actualis, & visibilis, vel sufficiat præsentia ficta, & in Ciuitate, aut loco, ad hoc vt Archiepiscopus non possit per se ferre crucem.*

1 ICET Archiepiscopus electus, consecratus, & confirmatus nondum accepto pallio crucem perferre non possit, vt notat Alzed. *de praecellentia Episc. 1. part. cap. 13. n. 87.* attamen post acceptionem pallij intra suam prouinciam potest portare crucem, ex textu *in Clement. Archiepiscopo, de priuileg.* Acunha *de primatu Ecclesiæ Bracharensis, cap. 6. num. 5.* Corona *de potest. Episcopi tract. 2. cap. 1. num. 5.* & *cap. 2. num. 9.*

2 Etiam in locis exemptis, vt notat Quaranta *verb. Archiepiscopi authoritas, vers. 28.* Corona *vbi suprà.*

3 Et non extra Prouinciam, nisi ex speciali Apostolicæ Sedis priuilegio, *cap. 1. vt lite pendente*, Corona *dict. cap. 1. n. 5.*

4 Quam quando per se ferre potest, debet esse cum vno ligno transuerso, vt animaduertunt Iustus Lipsius *in notis ad suos de Cruce libros*, Cujac. *in Paratitl. ad tit. de for. comp. in cap. Sanè, de for. comp.* Alzed. *de praecellentia Episcopi, 1. part. cap. 10. num. 48.*

5 Nisi adesset Legatus à latere Papæ præsens in Ciuitate, aut Cardinalis non Legatus, quia tunc non potest Archiepiscopus vti cruce, nec mozetta, vt tradit resolutum Barbos. *ad Concil. Tridentin. sess. 6. de reformat. cap. 5. num. 17.* & *de potest. Episcopi alleg. 1. num. 47.* Fragos. *de regim. Reip. tom. 2. lib. 4. disp. 10. §. 1. num. 12.* Corona *dict. cap. 2. num. 9.* Vbi allegat Gratian. March. *decis. 29. num. 5.* qui etiam loquitur in Nuntio cum facultate Legati à latere, quod non obseruatur: nec Gratian. loquitur de Nuntio, sed solùm de præsentia Cardinalis aut Legati à latere: de qua re Villarroël. *Gouierno Ecclesiastico y pacifico, part. 1. quæst. 4. art. 3. num. 18.* de quo vide August. Barbos. *de iure Ecclesiastic. lib. 1. cap. 5. numer. 22. & 23.*

Vtrum autem requiratur præsentia vera, ac actualis & visibilis, vel sufficiat præsentia ficta, & in ciuitate, aut loco, ad hoc vt Archiepiscopus non possit per se ferre Crucem, pro vna, & altera parte disputat idem Gratian. *decis. 29. n. 11. 12. 13. & 14.* quem vide. 6

CAPVT LXVI.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possint concurrere cum Archiepiscopo, aut Episcopo in collatione, aut prouisione beneficiorum, in variis casibus de quibus hîc; & quomodo, & quando pertineat beneficiorum prouisio ad Legatum à latere, Nuntiumve cum eius potestate, aut sine illa, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo Ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere potest in Prouincia sibi decreta beneficia existentia conferre.*

2 *Et potest concurrere cum quolibet Archiepiscopo, Episcopóve ordinario, sicut Papa, itavt inter eos sit locus præuentioni.*

3 *Nullo ad hoc requisito Archiepiscopi, aut Episcopi consensu; & ibi ampliatur:* & num. 4. 5. & 6.

7 *Limitatur in beneficiis reseruatis, & vacantibus in Curia:* & num. 36.

8 *Vtrum beneficium resignatum in fauorem alicujus vacet in Curia, vbi primùm facta est gratia in forma dignum; an verò jus non abdicetur à resignante, nisi collatione facta à resignatario:* & num. 9. & seqq.

19 *Beneficium vacat in Curia per resignationem, non per obitum.*

Prima vacatura per resignationem in Curia impedit secundam vacaturam per obitum: ibid.

Resignans amittit ius per resignationem, licèt renunciatio sit nulla, quia vacatura cadit ipso iure, ibid.

20 *Assertio Pontificis est credenda.*

21 *Beneficium vacat in Curia ob defectum publicationis requisita à Constitutione*

Gregorij XIII. de publicandis: & quare num. 22.

23 *Obligatio publicandi comprehendit non solum resignatarium, sed extenditur ad impetrantem, qui ob defectum non publicationis impetrauit beneficium eodem modo, quo obligabatur resignatarius anteceßor illius.*

24 *Aßignatur ratio.*

25 *Ampliatur etiamsi declaretur in Bulla prouisionis prouisum fuisse examinatum, & inuentum idoneum; tunc enim non cessat obligatio publicandi, quia est declaratio & non est collatio, sed idoneitatis declaratio; & cùm deficit collatio, non dicitur facta prouisio.*

26 *Examen Synodale potest interuenire in omnibus prouisionibus, & quibus.*

27 *Examen solùm prodest ad hoc vt prouisus iterum non examinetur.*

28 *Bullæ solent habere clausulam*, Si ita est, *quæ ante omnia debet verificari citatis partibus; & ante illius verificationem, & collationem nullum ius adquirit prouisus.*

29 *Post iustificationem concedenda est immißio, & literis Apostolicis executio.*

30 *Absque verificatione, & publicatione semper beneficium vacat in Curia per primam resignationem, non obstante quacumque poßeßione: & quare* n. 31. 32. 33. & 35.

34 *Summus Pontifex potest prouisionem reseruare ad tempus sibi visum.*

36 *Quæ dicantur beneficia reseruata.*

37 *Prouisio facta de beneficio reseruato, aut in Curia à Legato, Nuntio, Archiepiscopo, aut Episcopo, est nulla, & prouisus dicitur intrusus: & quando dicatur vacare in Curia, aut sit reseruatum, traduntur exempla* vsque ad num. 44.

45 *An, & quando Legatus de latere poßit prouidere beneficia iurispatronatus laicorum:* & num. 46. 47. & 48.

49 *Legatus de latere, durante annonouitiatus, an poßit conferre beneficium nouitio, aut vnum dare duobus.*

50 *Legatus de latere an poßit conferre beneficia manualia, & concedere regreßus.*

51 *Legatus non potest conferre beneficia, quæ ad Archiepiscopi, aut Episcopi collationem spectant iure speciali, aut delegato.*

52 *Legatus non potest conferre beneficia litigiosa: & quæ dicantur beneficia litigiosa.*

53 *Legatus an poßit conferre beneficia cum clausula* Motu proprio.

Nuntius cum potestate Legati à latere non potest conferre beneficia, nisi intra 24. ducatorum quantitatem; & quomodo.

54 *Vtrum Legatus poßit beneficia reseruare.*

55 *Vtrum Legatus à latere poßit commendare Ecclesias.*

56 *Vtrum Legatus à latere poßit nominare coadiutores in perpetuum, & ad tempus.*

57 *Vtrum Legatus à latere poßit vnire beneficia, tam singularia, quàm regularia.*

58 *Vtrum Legatus à latere poßit recipere resignationes, & authoritatem præstare ad permutationes.*

59 *Vtrum Legatus poßit conferre beneficium Parochiale absque examine.*

60 *Quid in Vicarijs.*

61 *Legatus an poßit derogare regulam de infirmis.*

62 *Nuntius an poßit prouidere beneficia extra Prouinciam.*

63 *Legatus, vel Nuntius Apostolicus destinatus ad Principem, cui subsunt diuersæ Prouinciæ, cum potestate conferendi ad quæ loca declinare contigerit, an poßit in omnibus Prouinciis isti Principi subiectis conferre.*

64 *An prouisus à Papa de aliquo beneficio præferatur prouiso à Legato à latere, vel Ordinario, & quid in priùs poßidente.*

66 *In gratia Legati Papæ, an declarandus sit valor, & ad quid?*

EGATVS de latere beneficia in Prouincia sibi decreta existentia potest conferre, *cap. 1. cap. Præsenti, de offic. Legati*, & ibi August. Barbos. & post Gigas, Rebuf. Gambar. Zecch. Azeued. Azor. Gonzal. Machad. Farin. tradit August. Barbos. *de iure Eccles. 1. part. cap. 5. num. 28.* Fragos. *de regim. Reip. part. 2. lib. 4. disp. 10. §. 4. n. 103.* Hurtad. *de examin. Synodali b. tom. 1 tract. 12. cap. 1. resol. 28.* Kochier. *ad reg. Cancellar. reg. 33. de triennali, num. 77.* Tondur. *de benefic. cap. 70. per tot.* Solorz. *de iure Indiar. lib. 2. cap. 4. num. 14.* Prosper Fagn. *in cap. Cùm olim, num. 29. de maior. & obedient. pag. 514.* 1

Et potest concurrere cum quolibet Archiepiscopo, Episcopóve ordinario, sicut Papa, itavt inter eos sit locus præuentioni, *cap. Si à Sede Apostolica, de prebend. in 6.* Gloss. *fin. in cap. 1. de offic. Legati, lib. 6.* Garcia *de benefic. part. 5. cap. 1. num. 40.* Kochier. 2

chier *de iurisdictione in exemptos* 2. *part. quæst.*2. *num.*18. Gregor. Quintanad. Rebuf. Gonzal. Azor. Piasec. Rub quos refert Barbos. *dict. cap.*5. *num.*29. Fragos. *dict.* §.4.*d.n.*103. Kochier *vbi suprà*, & *gloss.*11. *num.* 16. vbi quod etiam vetum est in sex mensibus Ordinarij: Tondut. *dict. cap.*70. *per tot.* vbi etiam idem tradit, & multa refert Solorzan. *vbi suprà*, Prosper Fagn. *vbi proximè*.

3 Nullo ad hoc requisito Archiepiscopi, aut Episcopi consensu, *cap. Dilectus, de offic. Legati*, vbi Barb. *&* *dict. num.* 29. vbi etiam quid ad hoc requiratur: & num.30. ampliat primò procedere in beneficiis spectantibus ad collationem exemptorum, ex Cosmo, Gambar. Selua, Corras. Garcia, & vltra eos tradit Fragos. *de regim. Reip. part.*2. *lib.*4. *disp.*10. §.3. *num.* 62. & *num.* 56. quod non potest conferre beneficia deuoluta ex negligentia Prælati exempti.

4 Ampliatur secundò secundùm idem Barbos. *num.*32. procedere etiam in beneficiis, quorum collatio sit ad Sedem Apostolicam deuoluta, *ex cap. penult. de prabend. gloss. fin in cap.* 1. *de offic. Legati in* 6. & ex Villadieg. Gambar. Gregor. Selua, Zecch. Azor. Garcia *de benefic.*5.*part.cap.*1. *num.*21. Cæsar *Hierarch.Eccles.part.*1.*disp.*3. §. 2. *num.*7. & vltra eos Fragos. *de regim. Reip. dict. cap.* 3. *num.* 64. vbi etiam tractat Legato non concurrere tempus sex mensium ad conferendum, sicut aliis Ordinariis: & *num.*65. *& seqq.* multa tradit circa materiam.

5 Quod procedit etiamsi beneficia deuoluta sint ad Papam ex propria negligentia Archiepiscopi, aut Episcopi, vt tenet Puteus *decis.*266. *aliàs* 258. *lib.*2. Barbos. *dict. cap.*5. *num.*33. Vbi præstat rationem, quia sicut quando deuoluitur ad Archiepiscopum ex propria negligentia, Legatus concurrit cum eo; ita quando deuoluitur ad Papam, etiam Legatus iure legationis concurrit cum Papa: & *num.*34. quod Legatus non potest conferre beneficia deuoluta ex negligentia Prælati Regularis exempti, quæ Episcopus confert authoritate Apostolica, *ex Clementina* 1. *de supplenda negligentia Prælatorum*, & ibi multos refert affirmantes, posse tamen Legatum illa beneficia conferre ante deuolutionem ad Archiepiscopum, aut Episcopum, & post deuolutionem ab Archiepiscopo, aut Episcopo ex eius negligentia factam ad Papam: de qua re Fragos. *dict.* §.3. *num.*56. *&* 57.

6 Et procedit etiam, quamuis deuoluta sint ad Prælatum extra suam Legationem, ex Garcia *de benefic. dict.* 5. *part. cap.* 1. *num.* 27. vbi *num.* 20. subdit è conuerso Legatum non posse conferre beneficia quæ essent extra Prouinciam, & per deuolutionem, vel aliàs spectarent ad collationem alicuius Archiepiscopi aut Episcopi, Prælatiue de prouincia, vt prosequitur idem Barbos. *dict. cap.* 5. *num.*35. *&* 36. *&* *num.* 37. vbi asserit procedere etiamsi beneficia intra Prouinciam existentia spectarent ad collationem clericorum alterius Prouinciæ: & *num.* 38. inquit procedere etiamsi beneficia sint iurispatronatus Ecclesiastici, ex textu *in c. Dilectus, de offic. Legati*, & *c. Cum dilectus, de iurepatronatus*: & allegat Lambertin. *de iurepatronat.* Roch. Rebuf. Gambar. Couar. Zecch. Cæsar. Garciam: *&* *num.* 39. *&* 40. ampliat vt possit Legatus de latere ista facere existens etiam extra prouinciam, ex Glossa *in cap. Nemo, de offic. Legati*, Gambar. Azor. Garcia *dict.* 5. *part. cap.* 1. *num.*3.

Quod tamen limitatur, vt Legatus à 7 latere non possit conferre beneficia reseruata. Gloss. finalis *in cap.* 1. *de offic. Legati, lib.*6. Fragos. *dict.* §.3. *num.*70. Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 42. Garcia *dict. cap.*1. *num.*53. Riccius *collectan.* 1974. Cæsar *Hierarchia Ecclesiast. disp.*3. §.2. *num.* 9. Prosper Fagn. *in cap. Ex parte, num.*32. *de priuileg. pag.*70. & *in cap. Dilectus, num.* 11. *de prabend.* & *num.*12. *pag.*127.

Etiam in sex mensibus alternatiuæ Archiepiscopi, aut Episcopi illam habentis, propter decretum irritans, quod ligat Legatum etiam à latere: & quare tradit Barbos. *vbi suprà*, & *num.* 43. addit cum Garcia, quod si Legato concessa sit facultas conferendi beneficia qualitercumque vacantia, non poterit conferre beneficia reseruata, siue generaliter, siue specialiter: & quod si Legatus habeat facultatem conferendi beneficia reseruata, non propterea potest conferre beneficia vacantia in Curia, nisi specialiter expressè sit concessum: & vltra quos refert, tenet Fragos. *dict.* §.3. *num.*77.

Quando autem beneficium dicatur vacare in Curia in terminis propositis, & vacare etiam per resignationem, venit resoluendum ex §. sequenti. 8

§. Vnicus

§. Vnicus.

Vtrum beneficium resignatum in fauorem alicuius, vacet in Curia vbi primùm facta est gratia in forma Dignum; an verò ius non abdicetur à resignante, nisi collatione facta resignatario? Ac etiam de publicatione requisita à Gregoriana constitutione.

9 A Resolutione propositæ quæstionis pendet decisio illius, nempe an per mortem resignantis in terminis propositis vacet beneficium, non quidem ad effectum, vt alteri, resignatario viuente, & conseruante ius suum ad illud beneficium, conferri possit; nam extra controuersiam est, alteri non posse conferri: sed ad effectum, vt cessante iure resignatarij, vel per mortem, vel per reprobationem, dicatur beneficium vacasse per mortem resignantis, ac per consequens eius prouisio pertineat ad Legatum à latere, vel ad eum cui competit prouidere beneficium vacans per obitum; an verò dicatur beneficium vacasse per resignationem, & sic in Curia, ac per consequens eius prouisio debeat pertinere ad Papam. Pendet quoque ab eadem quæstione principali illa quæstio, vtrum mortuo, vt dictum est, resignatario ante collationem, remanere debeat, vel non resignans in beneficio, quasi non sit vacans; vel per contrarium dicatur vacasse per resignationem factâ gratiá resignatario, & de medio, vt dictum est, eo sublato, de qua materia sunt videndi Concil. Trident. *sess.*24. *de reform. cap.*18. & ibi Barbos. *cap. Transmissa*, & *cap. Super hoc, cap. Admodum, de renunc.* & ibi Barbos. & Fagn. Loter. *de re benefic. lib.*3. *quæst.*1. *num.*16. *& seqq.* & *quæst.*14. *per tot.* & *num.*27. *& seqq.* Valenz. *cons.*128. *num.*66. 82. *& seqq.* DD. *in cap. Susceptum, de rescript. lib.*6. Barbos. *alleg.*72. *num.*9. Corona *de potest. Episcopi* 2. *tract. cap.*1. *num.*1. & *tract.*3. *cap.*19. *num.*1. Garc. *de benef. part.*11. *cap.*3. *per tot. & seqq.* Clem. Merlin. *decis.*329. *num.* 10. *& seqq.* Fermosin. *ad lib.* 2. *Decretal. tom.* 2. *de foro compet. in tit. Praxis Trib. sub cap. fin. de libel. oblat. quæst.*4. *num.*22. & *ad rubric. de renunc.* & *in cap. quod in dubiis* 8. *quæst.* 1. *& seqq. & per tot.* Frances *de intrus. q.*94.

10 In dicta ergo principali quæstione inueniuntur doctrinæ confusæ, & contrariæ; nam Garcia *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.*126. *iuncto num.* 129. docet quod per resignationem etiam conditionalem, & in fauorem, etiam in forma dignum (qui sunt proprij termini nostræ quæstionis) omne ius in beneficio competens amittitur, vt tenent suprà citati, & probat *num.*144. ex eo, quia in literis resignationum dicitur beneficium vacare à principio resignationis, quamuis resignatio sit conditionalis. Et ibidem adducit decisionem Rotæ, in qua fuit obtentum, per resignationem in fauorem in forma dignum, fuisse abdicatum ius à resignante, præsupposita habilitate resignatarij, etiam ante examen, & collationem, & aliàs: vbi dicitur per mortem resignatarij in forma dignum vacare beneficium, si est dignus, quamuis non fuisset adhuc examinatus, nec sibi facta collatio. Vnde deduco ego, quod sequitur quod beneficij ius iam non erat in resignante, saltem si resignatarius erat dignus.

11 Verùm hæc duo posteriora loca potiùs confusionem producunt, quàm probationem principalis resolutionis. Nam non video qualiter possit practicari, vt habeatur, & iudicetur dignus, qui non adhuc fuit examinatus; & multò magis qui per mortem de medio sublatus iam nequit examinari; nec qualiter possit sine collatione effectuata tale ius acquiri resignatario, vt per eius mortem dicatur beneficium vacasse.

12 Non etiam probat intentum quod scribit *num.* 130. dicens factâ resignatione in forma dignum, non vacare beneficium per mortem resignantis; nam illius dictum non est fundatum, quia scilicet etiam vacans esset per resignationem, sed quia alteri, nisi resignatario conferri non potest: quod quidem dictum in eo sensu confundit huius rei intelligentiam; nam quæstio non est, vtrum alteri conferri possit, sed an iam esset vacans per resignationem, an vacet nunc per mortem resignantis ad alios effectus, si de medio sublatus sit resignatarius, vel per mortem, vel per alium modum; vel tandem an vacet ad effectum, vt si sit ipsi posteà facta collatio videatur prouisus de illo beneficio vacante per obitum, vel per resignationem, quod plures effectus producere poterit.

13 In contrarium autem, quod scilicet non vacet beneficium per resignationem, nisi sequutâ collatione resignatario factâ, in terminis propositis sentit idem Garcia sibi contrarius vbi suprà, *num.*139. dicens non

abdicari

abdicari jus à resignante, imò hunc remanere titularem donec resignatario acquiratur beneficium. Idem probat apertè Barbos. *de claus. claus.* 66. *num.*4. *&* 5. dicens resignantem in terminis propositis non cadere à jure suo, nisi,& donec Literæ Apostolicæ fuerint executæ, & quæsitum beneficium resignatario per collationem.

14 Quid tenendum? Ego quidem magis puto beneficium vacare per resignationem acceptatam in terminis propositis; non enim video qualiter possit fieri gratia de beneficio illo alteri, scilicet resignatario, nisi suppositâ verâ vacatione: quod satis exprimitur in literis resignationum.

15 Neque obstat, dici posse, non esse intentionem resignantis dimittere beneficium, nisi acquiratur resignatario cum effectu. Nam respondetur, id non sic exprimi, nec videri requisitum, nisi tantùm vt ipsi fiat gratia à Papa, non autem vt effectum sortiatur; & est hæc conditio imposita à resignante, non vt ipsi fiat collatio, & interim non dimittat beneficium; quia implicat, vt dicebamus, quod resignatario fiat gratia beneficij vt vacantis, & tamen verè vacans non sit.

16 Neque dicatur esse vacans ad effectum, vt possit conferri resignatario, non autem vt beneficium sit abdicatum à resignante, nisi per collationem factam resignatario. Nam respondetur, non dari huiusmodi statum mixtum, siue anomalum, aliàs potiùs diceretur consensisse, vt beneficium transferretur in Titium, quàm illud resignasse, vt Titio conferretur.

17 Neque tandem dicatur, non passim videri resignantem retinere beneficium, & haberi pro Titulari vsquequò collatio fit resignatario. Nam id sustinetur vtilitatis, & necessitatis causâ, ne beneficia, præcipuè curata, destituta maneant, & magis toleratus, quàm verus beneficiatus remaneat.

18 Neque denique moueant aliqua exempla, in quibus resignantes, mortuis resignatariis, ante collationem remanserunt in possessione beneficij; nam id non probat ita esse de iure, sed solùm posse allegari exempla, si causâ cognitâ res fuisset decisa.

19 Videtur ergo beneficium verè vacasse per resignationem, vt dicunt iura & DD. citati *num.*9. ac vt sic vacans prouidendum, quando resignatario mortuo, siue aliàs ejus jure cessante, agetur de prouisione beneficij: pro qua parte facit optimè doctrina Ludouici Gom. *ad reg. Cancell. super reg. de infirm. resign. quæst.* 30. vbi resoluit beneficium resignatum per infirmum, eo posteà decedente intra 20. dies, verè vacare per resignationem, non per obitum, *ex cap. Transmissa, cap. Super hoc, de renunc.* Posth. *de manut. decis.*452. *num.*7. 8. *&* 9. Prima enim vacatura per resignationem in Curia impedit secundam vacaturam per obitum, *cap. Susceptum, de rescript. in* 6. Farin. *in posth. tom.* 1. *decis.* 562. *num.* 1. quia cùm per resignationem amitteret jus; vt dicunt citati *num.* 9. *& cap. fin. de renunc.* Paris. *de resign. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 37. *&* 38. iam tempore mortis non habet resignans beneficium, quod vacet; iam namque dicebatur vacasse in Curia, vt multis citatis tenet Fermosin. *in cap.* 2. *de rest. spol. quæst.* 2. *num.* 2. licèt renunciatio haberet nullitatem. Barbos. *alleg.*57. *num.*33. Garc. *de benefic. cap.* 3. *part.* 11. *num.* 306. ubi simoniam: Tond. *de pens. quæst.*62. *num.*15. *& seqq.* quia vacatura cadit ipso jure. Garc. *de benefic. part.*6. *cap.*2. *num.* 229. *& part.*11. *cap.*5. *num.*62. Valenz. *cons.*128. *num.*66. *& num.*82. *& seqq.* vbi omnia tradit circa dictam vacaturam, & reseruationem in Curia, *& per tot.* etsi in renunciatione nulla aliud dicat Garc. 5. *part. cap.*1. *num.*154. Barbos. *de iur. eccles. lib.* 1. *cap.*39. §.3. *num.* 40. & *vot.*111. *num.* 38. Sanch. *cons. mor. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 36. *num.* 7. licèt dicat, quod regula sit quod collatio facta virtute prædictæ resignationis inualida sit, & beneficium censeatur vacare per obitum. Nam vt ait idem Gom. fictè, & interpretatiuè, non verè vacat per obitum, sed verè vacat per resignationem.

Quod patet; nam si superuiuat resignans, collatio facta resignatario valida est: ergo beneficium erat vacans: quod si vacans non esset, inualida foret collatio, nec validari posset ex superuiuentia resignantis vltra 20. dies. Similiter ergo dico ego, si beneficium resignatum in fauorem non vacasset per resignationem, non posset Papa de illo disponere in fauorem resignatarij, nec aliàs, neque pendère potest vacationis modus ab euentu, ita vt si conferatur cum effectu resignatario, dicatur verè vacasse per resignationem; sin minùs, non vacasse, imò remanere apud resignantem, vel eo mortuo vacasse per obitum, quia solùm vacat in Curia, vt semper 20

semper solet declarari à Summo Pontifice Domino nostro in resignatarij bullis, cujus assertio semper credenda est, adeo quod non admittat probationem in contrarium. Textus est *in Clement. Literis, de probat.* Flam. *de resign. lib.8.quæst.11. num.1. & seqq.* Tondur. *de pens.decis.7. n.1.* & *decis.8.num.2.* Themud. *decis.* 258. *n.6. & decis.273.num.9. & 10.*

21 Sic etiam vacat in Curia ob defectum publicationis requisitæ à Constitutione Gregor.XIII. de publicandis; cujus tenorem refert ad literam Flam. *de resignat. lib.11. in præf. num.5.* de qua necessitate publicandi, & intra quod tempus fieri debeat, & quibus requisitis, & quomodo, sunt videndi Donat. Anton. de Marin. *resol. quotid. cap.308.* Tondut. *de pens. cap.5.* Clem. Merlin. *decis.* 176. *num.* 2. & *decis.*329. idem Paris. *dict. num.*5. & *lib.*11. *quæst.*7. *num.*34. Loter. *de re benefic. lib.*3. *quæst.* 21. *& num.*26. & *quæst.*14. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.*15. *num.* 197. *& seqq.* Garc. *de benefic. cap.* 3. *numer.* 274. *&* 398. Fermosin. *tom.* 2. *de iudic. pag.* 52. Rojas *decisione* 61. Paul. Rub. *decis.* 92.

22 Ex cujus dispositione magis probatur nostra resolutio, quia vt patet ex illius verbis, ob non publicationem non inducitur noua vacatura, sed tantummodò annullatur, & resoluitur gratia prouisiua facta resignatario, manente primâ vacaturâ per resignationem in suo vigore, vt patet ex litera dictæ Constitutionis Gregor. XIII. & resoluit Loter. *de re benefic. lib.3. quæst.21. num.* 26. Flam. *dict. lib.11. quæst.7. num.34. cum seqq.*

23 Quæ obligatio publicandi comprehendit non solùm resignatarium, sed extenditur etiam ad impetrantem, qui ob defectum non publicationis impetrauit beneficium eodem modo, quo obligabatur resignatarius antecessor illius, vt sunt verba dictæ Constitutionis *in §. Illorum.* Ita resoluunt Flam. *de resign. lib.* 11. *quæstione* 4. *num.*25. *&* 26. & *quæst.*7. *num.*53. Loter. *de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 21. *numer.* 31. ex Seraphin. *decis.*1064. *num.*4. *&* 5. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 3. *numer.*301. Rot. apud Merlin. *dict. decis.*329. *num.* 10. *& seqq.* Fermosin. *ad lib.* 2. *decret. tom.* 2. *de foro comp. in tit. praxis Trib. super, cap. fin. de lib. oblat. quæst.* 4. *num.* 22.

24 Ratio est, quia cùm sit subrogatus loco resignatarij, ea omnia tenetur facere, & obseruare, ad quæ resignatarius tenebatur, vt prosequitur Flam. *dict. quæstione* 4. *num.* 26. Loter. *dict. quæst.* 21. *numer.* 31.

Etiamsi declaretur in bulla prouisionis, prouisum fuisse examinatum, & inuentum idoneum; tunc enim non cessat obligatio publicandi, quia hæc declaratio non est collatio, sed idoneitatis declaratio: & cùm deficiat collatio, non dicitur facta prouisio, vt per hæc verba tradit in terminis Murga *part.*1. *quæstione* 2. *de diuis. benefic. §.* 1. *diuis.* 2. *numer.* 28. faciunt quæ tradit Garc. *de benef.*4. *part. cap.*1. *num.*25. vbi quod examen est requisitum, & debet præcedere collationem. 25

Et meritò, quia examen Synodale per concursum potest interuenire in omnibus prouisionibus factis à Summo Pontifice, vt solet fieri in omnibus vacaturis, tam per obitum, quàm per concursum in partibus, aut in Curia, iuxta decretum S. Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 18. & ibi Barbos. *in collect. numer.*21. 26. *&* 27. 26

Et examen factum in hoc casu solùm prodest ad hoc, vt prouisus iterum non examinetur. Massobr. *in praxi habendi concursum, prælud.* 3. *dub.* 3. *num.* 5. Homobonus *de examine Ecclesiar. tract.*2. *cap.*3. *quæst.* 31. *in fin.* vbi sic seruari in Curia restantur, prout refert Fermosin. *ad rubric. de ætate, & qualitate, & in cap. fin. quæst.* 2. *num.* 53. *&* 60. vbi in specie de prouiso à Papa in Curia Romana. 27

Et ideo dictæ bullæ solent habere clausulam, *si ita est*, quæ ante omnia debet verificari, citatis partibus, vt in terminis tradit Dom. Francisc. de Rojas *decis.*102. *num.* 4. & ante illius verificationem, & collationem nullum ius adquirit prouisus, vt tenet Fermosin. *ad rubric. de renuntiat. in cap. quod in dubiis* 8. *quæst.* 1. *num.*12. 28

Solùm enim post iustificationem, & verificationem gratiæ concedenda est immissio, & Literis Apostolicis executio, iuxta textum *in cap. Si Capitulo*, ibique Gloss. *in verbo Exequatur*, *de concessione præbendæ in* 6. per quem multoties judicatum in Sacra Rota Romana tradit Tondut. *post tract. de pensionib. decis.*6. *in princ.* & *decis.* 7. *num.*1. Butar. *decis.* 941. *num.*5. Durand. *decis.*59. *num.*1. Rota apud Paul. Rub. *decis.*27. *&* 92. *n.*11. & *decis.*187. *n.*1. *&* 17. Clemens Merlin. *decis.* 193. *num.*2. & *decis.*281. *num.*2. & *decis.*467. *num.*6. & *decis.*543. *num.* 10. & *decis.*698. *num.*1. & *decis.* 819. *num.* 1. Rota apud Otthobon. *decis.*135. 29

*decis.*135. *num.*8. & *decis.* 172. *num.*1. Anton. ab Eccles. *obs.*193. Rojas *decis.*692.

30 Et ideò absque verificatione, & publicatione semper beneficium vacat in Curia per primam resignationem, non obstante quacunque possessione, triennali, aut decennali; à dicta enim Constitutione Gregoriana est reprobata, prout testatur Flamin. *de resign. lib.*11. *quæst 6.num.*92.*&* 93. *&* 112. August. Barbos. *lib.*3.*cap.*15.*n.*197. *&* 198. quare præferentiam habet prouisus, qui publicauit, quamuis in data sit postremus, & possessio ab alio in publicando negligentiore priùs apprehensa fuerit, vel petita, vt sunt verba dictæ Constitutionis, super quibus esse casum valdè notabilem, asserit Flamin. *de resign. lib.*11. *quæst.*4. *num.*27. *in fin.*

31 Et ideò optimo jure defendimus solùm per primam resignationem acceptatam à Summo Pontifice vacare beneficium in Curia, & non per obitum, licèt resignans posteà è vita decedat; tunc enim non vacat per obitum, vt diximus, sed per primam resignationem, ex textu *in cap. Ex transmissa, de renunciatione*, tradit Loter. *de re beneficiar. lib.*3. *quæst.* 14. *num.*50. *& seqq. iunct. num.*58.

32 Et meritò, quia gratia seu prouisio suæ Sanctitatis non est vacaturæ causa, sed solùm resignatio, vt tradit Loter. *de re beneficiar. lib.*3. *quæst.*14. *num.*27. *& seqq.*

33 Quare iste prouisionis actus iam vacationem supponit, & præcedere per renunciationis suæ Sanctitatis acceptationem; est namque consummatio vacaturæ iam præcedentis, vt *ex cap. Si absenti, de præbend. in 6.* tradit Gonzal. *ad regul.*8. *Cancell. gloss.* 15. §. 1. *num.* 15. *&* 33. & §. 2. *num.*31. Garcia *de benef. part.*4. *cap.*2.*num.*2. Loter. *de re beneficiar. lib.*3. *quæst.*1. *num.*16. *& seqq.*

34 Et ex hac ratione istud ius est separatum, & à vacatura distinctum, quia Summus Pontifex potest prouisionem reseruare ad tempus sibi visum, ex Loter. *de re beneficiar. lib.*3. *quæst.*14. *num.*38. *&* 49. & potest resolui tale jus casu quo resignatarius non sit habilis, aut idoneus; & etiam casu quo non obseruauerit Constitutiones Canonicas, sub quarum conditionibus visus est pronidere, vt tradit Loter. *dict. quæst.* 14. *num.* 40. *iuncto num.*57.

35 Adeo procedit supradicta vacatura in Curia, quod habet locum etiamsi renunrians protestetur, se velle dominium, & possessionem retinere, donec Papa eam acceptauerit, gratiamque beneficij in personam illius, in cuius fauorem renuntiatio fit, contulerit; nam in hoc etiam casu si renuntiationem Papa acceptauerit ad eum effectum ad quod facta fuit, beneficium omninò vacat in Curia per talem resignationem, ex textu *in cap. fin. de renuntiat.* Puteus *decis.* 158. *sub num.* 3. *lib.*1. Oldrad. *cons.*282. *num.* 2. Rebuff. *in prax. beneficiar. lib.*1. *tit. de resignatione conditionali*, Paris. *de resignat. lib.* 1. *quæst.*5. *num.*37. *&* 38.

Et ideò Legatus de latere non potest conferre tale beneficium vacans in Curia, nisi specialiter, & expressè sit ei concessum; nec beneficia reseruata, vt suprà diximus ex August. Barbos. *de iur. Eccles. lib.*1. *cap.*5. *num.* 42. *&* 43. ad quod etiam venit disputandum, vtrum beneficium intrusi sit reseruatum, & vacet ex causa intrusionis; & cùm illius collatio pertineat ad Sedem Apostolicam, an tale beneficium veniat in reseruatione: quam quæstionem latè disputat Frances *de intrusione quæst.*76. *& quæst.* 77. Disputat etiam, an si Papa reseruat beneficia per verba genitiui casus, putà Petri, vel Pauli, an veniant beneficia in quibus sunt intrusi, & sic an sola possessio seu detentatio debeat attendi. Et *quæst.*78. tractat, an si Papa reseruaret beneficia quæ obtinet Titius, cùm vacauerint, seu ea vacare contigerit, veniant etiam beneficia in quibus Titius est intrusus; & ibi multa tradit circa reseruationem. 36

Et ideò si Legatus de latere, Nuntiusve, aut Ordinarius conferat talia beneficia reseruata, & vacantia in Curia, erit prouisus intrusus ex defectu potestatis; vt tradit Riccius *resolut.* 224. *num.* 2. *vers.*8. Frances *de intrusione quæst.*2.*num.*16. optimè Tondut. *de benef. cap.*3. §.6.*num.*19. *&* 20. 37

Quia non possunt conferre beneficia Sedi Apostolicæ reseruata, & talis obtinens dicetur intrusus; existente enim reseruatione, nullus inferior præter Papam conferre potest; nam eius collatio specialiter ad Pontificem pertinet, vt expressè deciditur *in cap.* 2. *de præbend.* Gloss. *in Clementin. Si de beneficio*, *verb. Sine ad nos*, *eod. tit.* Garc. *de benefic.* 5. *part. cap.* 1. *num.* 68. Barbos. *in Pastoral. part.* 3. *alleg.* 57. *num.*22. Loter. *de re beneficiar.* 1. *part. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 14. *& seqq.* Frances *dict. quæst.* 2. *numer.* 18. *&* 19. vbi quod si Ordinarius prouideat beneficium, quod vacauit in Curia, & talis prouisus illud administret, & possideat, erit intrusus, quia titulum colora- 38

tum non habet, vt notauit Valasc. *consult.79. num.7.& seq.* Loter. *de re beneficiar. lib.2. quaest.26. num.7.*

39 Nam *in dict. cap.2. de praebend. in 6. in fin.* additum fuit decretum irritans, cuius natura est annullare, irritare, & incolorare quicquid apponitur dispositioni supra quam cadit, vt per Loter. *dict. part.1. lib. 2. quaest. 14. num.99. cum plurib.* idem Frances *in pastorali intern. 1. part. tract.4. quaest.2. num.10. & 11.*

40 An autem sit differentia quoad reseruationem, si beneficium vacet in Curia, vel in Sede, & in quo differant, tradunt Garcia *de benefic. 5. part. cap.1. num.387.* Loter. *dict. lib.2. quaest.27. num.4.* Frances *dict. quaest.2. num.20.* cum quo *num.23.* sunt aduertenda sequentia ibi.

41 Insuper aduertendum est, hanc intrusionem non solùm incurri in beneficiis generaliter, & specialiter reseruatis, vt *in dict. cap. 2.* sed etiam in alia quacunque reseruatione in corpore juris clausa, de cujus materia, & de intellectu illius textus *in dict. cap.2.* latè agit Loter. *in dict. lib. 2. quaest. 27.* licèt euim Gloss. *in regul. 38. Cancellariae*, dixerit vnicam tantùm esse reseruationem generalem, illam videlicet de qua *in dict. cap.2. de praebend. in 6.* Milis. tamen *in suo repertorio, verbo Reseruatio, §. final. in fin.* plures esse defendit, eumque sequitur Gigas *in Epitome de intruso, num.83. vers. Quares an vnica*, dicens hanc opinionem apertè probari per textum regulae Cancellariae 33. *de triennali possessione*; nam ibi dicitur: *Ex aliqua reseruatione generali in corpore iu-*

42 *ris clausa*, &c. Ex quibus verbis colligitur, non vnicam tantùm, sed plures reperiri. Et quamuis Glossator *ad dictam regulam* 33. in publicatis per sanctae memoriae Innocentium VIII. penes Ludouicum Gomezium *pag. 21. in impressis Venetiis de anno 1546. §. Item in quantum hic dicitur pacificè, vers. In quantum hic dicitur ex aliqua reseruatione generali*, &c. defendat vnicam tantum esse reseruationem generalem in corpore juris clausam, & voluerit praedicta verba regulae esse apposita ex errore Abbreuiatorum, & ex eo omnes successores eundem stylum sequuti fuerint, vt refert Glossator dicens ita factum ex Nicolao de Castello Abbreuiatore illorum temporum; mihi tamen difficile videtur, cùm non sit credibile per tot curricula temporum errorem tantum non fuisse sanandum, cum omnes sequentes Abbreuiatores vsque nunc eisdem ferè verbis dictam regulam 33. pronuntiauerint, & publicauerint. Quapropter nulla datur euasio praedictis verbis, ex quibus clarè constat, plures dari reseruationes generales in corpore juris clausas, hancque sententiam verissimam iudico, relictis Milis. & Gigante *vbi suprà*, quibus arridet Æneas de Falc. *in tract. de reseruationibus, in 2. part. principali, num.12.* & alij relati per Ludouic. Gomez. *ad regul. de triennal. possess.* ex publicatis à Clemente VII. *quaest.31. vers. Secundus igitur articulus.* Vbi enumerat septem alias reseruationes in corpore juris clausas, praeter illas quas alij declararunt, vbi videre poteris, ne longiùs in hoc diuertamur; quamuis aliàs ad multa sit vtile, & necessarium, videlicet ad facultates Legatorum, quibus attribuitur potestas prouidendi beneficia quomodolibet reseruata, exceptis illis quae sunt affecta reseruatione in corpore juris clausa; quae quidem non vnica, sed plura sunt: & ideò verba dictae regulae 33. non per errorem, vt dixit Glossator, sed cordatè sunt apposita.

Idem erit in Legato à latere, aut Ordinario conferente beneficium eius, qui 43 obiit prope Curiam Romanam per duas dietas, vel si vacet per obitum Curialis, qui ex causa recreationis, vel infirmitatis se contulit ad locum Curiae vicinum, etiam per duas dietas legales, animo Romam redeundi: nam in vtroque casu prouisus ab Ordinario, aut Legato, erit intrusus, cùm talia beneficia dicantur vacare in Curia, vel apud Sedem, & consequenter sunt reseruata, vt expressè deciditur *in cap. Praesenti 34. de praebend. & dignitatibus.* Gonzal. *ad regul.8. gloss. 43. num. 45.* Garcia *de benefic. 5. part. cap. 1. num.70.* Viuian. *in prax. iurispatronat. lib.4. cap.5. num.13.* August. Barbos. *in collectan. d. cap. Praesenti, num. 3.* vbi allegat varias Rotae decisiones, & latè disputat qui dicantur Curiales ad effectum huius reseruationis: & *in collectan. ad cap. Licèt Ecclesiam, eodem tit. in 6.* Frances *dict. quaest.2. num.25. & quaest.3. num.9.* ex Valasc. *consult.79. num.7. & seqq.* quem refert & sequitur Barbos. *de potest. Episcopi alleg.57. num.20. & seqq.* vbi latè disputat quando dicantur beneficia vacare in Curia.

Idem erit in conferente beneficium re- 44 signatum in Curia, quia illud obtinens dicitur intrusus; licèt enim non dicatur vacare propriè apud Sedem, vacat tamen in Curia, etiamsi renuntians in ea non sit praesens, sed resignatio per procuratorem fiat, vt per Gloss. *in Clementina 1.*

verb.

verb. Collatio, vers. Non placet hoc dictum, vt lite pendente: Couar. *practicar. cap.* 36. *num.* 4. *ad fin. vers. Vacant autem in Curia,* Paris. *de resignat. lib.* 9. *quæst.* 14. *num.* 1. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 13. *num.* 42. Frances *dict. quæst.* 2. *num.* 26.

45 Nec etiam Legatus de latere potest conferre beneficia iurispatronatus laïcorum. Gloss. *verb. Apostolicis, in Clementin. Per literas, de præbend.* eleganter Fragos. *de regim. Reip. dict. disp.* 10. §. 3. *num.* 78. 79. 80. *&* 81. Cæsar *disp.* 3. §. 2. *num.* 8. cum aliis multis August. Barbos. *de iure ecclesiastic. lib.* 1. *dict. cap.* 5. *num.* 44. vbi etiam ex Garcia resoluit prouisionem beneficij iurispatronatus laïcorum factam à Legato sine præsentatione aut consensu patroni esse nullam, sustineri tamen illo non reclamante intra tempus ad præsentandum: & quod rectè poterit Legatus conferre beneficia iurispatronatus laïcorum deuoluta ad Episcopum ex negligentia patroni, de quo etiam Thoro *in suo Codic. rer. iudic. cas.* 60. *num.* 379. latè explicat Bicchius *decis.* 667. vbi etiam quod possint prouidere beneficia iurispatronatus ecclesiastici, vt *num.* 19. Put. *lib.* 3. *decis.* 157. Fermosin. *in cap. causam quæ* 8. *de præscript. quæst.* 3. *num.* 22. vbi etiam an possit præscribere facultatem prouidendi beneficia iurispatronatus Laïcorum.

46 Et ideo certum est, repugnante patrono laïco, aut eo inconsulto, non posse inferiorem Romano Pontifice, siue sit Episcopus, siue Nuntius, siue Legatus conferre Ecclesias patronatas laïcorum, quamuis in literis habeat licentiam vt conferat Ecclesias patronatas. Gloss. *in cap. Illud, de iurepatronat.* vbi Abbas *num.* 8. Fragos. *dict.* §. 3. *num.* 80.

47 Quinimò nec Legatus Papæ poterit pensiones imponere super Ecclesia patronata laïcorum, vt ex Olibano *in commentar. de iure fisci, cap.* 13. *num.* 35. tradit Fragos. *dict.* §. 3. *num.* 80. vbi *num.* 81. quod si patronus laïcus consentiat, potest Legatus conferre beneficium, quamuis Archiepiscopus aut Episcopus contradicat: & ibi & numeris sequentibus agit quando dicatur iuspatronatus laïcale.

48 Quod etiam procedit in beneficiis iurispatronatus mixti, quia adhuc Legatus non poterit ea conferre. Cabed. *de patronatibus cap.* 35. *num.* 5. Garcia *dict. cap.* 3. *num.* 67. *&* 69. August. Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 45. *&* 46. vbi quod non procedit in beneficiis iurispatronatus laïcorum ex priuilegio & præscriptione; nam ista benè potest Legatus conferre, ex Garcia *dict. cap.* 1. *num.* 72. Couar. *dict. cap.* 36. *num.* 6. Martha *de iurisdict. part.* 2. *tit.* 15. *cap.* 21. *num.* 22. Ricc. *tom.* 3. *praxis, resol.* 105. vbi an Legatus de latere possit derogare iuripatronatus mixto, Prosper. Fagn. *in cap. Cum oportet, num.* 31. *de iurepatronat. pag.* 257.

49 Neque etiam Legatus durante anno nouitiatus potest conferre beneficium nouitio. Fragos. *dict.* §. 3. *num.* 88. *&* 89. & *n.* 91. & quod non potest conferre vnum beneficium duobus ea lege ac conditione, vt si primus non consentiat, secundus illud habeat: similiterque non potest conferre beneficium alicui, qui aliud beneficium habebat, de quo nullam mentionem fecit; nec valet collatio talis beneficij contradicentibus Ordinariis, qui cùm gaudeant beneficio conferendi, possunt conferre beneficium habenti alterum, quamtis nulla de eo fiat mentio, ex Clementina finali, *de Offic. Ordinarij:* optimè cum multis DD. & Rotæ decisionibus August. Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 49. *&* 50.

50 Eodem modo non potest Legatus conferre beneficia manualia, ex Fragos. *dict.* §. 3. *num.* 92. *&* 94. quo Legati de latere non possunt concedere regressus, nisi ex literis Apostolicis aliud appareat; sunt enim reuocati regressus à Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 8. *de reformat.* & aliis Decretis Pontificalibus, de quibus idem Fragos. *dict. num.* 94. *& seqq.* vbi quando habeat locum.

51 Sic etiam Legatus non potest conferre beneficia, quæ ad Archiepiscopi, aut Episcopi collationem spectant iure speciali, seu delegato. Kochier. *de iurisdict. in exemptos part.* 2. *quæst.* 2. *num.* 22. Barbos. *d. cap.* 5. *num.* 47.

52 Simili modo Legatus non potest conferre beneficia litigiosa, *cap.* 1. *&* 2. *vt lite pendente in* 6. Barbos. *d. cap.* 5. *num.* 48. Frances *de intrusione, quæst.* 2. *num.* 27. vbi etiam quid in Ordinario; quod procedit non solum quando beneficium est litigiosum in Curia Romana, sed extra Curiam: & *quæst.* 3. *num.* 10. & *quæst.* 7. *per tot.* vbi eleganter.

53 Vtrum autem Legatus conferre possit beneficia cum clausula *motu proprio,* disputat Barbos. *d. cap.* 5. *num.* 51. *& num.* 52. vbi quod hæc facultas conferendi beneficia non extenditur ad alios Legatos, nisi quando eis specialiter sit indultum, *cap. Literas, de supplenda negligentia Prælatorum, cap.* 1. *de offic. Legati:* & *num.* 51. quod Nuntiis cum potestate Legati à latere missis conceditur facultas restricta ad beneficia

neficia ecclesiastica simplicia per obitum extra Romanam Curiam vacatura, quæ non excedunt valorem 24. ducatorum auri de Camera, computatis distributionibus; extra tamen Metropolitanas & alias Cathedrales, & Collegiatas Ecclesias, vt per Garciam 5. *part. cap.* 3. *num.* 84. vbi ponit tenorem facultatum Nuntij Hispaniarum circa collationes beneficiorum: & numeris sequentibus circa intellectum huiusmodi facultatum plura adducit. Rota apud Crescent. *de priuileg. dec.* 8. *aliàs* 160. vbi quod Nuntius habens facultatem conferendi beneficia, conferre potest etiam vacantia in mensibus Ordinarij, non obstante regula de octo mensibus. Ricc. *prax. resol.* 8. *num.* 1. & vide infrà *num.* 62. explicat Gomez Bajo *part.* 2. *lib.* 3. *prax. cap.* 1. *num.* 6. *&* 7. Tondut. *de pens. cap.* 10. *per tot.*

54 Vtrum autem Legatus possit beneficia reseruare, quorum conferendorum ius & potestatem habet, latè disputat cum multis, & explicat August. Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 54. 55. 56. *&* 57. & vltra quos refert multos etiam allegat Frances *de intrusione quæst.* 2. *num.* 24. Fragos. *d. cap.* 3. *num.* 63. Crescent. *de concessione præbendæ decis.* 5. *aliàs* 144. vbi quid in beneficio vacante per obitum familiaris Cardinalis. Optimè explicat & limitat Butr. *de iurepatron. cap.* 28. *per tot.* Paul. de Citad. *de iurepatr. part.* 7. *num.* 16. Tondut. *benef.* 2. *part.* §. 2. *num.* 40. *pag.* 258. *cap.* 3. Cened. *ad Decret. ad text. in cap. Cùm dilectus* 28. *de iurepatr. collect.* 79. *num.* 3. Et quid in beneficiis iurispatronatus, Prosper Fagn. *in cap. Dilectus, num.* 12. *de præbend. pag.* 127. vbi quod potest beneficium vacaturum reseruare etiam pro certa persona, sed non dare ius ad vacatura.

55 Vtrum autem Legatus à latere possit commendare Ecclesias parochiales, aut beneficia, tam in perpetuum, quàm ad tempus, tradit August. Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 58. 59. *&* 60. optimè exornat Bicchius *decis. Rot.* 667.

56 Vtrum autem Legatus à latere possit nominare coadjutores in perpetuum, & ad tempus, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo; & quomodo, & quando, latè disputat Fragos. *d. disp.* 10. §. 4. *num.* 107. *vsque ad fin.*

57 Vtrum autem Legatus à latere possit vnire beneficia, tam sæcularia, quàm regularia, etiam contradicente Episcopo, tradit idem Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 61. *vsque ad* 67.

58 Vtrum autem Legatus à latere possit recipere resignationes beneficiorum, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, & præstare authoritatem in permutatione beneficiorum, & quando & quomodo, tradit omnibus citatis idem Barbos. *d. cap.* 5. *num.* 68. 69. *&* 70. explicat Rota post tract. Zuff. *de crim. process. legitim. decis.* 2. *num.* 13. *& seqq.* optimè explicat Tondut. *post tract. de pens. decis.* 29. *num.* 9. *& de benef. cap.* 3. §. 1. *per tot.* & in Nuntio Mart. *lib.* 6. *tit. collector. cap.* 7. *pag.* 60. Flam. *de resign. lib.* 7. *quæst.* 13. *num.* 17. vbi an possit committere receptionem resignationis, & collationis: optimè Fermosin. *crim. tract.* 1. *in cap. Ex insinuatione* 26. *q.* 1. vbi tractat, an si quis resignet beneficium cum conditione, vt sibi pensio soluatur, sit simonia; & quid si renunciet cùm intentione, vt resignatarius iterum conferat & resignet suo nepoti: & quid in clausula, *non aliter, non aliàs*: & quid si dicatur maior beneficij valor, vt pensio assignetur: & *quæst.* 2. vbi de clausula accessus, & regressus, & *per tot.* de simonia omnia tradit circa renunciationes & simonias.

Vtrum Legatus à latere possit conferre beneficium Parochiale sine concursu & examine, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? tractat Hurtad. *de exam. Synodal. tract.* 12. *cap.* 1. *resol.* 28. 59

Vtrum Vicariæ ex Constitutione S.D.N. Pij V. prouideantur ad liberam electionem Ordinarij, an verò ad nominationem eorum, in quorum Ecclesiis existunt, & contra dictam Constitutionem valeat contradicente Archiepiscopo aut Episcopo disponere, eique derogare, & possit tales vicarias conferre, & quando collatio ei competat vigore indulti, & censeatur istud reuocatum, non factâ speciali mentione, latè disputat nouiter Cæl. Bicch. *decis.* 667. Burat. *decis.* 708. *num.* 11. vbi quod Legatus ordinarius collator non est, & ideò conferens vigore indulti confert vti delegatus Papæ, eiusque authoritate. 60

Legatus de latere an possit derogare regulæ de infirmis, tradit Kochier *ad reg. Cancel. reg.* 16. *num.* 35. *ac de viginti*: Put. *decis.* 144. 61

Et si Nuntius habeat facultatem conferendi beneficia intra propriam prouinciam existentia, collatio extra eam facta est nulla. Put. *decis.* 477. *lib.* 2. Gratian. *forens. cap.* 127. *num.* 18. 62

Legatus vel Nuntius Apostolicus destinatus ad Principem, cui subsunt diuersæ prouinciæ, cum potestate conferendi ad quæ loca declinare contigerit, an possit in omnibus prouinciis isti Principi subie- 63

ctis

ctis conferre, disputat Fabius *decis. Audit. Rom. part.* 3. *lib.* 3. *decis.* 142.

64 An prouisus à Papa de aliquo beneficio præferatur prouiso à Legato à latere, vel Ordinario, & quid in priùs possidente? disputat Fermosin. *in cap. Mandatum* 38. *de rescript. quæst.* 1. vbi multa refert: Barb. *in cap. Si à Sede* 31. *de præbend. lib.6.num.*5. ex Glossa ibi.

65 Et quod Legati Papæ gratia sit iustificanda quoad valorem beneficiorum, quia in ea habet locum regula de valore, tradit Burat. *decis.* 390. *num.* 9. & 162. *num.* 9. vbi quod nulla est non expresso valore obtentorum: & quando, & quomodo iustificetur, itavt si habeat minorem valorem, gratia sit nulla, tam in prouisione, quàm in renunciatione: & quid si detur excessus mandati, & quando consideretur, latè Tondut. *post tract. de pens. dec.* 31. *per tot.* de quo etiam *cap.* 10. *per tot.*

CAPVT LXVII.

Vtrum Nuntius, aut Legatus à latere habeat authoritatem in imponendis pensionibus, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo; & an pensio illa, quam titularis resignans beneficium sibi reseruauit, vendi, vel redimi possit absque simoniæ labe.

SVMMARIVM.

1 *Nuntius cum potestate Legati à latere non potest nisi ad hoc habeat facultatem expressam imponere pensiones.*

2 *Legatus à latere potest, nisi sit Ecclesia patronata laicorum, aut reseruata.*

3 *Legatus à latere potest reseruare pensiones, de quibus partes priùs conuenerunt; & an possit concedere facultatem transferendi pensionem, & quibus competat,* remissiuè.

4 *Pensio an sit beneficium, & spiritualibus annexa.*

5 *An pensio illa, quam titularis resignans beneficium sibi reseruauit, vendi vel redimi possit absque simonia labe:* & num.6. vsque ad fin.

1 QVOAD primam partem dicendum est, quod Nuntius cum potestate Legati à latere non potest, nisi habeat facultatem expressam ad hoc, ad textum *in cap. Literas, de supplenda negligentia Prælatorum*: probant quæ tradit Barbos. *de iur. ecclesiast. cap.* 5. *num.* 52.

Sed Legatus à latere habet authoritatem in pensionibus imponendis, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo. Gigas *de pensionibus quæst.* 6. *num.* 18. & 19. Lælius Zecch. *de benefic. & pensionib. cap.* 11. *num.* 5. Garcia *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 281. Cæsar *part.* 1. *disp.* 3. §. 2. *num.* 25. qui tamen resoluunt, non posse pensionem imponere in beneficiis reseruatis, vel quæ aliàs ad eius prouisionem non spectant, prout testatur idem Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 71. de quo diximus suprà *cap.* 66. *num.* 47. vbi etiam quod non potest in Ecclesia patronata laicorum. Vide Tondut. *de pens. cap.* 25. *num.* 20. & 30. Solorzan. *de iur. Ind. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 14. 2

Et etiam potest reseruare pensiones, de quibus partes priùs conuenerunt, de quo latè Tondut. *de pens. cap.* 1. vbi etiam de omnibus qui possunt vel non reseruare pensiones. Flam. *de resign. lib.* 6. *quæst.* 4. *num.* 15. vbi an possit concedere facultatem transferendi pensionem, de qua re est videndus Tondut. *de pens. cap.* 1 *num.* 20. & *seqq.* 3

Quoad secundam partem, dato quod pensio sit beneficium, & spiritualibus annexa, de quo ex Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. quem & alios refert Fermosin. *crim. tract.* 1. ad textum *in cap. Cùm essent* 12. *quæst.* 2. *pag.* 213. 4

Adhuc in nostro casu non committi simoniam, ex eo videtur, quia qui tertio vendidit pensionem, vel qui pretio accepto illam remittit, sicut etiam ille qui emit, vel redimit, nullo modo intendunt ius aliquod spirituale acquirere, vel transferre, sed meram temporalitatem, scilicet vtilitatem, & redditus. Vnde sicut ille, qui emeret à beneficiato ius temporale recipiendi decimas, cæterosque beneficij redditus, siue calicem aut corporalia, nullo modo committeret simoniam, quia non emit consecrationem, sed materiam; neque ius ad decimas, sed vtilitatem, & commoditatem: sic est in proposito. 5

Et quod commoditas pensionis emi possit absque simonia, tradit Garc. *dict. cap.* 5 *num.* 29. Fermosin. *dict. quæst.* 2. *num.* 19. & 20. Neque aliquis inficiabitur, & passim fit in pensionibus, vel beneficiis ad tempus, vel pro vita locatis, siue potiùs venditis eorum redditibus. 6

Quamuis autem huiusmodi aliquas differentias producant, nec sic cesset, vel transferatur 7

transferatur in emptorem pensio, qualiter transferretur, si ius ipsum transferri posset; contrahentes tamen, illud ius transferri non posse agnoscentes, id non intendunt.

8 Nihil enim agunt quoad ipsum ius, sed tantùm quoad vtilitatem. Vnde quia per hoc, quod ius remanet apud verum pensionarium, & inde sequuntur effectus maximè differentes à vera cassatione, conueniens est cessare pensionem volenti ad Papam recurrere. Ad eum ergo itur, non quia aliàs simonia committatur; sed quia aliàs ius exigendi pensionem non extinguitur, licèt pensionarius stare debeat contractui, neque petere possit ab eo, à quo pretium redemptionis accepit, & sic remisit ius petendi illos redditus vendens commoditatem. Hinc non probo quod ex aliis refert Sanch. *cons. mor. lib. 2. cap. 3. dub. 46. n. 4.* quod scilicet redimens pensionem absque authoritate Papæ illam potest exigere; nihilominus vbi primùm ex decursis non solutis fuerit pensionatus satisfactus de pretio quod pensionarius recepit.

9 Obiicies, quod etiam ille qui dat pretium pro iurepatronatus, vel pro beneficio, nullo modo ius spirituale intendit comparare, sed temporalem vtilitatem beneficij; & nihilominus simoniam committunt tam dans, quàm recipiens; cùm tamen certum sit nullius ex illis intentionem ad ius dirigi.

10 At respondetur, & est maximè notandum, & aduertendum, quod quandocunque datur titulus spiritualis, cuius ratione ille fructus, siue commoditas prouenit, simonia committitur, quamuis intentio principalis non sit emere ius spirituale, sed vtilitatem ex eo prouenientem; nam in effectu hæc non potest producere nisi ius illud, scilicet collationem, siue ordinem, siue aliud ius spirituale consequatur, vnde illud quoque in effectu emitur.

11 Ad pensionis verò vtilitatem, & commoditatem consequendam, & clariùs ad vitandam eius solutionem nullum ius spirituale primariò, aut secundariò, nullusque spiritualis titulus requiritur, sed hoc permanente in vero pensionario ex ipsius voluntate & contractu celebrato, commoditas, & nihil aliud pertinet ad emptorem, si tertius emat; vel ad pensionatum, si ipse redimat.

12 Videtur ergo simoniam non dari, nisi detur, vel recipiatur titulus, ius, functio, vel sacramentum ab eo qui dare potest; vel detur pretium ad hunc finem, licèt eum effectu non sequatur, veluti quando prætendens beneficium dat alteri pretium, ne sit prætensor. Sin autem nullo modo prætendatur titulus, vel ius, non videtur dari simonia, veluti si detur pretium Rectori Ecclesiæ, siue Canonico, aut alteri, vt dimittat beneficium, nullâ habitâ intentione vt sibi, vel alteri acquirat, qui pretium dedit, sed aliâ intentione. Non enim videtur committere simoniam, sicut neque ille qui emit calicem consecratum, nullo modo considerando consecrationem; vel qui dat pecuniam Parocho, ne administret alicui sacramentum.

Sic similiter videtur in proposito; nam 13
redimens nullum titulum, siue ius prætendit, sed oneris extensionem, quod beneficio suo est impositum: vnde non videtur simonia, non aliter ac illa non committeretur, si Parochianus cum suo Parocho conueniret pretio dare, ne ampliùs ab eo decimas cæteraque iura parochialia non exigeret, vt his non consideratis notat Fermosin. *dict. quæst. 2. num. 19. & 20.* & *ad rubric. de simonia*, omnia tradit circa simoniam, & circa pensiones Tondut. & Barbos. *de pensionibus.*

CAPVT LXVIII.

De potestate Archiepiscoporum, Episcoporumve circa beneficiorum prouisionem per alternatiuas; & quando sit eis licita sine Legati à latere aut Nuntij concursu, & prouisio præbendarum simultaneæ collationis cum Capitulo, etiam contradicente Legato à latere, aut Nuntio cum eius potestate; & an possint conferre talia beneficia, an solùm pertineat collatio ad Papam? & quid in beneficiis reseruatis, ac vacantibus in Curia; & ad quem pertineat eorum prouisio? Agitur etiam de executore, & legitimo contradictore.

SVMMARIVM.

1 *Potestas, ac iurisdictio conferendi beneficia ecclesiastica Petro Apostolorum Principi collata fuit:* & num. 2.

3 *Fundatio*

3 *Fundatio & institutio beneficiorum ecclesiasticorum, exceptâ Apostolicâ dignitate, modusque & forma adquirendi beneficia fuere introducta iure tantùm ecclesiastico & humano.*

4 *Sedes Apostolica concessit Archiepiscopis, aut Episcopis, vt quilibet posset conferre beneficia in sua diœcesi existentia:* & num. 5.

6 *Licèt Archiepiscopus aut Episcopus possint conferre omnia beneficia vacantia in quolibet mense, attamen postea coarctauit potestatem, & creauit alternatiuas in mensibus:* & numero 7.

Legatus à latere non potest conferre beneficia vacantia in mensibus alternatiuis; & quomodo num. 9.

10 *Idem dicendum est in prabendis simultanea collationis.*

11 *Idem dicendum est in beneficiis reseruatis.*

Quando dicantur beneficia reseruata, traduntur exempla, & numeris seqq. vsque ad num. 34.

35 *Reseruatio ob vacationem in Curia est clausa in corpore iuris, & nulla major, aut potentior inuenitur.*

36 *Quando vacent beneficia ad hoc vt prouideri possint.*

37 *De executore literarum, & de legitimo contradictore:* & nn. seqq.

1 OTESTATEM ac jurisdictionem conferendi beneficia ecclesiastica Petro Apostolorum Principi collatam fuisse, colligitur ex textu *in cap. Ita Dominus, §. Hinc enim, dist. 19. cap. fin. dist. 11. cap. In nouo, dist. 21.* Corona *de potest. Episcopi tract. 3. cap. 6. num. 1.*

2 Illa authoritate dum Ecclesia adhuc in cunis ageret, instituit dignitatem, & alia beneficia ecclesiastica contulit, *cap. 1. & 2. dist. 22.* Selua *de benefic. 2. part. quaest. 22. num. 3.*

3 Nam fundatio, & institutio beneficiorum ecclesiasticorum, exceptâ Apostolicâ dignitate, modusque, & forma adquirendi beneficia, fuere introducta iure tantùm humano, & ecclesiastico, *cap. 1. dist. 22. cap. Nullus 9. quaest. 2.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. §. 1. proœmial. num. 1. & 2.* Garcia *de benefic. part. 5. cap. 1. numer. 3.*

4 Postea Sedes Apostolica concessit Archiepiscopis, & Episcopis, vt quilibet posset conferre beneficia in sua Diœcesi existentia, *cap. Decreto, cap. Qui se scit 2. quaest. 6.* Flamin. *de resign. lib. 1. quaest. 10. num. 49.* Simonetta *de reseruationibus quaest. 3.* Castr. Palao *in opere morali, tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 27. num. 1.* Barbos. *de offic. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 57. num. 1.* Corona *vbi suprà.*

5 Iure igitur humano, & ecclesiastico, seu communi possunt Archiepiscopi & Episcopi loci Ordinarij conferre beneficia in sua diœcesi existentia, ita disponente constitutione Archiepiscopatus Vlissiponensis *lib. 3. tit. 8. in princip. pag. 265. cap. Omnes Basilica, cap. Nullus omninò, 16. quaest. 7. cap. Exigenda 10. quaest. 1. cap. conquerente, de offic. Ordinary,* Kochier *de jurisdict. in exemptos part. 4. quaest. 25.* Ricci us *in prax. decis. 394. num. 1. & resolut. 236. num. 1.* Durandus *decis. 441. num. 1.* Alzed. *de pracellentia Episcopi p. 1. cap. 6. num. 52.* Posth. *post tract. de manut. decis. 125. num. 1.* Garcia *de benefic. 5. part. cap. 1. num. 52.* infinitos refert Corona *dict. cap. 6. num. 2.*

6 Licèt Archiepiscopus aut Episcopus poterant conferre omnia beneficia vacantia in quolibet mense, haberentque omnes menses liberos, iuxta Castro Palao *dict. tract. 13. disp. 2. punct. 15.* August. Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 57. num. 2.*

7 Attamen hanc potestatem ordinariam conferendi beneficia Summus Pontifex precariè concessit, & posteà coarctauit, ex concordatis Germaniæ inter Sedem Apostolicam, & Federicum Imperatorem, per Constitutionem quæ incipit, *Ad sacram*, vbi alterni menses reseruantur Pontificiæ collationi, scilicet Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, September, Nouember, vt beneficia tam pastoralia, quàm non pastoralia, si vacent in his mensibus, ab ipso debeant conferri; reliqui autem menses collatoribus ordinariis relinquuntur; de qua alternatiua & prouisione, & quando habeat locum, vel non, & quibus requisitis, latè disputant DD. per varios casus, per textum ibi *in cap. Dudum, §. Nos igitur, cap. Si à Sede Apostolica, de prabend. in 6.* & ibi Barbosa, Gom. *de expectatiuis num. 14.* Zecch. *de benefic. cap. 2. numer. 1.* Branden. *super Concordata Germania, quaestione 8. 12. notabili 1.* latissimè omnia tradit Garcia *de benefic. 5. part. cap. 1. per totum*, Gonzalez *ad regul. 8. Cancell. gloss. 45. & §. 1. 2. & 3.* August. Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. allegat. 53. numer. 34. & seqq.* Alzed. *de pracellentia Episcopi 1. part. cap. 6, de residentia*

residentia & alternatiua, *num*.52. *& seqq.* Layman. *lib*. 4. *tract*. 2. *cap*. 10. *num*. 3. Corona *dict. cap*. 6. *num*. 2. vbi *numer*. 4. quid quando concurrit prouisus ab Ordinario cum prouiso à Summo Pontifice, & prouisus ab Ordinario est in possessione; & quis præferatur.

8 Et in istis beneficiorum prouisionibus factis secundùm alternatiuam sex mensium ab Archiepiscopis, aut Episcopis nihil potest conferre Legatus de latere, nec Nuntius cum eius potestate, quia solùm quando concurrit cum Ordinario, & eum potest præuenire, secundùm ea quæ diximus *cap*. 66. *numer*. 1. *&* 2. procedit quoad quatuor menses Ordinarij non habentis alternatiuam; sed non videtur procedere quoad sex menses alternatiuæ Archiepiscopi, aut Episcopi illam habentis, propter decretum irritans in regulis appositum, quod ligat etiam Legatum à latere, vt eleganter resoluit Garcia *de benefic*. 5. *part. cap*.3. *num*.45. vbi *num*.46. inquit Rotam iudicasse non valere prouisionem Legati à latere de beneficiis vacantibus in mensibus Ordinarij, etiamsi posteà Ordinarius non conferret. Quod etiam tradit August. Barbos. *de iure Ecclesiastico cap*.5. *num*.42.

9 Sed prouisio Legati à latere de beneficio vacante in mense alternatiuæ tribuit titulum coloratum, & suffragatur in iudicio spolij, vt cum variis decisionibus Sacræ Rotæ Romanæ tradit idem Garcia *dict. cap*.3. *num*.50.

10 Sic etiam idem est dicendum si Archiepiscopus, Episcopusve & Capitulum habeant aliquas præbendas simultaneæ collationis, de quibus, & quando, & quomodo prouideri debeant; & cum qua diuisione, aut turno, est videndus Alzed. *dict*.1. *part. cap*.6. *num*.60. *& seqq.* optimè Gonzal. *super regul*.8. *Cancell. de mensibus & alternatiuis*, *gloss*. 45. *num*. 46. *& seqq.* & §. 1. *eiusdem gloss*. 45. eleganter etiam *gloss*. 3. vbi etiam agit de prouisione per turnum; & eleganter de hac simultanea prouisione inter Archiepiscopum, Episcopumve & Capitulum, omnia tradit Prosper Fagn. *in cap. Cùm Ecclesia Vulterana*, *de electione*, *per tot. pag*. 81. *& seqq. tom*.2. Fermosin.etiam *in dict. text*. & Barbos. & *in cap. Cùm in cunctis*, §. *Ad clericis*, *de elect*. tractant etiam de prouisione per concursum, & de eadem simultanea August. Barbos. *vot*. 24. *num*. 7. cum multis Salced. *theatr. honoris gloss*. 48. *numer*. 4. *pag*.478.

Eodem modo idem dicendum est in 11 beneficiis reseruatis, in quibus se non potest intromittere Legatus à latere, nec Nuntius, vt diximus *cap*. 66. *num*. 1. *& seqq.* in quorum reseruatione Romanus Pontifex coarctauit ordinariam potestatem conferendi beneficia, quam concesserat Legatis, Archiepiscopis, Episcopisve, quarum reseruationum secundùm Coronam *dict. cap*. 6. *num*. 5. aliæ sunt generales, aliæ speciales. Generales sunt non pro certis beneficiis, seu personis, v. g. de beneficiis collectorum, & subcollectorum, Officialium Curiæ. Speciales autem sunt quæ fiunt de certis beneficiis, seu pro certis personis, ex Loter. *de re beneficiar. lib*. 2. *quæst*. 26. *numer*. 24. Garcia *dict. cap*. 1. *numer*. 18. & istæ reseruationes aliæ sunt in iure, aliæ in regulis Cancellariæ, quas hîc referre non erit inutile, ne Legati, Archiepiscopi, aut Episcopi prouideant de beneficiis reseruatis Sedi Apostolicæ, & eorum collatio sit nulla, *cap. nomen* 2. *q*... *cap. Dudum*, & *cap. Multùm studeo*, 3. *quæstione* 6. *cap. Si eo tempore*, *de electione in* 6.

Et primò dispositioni Sedis Apostolicæ 12 reseruantur omnia beneficia vacantia apud illam, seu in Curia Apostolica, *cap*.2. *cap. Statutum*, *cap. præsenti*, *de prabend. in* 6. August. Barbos. *de potest. Episcopi* 3. *part. alleg*.57. *num*.19.

Illud beneficium dicitur vacare apud 13 Sedem Apostolicam, & est illi reseruatum, quod vacauit in locis vicinis Sedi Apostolicæ, & Curiæ Romanæ, & prope eam intra duas dietas legales, vt est textus *in dict. cap. Præsenti*, *de prabend. in* 6. Barbos. *dict. alleg*.57. *num*.21. & Nos diximus & explicauimus *sup.cap*.66. *num*.1. *& seqq.*

Dicuntur etiam beneficia apud Sedem 14 Apostolicam, seu in Curia vacare, non solùm quando quis moritur in illa; quæ reseruatio sola est in corpore iuris, *cap. Præsenti*, *de prabend. in* 6. *extrauagant. Ex debito*, *de electione*, *extrauagant. Ad regimen*, *extrauagant. Pia solicitudinis*, *de prabend.* sed etiam per resignationem factam in manibus Papæ, quam constat verè, & realiter dici vacationem in Curia, etiamsi mediante procuratore alibi constituto, vt suprà diximus, *cap*. 66. *num*. 1. *& seqq.* cum multis, & vltra eos Corona *dict. cap*.6. *num*.5. vbi extendit ad permutationem, & limitat ad fauorem Ordinarij, cum Barbos. *dict. alleg*.57. *num*.23. *& seqq.*

Secundò

15 Secundò beneficia reseruantur dispositioni Romanæ Sedis per solam appositionem suæ manus, licet inutiliter factam, ita vt si Pontifex alicui prouideat, vel prouideri mandet de aliquo beneficio, si nulla fuerit prouisio, vtpote facta inhabili vel incapaci, vel ob subreptionem, vel alium defectum, beneficium remanet Romanæ Sedi affectum, & in eo Legatus, Archiepiscopus, Episcopusve nequeunt se intromittere, quamuis aliàs non fuerit reseruatum, ex textu *in cap. Vt nostrum 56. de appellationib.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar.* §. 3. *proœmial. n.*46. *& gloss.* 52. Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.* 1. *numer.* 138. Barbos. *dict. alleg.* 57. *num.*32. Corona *dict. cap.*6. *num.*6.

16 Tertiò reseruantur Sedis Apostolicæ dispositioni beneficia vacantia Sede Episcopali vacante, qualiscunque sint qualitatis, & speciei. Ita Pius V. in Bulla quæ incipit, *Sanctissimus in Christo Pater*, Flam. *de resign. lib.*2. *quæst.* 16. *num.* 30. Riccius *in praxi Eccles. resol.*333. *num.*2. Azor *moral. part.*2. *lib.* 6. *cap.* 34. *quæst.* 12. *vers. Eiusdem.*

17 Quartò reseruatur Sedi Apostolicæ collatio beneficiorum vacantium ob crimen hæresis, siue habeant animarum curam, siue non, etiamsi sint Ordinis sancti Ioan. Hierosolymitani, vel alterius Ordinis Militaris. Ita Bulla Pij V. quæ incipit: *Cùm ex Apostolatus*, data 6. Februarij 1566. Garcia *de benefic.* 5. *part. cap.*1. *num.*81. Gonzalez *gloss.* 51. *num.*10. Riccius *dict. resol.* 333. *vers. Secundò, & collect.* 1659. Castro Palao *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *punct.* 24. *num.* 3. August. Barbos. *dict. alleg.*57. *num.* 36. Corona *vbi suprà*, Prosper. Fagn. *in cap. quod à prædecessore, num.* 69. ● *schismaticis, pag.*235.

18 Quintò reseruata sunt dispositioni Romani Pontificis beneficia vacantia per priuationem, idest per simoniam, ex Bulla Pauli III. quæ incipit, *Sanctissimus*, Riccius *dict. resol.* 333. *vers.*10. Leo *Thesaur. fori Eccles. part.* 2. *cap.*5. *num.*36. Barbos. *dict. alleg.*57. *num.*39.

19 Sextò vacant, & ad dispositionem Romanæ Sedis spectant beneficia collata personis prohibitis ob prosapiam suam, crimen hæresis, vel apostasiæ à fide. Ita Gregorius XIII. in bulla quam refert Vgolin. *de potest. Episcop. cap.* 50. §. 2. *vers.* 3. Mantic. *decis.* 158. *num.* 1. Riccius *vbi suprà*, Gonzal. *reg.* 51. *numer.* 103. Flam. *quæst.* 16. *num.* 31. Azor *suprà, quæst.* 12. *vers. Greg.* Corona *dict. num.*6.

Septimò beneficia quæcunque recepta in confidentiam, quæ vacant, sunt ipso iure reseruata Sedi Apostolicæ per Pij IV. constitutionem quæ incipit, Romanus Pontifex, & per Pij V. bullam quæ incipit, *Intolerabilis*; cui subscribunt Nauar. *in man. cap.* 23. *numer.* 50. Flam. *de confident. quæst.*7. *num.*79. Vgolinus *dict.* §. 2. *vers.* 7. Piasec. *in praxi Episcop. cap.* 5. *numer.* 4. Riccius *dict. resol.* 333. *vers.*7. Corona *suprà*, vbi ampliat. 20

Octauò beneficia Parochialia, quæ collata sunt non seruatâ formâ Concilij Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 18. reseruauit Pius V. in bulla quæ incipit, *In conferendis*, Riccius *dict. resol.* 333. *vers. Octauò*, Vgolin. *dict.* §.2. *vers. Octauò*: de quo vide explicantem Barbos. *dict. alleg.*57. *num.*44. 21

Nonò, si intra sex menses Episcopus à die quâ nouit beneficium vacare, conferre potuit, & noluit, collatio tunc ad Capitulum deuoluetur: quod si intra hoc tempus negligens fuerit, ad mediatum superiorem spectabit, vt ad Metropolitanum, ab hoc ad Primatem, à Primate ad Patriarcham, & tandem ad S. P. *cap.* 2. vbi Abbas *num.* 17. & *cap. Quia diuersitatem, de concess. prabend.* Riccius *dict. resol.* 333. *vers.* 6. Vgolin. *dict.* §.2. *vers.*6. Piasec. *dict. cap.*5. *vers. Reseruata*, Corona *dict. cap.*6. *num.*7. Zerola *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Beneficia*, §.2. sed notant Garcia *de benefic. part.*2. *cap.* 3. Barbos. *dict. numer.*44. istos casus non obseruari: explicat Prosper Fagn. *in cap. Nulla, de concess. præbend. per tot. pag.*229. 22

Decimò beneficia omnia sunt specialiter reseruata, quæ per resignationem, vel obitum authoritate Apostolica conferuntur cum decreto quod prouisus beneficium tunc obtentum teneatur resignare, seu dimittere intra duos menses, aut aliud tempus; & quod de eo per Sedem Apostolicam dumtaxat possit prouideri; & similes reseruationes sunt speciales pro beneficiis tunc expressis. Leo *cap.*5. *num.*31. Corona *dict. num.*7. Monet. *de opm. cap.*3. *num.*44. Gonzal. *gloss.*11. *num.*69. Barbos. *dict. alleg.*57. *&* 45. *&* 46. vbi explicat. 23

Vndecimò sunt reseruata beneficia vacantia defectu resignationis non publicationis, ex Bulla Gregor. XIII. *Humano vix iudicio*, & diximus *suprà cap.*66. *numer.* 1. *& seqq.* & vltra DD. ibi relatos 24

Corona *dict. cap.6. num.7.* Quarant. *verb. Beneficiorum resignatorum publicatio*, Garc. *de benefic. part.11. cap.3. num.273.* Flam. *de resign. lib.11. in praef. num.5.* Barbos. *dict. alleg.57. num.46.*

25 Duodecimò sunt reseruata beneficia vacantia per violationem sequestri lite pendente in Curia Romana, *Clementin. vnica, §. Si quis autem, de sequestranda possessione:* Gonzal. *ad regul.8. Cancellar. §.7. proœmial. num.8.*

26 Cùm enim sunt in Curia litigiosa, sunt reseruata Sedi Apostolicae, nisi sequestrum fuerit violatum lite pendente in Rota per appellationem, vt prosequitur, & explicat Corona *dict. cap.6. num.7.* ex Clementina *Auditor, de rescript.*

27 Decimotertiò reseruantur beneficia litigiosa, de quibus diximus *cap.66.* licèt enim beneficium litigiosum non dicatur propriè reseruatum, tamen ad effectum vt Legatus, aut Ordinarius nequeat prouidere, idem importat litigium, quod reseruatio, ex Gonzal. *gloss.* 11. *num.* 111. Corona vbi suprà, & Lancelot. *de attentat. part.1. cap.3. num.90. & seq.*

28 Quod specialiter intelligendum est in beneficiis impetratis propter crimen, quae beneficia non sunt litigiosa, sed persona accusata; vnde beneficium collitigatoris vacans per obitum in mense Ordinarij poterit Ordinarius liberè conferre. Simonet. *de reseruationibus, quaest.10. num.5.*

29 Et quoad effectum de quo suprà, beneficium dicitur litigiosum quando agitur jus reale super collatione facta. Rota *decis.342. num.2.* apud Farin.1. *part.* explicat Barbos. *dict. alleg.57. num.49.* & iustè, quia lis calumniosa non facit beneficium litigiosum ad hunc effectum, vt ex Burat. *decis.927. num.15.* Valeron *de transact. tit.2. quaest.3. num.13.*

30 Decimoquartò beneficia vacant per delictum ejus, qui offendit litigantes in Romana Curia, ac eorum Procuratores, Aduocatos, Notarios, testes. Ita Alexand. VI. Constitutione 11. quae incipit, *In Eminentia*, apud Put. *decis.102. & duabus sequentib. lib.1.* Gonzal. *gloss.51. num.105.* Corona *dict. cap.6. num.8.*

31 Decimoquintò reseruantur beneficia eorum qui impetrant pro seipsis beneficia cum intentione illa resignandi, vel beneficia impetrant pro aliis, vt ab eis aliquid consequantur, vel seipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficiis, vt patet ex Constitutione 12. Pauli IV. *Inter caeteras, gloss.51. num.* 107. Corona *suprà*, Barbos. *dict. allegat.57. num.56.*

Decimosextò beneficia vacant, quia beneficiatus non gestat habitum Clericalem. Ita Sixtus V. *constit.92. §.2. vers. in futurum*, Corona *proximè.* 32

Decimoseptimò vacant beneficia statim ac quis ad Episcopatum promouetur, ac etiam pensiones: & quando, & quomodo, tradunt Simonet. *tit. de reseruationib. quaest.27.* Garcia *de benef. part.11. cap.6. num.44. & per tot.* & *cap.7.* Mandos. *q.15. num.7.* Corona *de potest. Episcop. cap.7. n.1. & 2.* Barbos. *dict. alleg.57. num.71. & seqq.* Fermosin. *ad text. in cap. Cùm in cunctis 7. §. Cùm verò, de electione.* 33

Excipiuntur tamen qui promoti sunt ad Episcopatum existentem in terris infidelium, seu titularem, vt tenet Kochier *ad regul.24. Cancellar. num.26.* Garcia *part.11. cap.6. num.24.* Frances *de Eccles. Cathedralib. cap.32. num.119.* Vgolin. *part.1. cap.1. §.2. num.2.* Barbos. *dict. alleg.* 57. *num.74.* Corona *dict. cap.7. num.* 3. vbi etiam cum Alzed. 1. *part. cap.3. num.82. & 83.* quod beneficia Episcopi non recepti à populo, nec percipientis fructus minimè vacant: & prima ratio est, quia non stat per eum assequi illius possessionem; & secunda ratio asserit esse, quia quamuis collatio dignitatum vel beneficiorum facta Episcopo nulla sit nisi ex dispensatione Sedis Apostolicae, vel iusta causa, *cap. Cùm nostris, de concess. praebend.* Garcia *dict. cap.6. num.44.* nihilominus beneficiorum simplicium collatio facta Episcopo titulari, vel qui renuntiauit Episcopatui, erit valida. Garcia *dict. cap.6. num.45.* Barbos. *dict. alleg.57. num.76.* qui numeris sequentibus de reseruationibus beneficiorum, & aliis ad illa spectantibus doctissimè differit. 34

Et cùm [illegible]seruatio ob vacationem in Curia sit clausa in corpore juris, & nulla major, aut potentior inueniatur, vt tenet Prosper Fagn. *in cap. sicut vnire, num.57. de excessibus Praelatorum, pag.10.* ideò non potest Legatus à latere, nec alius inferior conferre talia beneficia reseruata. Gloss. finalis *in cap.1. de offic. Legati in 6.* August. Barbos. *de jure ecclesiast. lib.1. cap.5. num.42.* reseruationibus enim Apostolicis sublatum est jus nominandi, & conferendi, vt tenet idem Fagnan. *in cap. Nullus, num.10. de elect.* 35

Quando autem vacent beneficia ad hoc vt prouideri possint, tradit per varios casus Prosper Fagnan. *in repertor. liter. B. verb. Beneficium quoad vacationem.* 36

Et

37 Et si concessa prouisio fuerit à Summo Pontifice, aut à Legato, aut Nuncio, cui competit executio gratiarum ad immittendum aliquem prouisum in possessione beneficij, est suapte naturâ merus executor, itavt in eo non habeat locum dispositio capitis *Statutum*, *de rescript. lib.6.* ex Garcia *de benefic.6. part. cap.2. num.* 106. Viuianus *de iurepatron. 2.part. lib.*13.*cap.*5. *num.*19. *&* 20.

38 Si autem adest intrusus, aut aliter possessor beneficij prouisi, vel comparet legitimus contradictor ante emissionem actualem, allegans de iure suo, tunc gratiæ executores mixti fiunt; & licèt de iure communi tenerentur assumere partes judicis, & iudicialiter procedere cum causæ cognitione, & defintiuè pronunciare, ac plenariè de viribus iurium possessoris, aut intrusi, seu aliàs contradictoris legitimi in via ordinaria cognoscere, & definitiuam pronunciare, iuxta notata per DD. *in cap. fin. de præsumpt.* Garcia *de benefic. 6. part.cap.2.num.*110. *& seqq.* Viuian. *de iurepatronat. 2. part. lib.* 13. *cap.* 5. *num.* 19. *& seqq.* Salgad. *de reg.protect.2.part.cap.*13. *num.*57.*& seqq.* de qua re etiam Themud. 3.*part. quæst.*10. & Aug. Barbos. *de pensionib. part.*2. *quæst.*12.

39 Attamen hodie attenta nouiori dispositione Sacrosancti Concilij Tridentini *sess.* 24. *de reformat. cap.* 20. iste executor non potest assumere partes Iudicis, vbi adest intrusus, & possessor, aut aliàs legitimus contradictor; & vbi sit necessaria via ordinaria, cognoscere de viribus partium non potest, nec si aliter sit adhibenda causæ cognitio, quia hæc pertinet ad ordinarium: de qua re est videndus idem Themud. *dict.quæst.*10. Flores *variar. lib.*1. *quæst.*4. *& num.* 35. eleganter exornat, & explicat materiam circa exceptiones: & quando de illis possit cognoscere executor, vel eas reiicere, vel Ordinario remittere, Aug. Barbos. *de pensionibus part.*1. *quæst.* 7. *& part.* 2. *quæst.* 12. & *de potest. Episcopi tom.*2. *alleg.*81.*num.fin.* Garcia 6.*part.cap.*2. *num.* 110. *& seqq.* vbi refert plures Rotæ decisiones.

40 Maximè si litteræ habeant clausulam, *citatis citandis*; seu clausulam, *Amoto quolibet illicito detentore*, de quibus Barbos. *eisdem clausulis*; tradunt Garcia *vbi suprà, num.* 111. Viuian. *de iurepatronat.* 2. *part. lib.*13.*cap.*5. *num.*19.*& seqq.* Rot.apud Otthobon.*decis.*219.*num.*6.

41 Et quando comparet legitimus contradictor ad impediendam immissionem prouisi virtute literarum Apostolicarum, vt tunc viâ ordinariâ sit agendum, quæ iudici ordinario in prima instantia sit, cognitio est remittenda. August. Barbos. *dict. alleg.* 81. *num...* Flores *lib.* 1. *var. quæst.*12. *num.*17. *& seqq.*

Et quamuis possessione vacante à nemine occupatâ, Iudex non teneatur aliquem citare pro immittendo prouiso Apostolico, vt tenet Flores *dict.quæst.*4.*num.*52. Rota apud Garciam *dict.cap.* 2. *num.* 141. *&* 142. Viuian. *dict.cap.*5.*num.*23. 42

Tamen si re integra ipse legitimus contradictor compareat, audiri debet, & de suis iuribus discutiendum est, & licitè appellat & causat attentata, vt tenet Viuian. *dict. cap.* 5. *num.*23.*&* 24. Garcia *dict. cap.*2.*num.*110.*& seqq.* & *num.*132.*&* 139. *& seqq.* Argel. *de legitimo contradictore quæst.*2. *art.*1. & *quæst.*14. *art.*5. & *quæst.*15. *art.*1. *& seqq.* vbi explicant, & intelligunt. 43

Et quando concurrit paritas titulorum, vt tunc impediatur via executiua literarum Apostolicarum, & viâ ordinariâ sit agendum, vide plures decisiones Rotæ adductas per Garciam *de benefic.* 6. *part. cap.*2. *num.*124.*&* 125. & *cap.*4.*n.*16.*&* 21. 44

Et quando duo hinc inde veniunt cum pari titulo ad petendam immissionem, quod viâ ordinariâ sit agendum, tradit Argel. *de legitimo contradictore quæst.* 2. *art.* 1. *& quæst.*15. *art.* 1. 2. *&* 3. *& in tract. de adquirend. possess. quæst.*20. *art.*2. *num.*12.*& seqq.* Bicch. *decis. Rot.*558. *num.*33. quia tunc est legitimus contradictor, *& num.*34. vbi limitat in titulo notoriè nullo. 45

Si autem legitimus contradictor, qui non possidet, compareat post captam realiter possessionem, non auditur in contradictione executionis, sed debet recurrere ad Ordinarium contra possessorem, & coram eo contra possidentem agere; quia tunc est noua actio, & nouum iudicium, vt tenet Garcia *dict. cap.* 2. *num.* 143. Parlador. *lib.*2. *rer. quotidianar. cap. fin.* 5.*part.* §. 10. nouissimè Cælius Biceh. *decis.* 146. *num.*11. 46

Et quando aliquis adest possessor, aut intrusus, vel aliàs expeditæ sunt literæ Apostolicæ sub intrusione, aut reseruatione, faciendo relationem, aliquem esse intrusum, tunc executor omnino debet quærere possessorem, & illum citare, & audire debet in via ordinaria; quia tunc cum isto possessore iudicium non debet esse executiuum, sed ordinarium, & in via ordinaria erit vincendus, vt resoluit Gonzal. *in regul.*8. *de alternatiuis, gloss.*9. *in annot. num.* 126. vbi ait ita fuisse resolutum à Rota; & idem tradit *gloss.*15.§.1. *num.*70. 47

sequitur Garcia *dict. cap. 2. sub num. 140. ante med.* & *num. 110. & seqq.*

48 Et quod quando vel adest possessor, vel aliàs legitimus contradictor, qui producunt suum titulum, debeat iudicium tractari in via ordinaria, & non executiua, est videndus idem Garcia *num. 159. ad fin. & num. 139.* vbi plures decisiones Rotæ refert.

49 Et generaliter quando literæ Apostolicæ habent clausulam, *vocato N.* vel *vocatis vocandis*, vel *amoto quodam illicito detentore*, aut *si Constiterit*, vel *Constito aut verificato*, seu vt ipse iudex se informet, de quibus August. Barbos. *de clausulis, iisdem verbis*, faciunt executorem de mero mixtum, & tenetur assumere partes Iudicis, & possessorem citare, ac procedere cum causæ cognitione, ac discussione, & seruatis seruandis, auditisque possessoris defensionibus: & ab eius sententia datur appellatio suspensiua, vt tenet Posth. *de manut. obs. 12. num. 62.* & eleganter *decis. 259. num. 4. & 5.* nouiter Cælius Bicch. *decis. 275. num. 22. & seqq.* & *decis. 174. num. 1. & decis. 339. num. 19. & decis. 392. num. 9. & seqq.* & *decis. 408. num. 1.* & *decis. 428. num. 8.* Otthobon. *decis. 186. num. 9. & seqq.* & *decis. 57. per tot. & 153.*

50 Hinc fit, quod quando beneficium ab aliquo possessum impetratur à sancta Sede Apostolica, & ob aliquod delictum, vel defectum, vtpote ob simoniam, & ob irregularitatem, ob non publicationem literarum resignationis intra tempus, ob non expressum verum valorem, vel aliam falsam relationem, ob incompatibilitatem, & similia, de quibus suprà; quia tunc postquam ius in beneficia acquisitum fuit alicui, & ob prædictas causas vel defectus remoueri tentatur, omnino debet vinci in via ordinaria, & iuris ordine seruato, atque tunc omninò cessat via executiua, quia in contradictorio iudicio condemnandus erit. Abbas *in cap. 2. num. 7.* Felin. *num. 8. vers. Non, de testib.* Mascard. *conclus. 682. num. 17. & 18.* Farin. *de testib. quæst. 72. num. 51. & 52.* Flores *dict. quæst. 4. num. 16. 42. & seqq. & 88.* Rota apud Garciam *dict. cap. 2. num. 115. 116. 117. 130. 131. 142. & seqq.* & apud Ludouis. *dec. 69. per tot.*

51 Quia prouisus à Papa est legitimus contradictor in his terminis ad hoc vt ordinariè conuincatur etiam contra alium prouisum à Papa, vt tenet Thomat. *decis. 68.* nouiter Cælius Bicch. *dec. 146. n. 11. & decis. 558. num. 33.*

52 Et licèt prouisus ab Ordinario non sit legitimus contradictor aduersus prouisos Apostolicos, vt tenet Cælius Bicch. *decis. 378. num. 10.*

53 Attamen factâ à Sede Apostolica impetratione beneficij ex causa reseruationis, de qua suprà egimus, prouisus per Ordinarium, & possessor est legitimus contradictor ad impediendam executionem Literarum Apostolicarum; qui omninò audiendus erit in via ordinaria, & in iudicio plenario cum causæ cognitione amouendus erit à possessione, non aliàs, quando scilicet de reseruatione clarè non constat, sed dubitationem in iure, vel in facto patitur; nam tunc titulus prouisi ab Ordinario est coloratus, & sufficiens ad impediendam viam executiuam, si de suo titulo doceat coram executore vel Ordinario, vt tenet Garcia *dict. cap. 2. num. 139. & 140.* Flores *dict. quæst. 4. num. 41. & seqq.* & *5. part. cap. 1. num. 413. & 430.* Gonzal. *in regul. 8. de alternatiu. gloss. 31.* qui etiam loquuntur in terminis decreti irritantis reseruationis, & Barbos. *de clausul. clausul. 40. num. 18. & seqq.*

54 Quoniam ante iustificationem narratorum, & quod clarè pateat decretum intrare, non tollit detentationem, seu insistentiam facti, ex qua manutentio datur detentatori, vt eleganter tradit Posth. *de manut. obs. 42. num. 74.* & *post tract. decis. 76. num. 1. & decis. 120. num. 4. & decis. 153. num. 4. & decis. 173. num. 6. & decis. 295. n. 18.* & *obs. 32. num. 76.* vbi multoties in Rota decisum testatur, & Barb. *dict. clausul. 40. num. 25. & 29.* Garcia *dict. 5. part. cap. 1. num. 249. & 417.* vbi explicat, & *num. 435. & seqq.*

55 Et quando probatio reseruationis redditur dubia, & obscura, impeditur per prouisum ab Ordinario immissio, & via executiua, quia requiritur quod sit clara reseruatio, & taliter quod inter partes controuerti non possit, vt multoties in Rota decisum tradit Garcia *5. part. cap. 4. num. 21. & seqq.* Post. *obs. 71. num. 71.* & *obs. 46. num. 18. cum seqq.* vbi explicat, & ampliat.

56 Et quamuis quando contra prouisum Apostolicum instantem pro immissione competat remedium legis finalis, *Cod. de edicto Diui Adriani*, vbi requiritur par titulus ad impediendam immissionem natus ex eodem fonte, vt tenet Themud. *dict. quæst. 10. num. 14.* Paul. Rub. *decis. 92. num. 11.* Tondut. *de pensionibus decis. 7. n. 1.* Clemens Merlin. *decis. 46. num. 2.*

57 Et Ordinarius non possit conferre beneficium reseruatum, nec Ordinarius, nec Legatus,

Legatus, vt diximus suprà; & prouisus non habeat titulum similem, & natum ex eodem fonte, sine quo non potest dici legitimus contradictor ad impediendam immissionem, vt tenet Garcia *dict. cap. 2. num.* 161. Posth. *de manut. obs.* 12. *num.* 74.

58 Attamen secus est quando prouisus per Ordinarium iam fuerit in possessione, quia tunc ad impediendam immissionem petitam à prouiso Apostolico in beneficium ex causa reseruationis impetratum, non requiritur titulus ex eodem fonte, imò cum hoc prouiso per Ordinarium viâ ordinariâ erit agendum, vt eleganter tradit Argel. *de adquirenda possessione quaest.* 18. *art.* 3. *num.* 110. vbi multas decisiones Rotæ refert ad hoc, Farin. *in posthum. tom.* 1. *decis.* 706. Put. *decis.* 266. *lib.* 3. Marchesan. *de commiss. appellat. in possess.* 1. *part. dec.* 47. *fol.* 991.

59 Quæ omnia limitanda sunt quando reseruatio est notoria & patens, quæ nullâ potest tergiuersatione, & colore celari; nam hoc casu non habetur in consideratione titulus & possessio per prouisum ab Ordinario, quam meritò inficit reseruatio euidens & notoria, prout testatur Rota apud Farin. *in posthum. tom.* 1. *decis.* 362. *num.* 3. Rota etiam coram Coccin. *dec.* 124. *num.* 7. probant etiam aliæ Rotæ decisiones penes Argel. *de adquir. possess. quaest.* 18. *art.* 3. *num.* 110. *&* 111. & de legitimo contradictore *quaest.* 15. *num.* 128.

60 Et si prouisiones Romani Pontificis, aut Legati à latere, aut Nuntij, & Archiepiscopi, aut Episcopi concurrant in eadem data & die, & prouisus ab Ordinario est in possessione, est legitimus contradictor, & eius possessio est præferenda, *cap. Si à Sede Apostolica, de prabend. in* 6. Gonzal. *ad regul. Cancellar.* §. 3. *proœmial. num.* 51. nouiter Corona *de potest. Episcopi tract.* 3. *cap.* 6. *num.* 4. vbi etiam quod idem est quando facta est collatio duobus à diuersis eodem die, nec apparet cui priùs facta fuerit, potior est conditio possidentis, ex Zerola *in praxi Episcopal. part.* 2. *verb. Beneficium, vers.* 2. Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matr. part.* 2. *num.* 4. Rebuff. *de pacificis possessoribus num.* 297.

61 Et vbi est dubium, quis debeat præferri in collatione beneficij, respondet Gloss. *verb. Neuter, in dict. cap. Si à Sede Apostolica*, præferendum esse illum qui priùs adeptus est possessionem, itavt si beneficium vacet circa mediam noctem diei mensis, itavt cognosci nequeat, an v. g. mensis Ianuarius fuerit finitus, & cœptus Februarius, & dubitatur an vacauerit beneficium in mense Pontificis vel Episcopi, tunc pro possessore est iudicandum, vt testatur Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 11. *num.* 26. Puteus *decis.* 207. *lib.* 3. Barbos. *p.* 3. *alleg.* 57. *num.* 14. Corona *vbi suprà*, vbi etiam quod si in collatione Episcopi sit apposita hora, & in collatione Pontificis non, tunc collatio Episcopi prævalebit, ex Glossa *verb. Nec appareat., dict. cap. Si à Sede Apostolica, de prabend. in* 6. Rebuf. *suprà, num.* 299. Barbosa *dict. part.* 2. *num.* 10.

CAPVT LXIX.

Vtrum annata aut quindennia debeantur etiam in vnionibus ac prouisionibus factis à Legato à latere, aut Nuntio cum eius potestate, & ab eis possint exigi tam annatæ, quàm quindennia, etiam contradicente Archiepiscopo aut Episcopo: & quid sit annata, aut quindennium? Et vtrum ex pensionibus ecclesiasticis debeatur; & an titularis teneatur ad solutionem; & quomodo exigi possit, & à quibus.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit annata.*
2 *Annata ex quibus soluatur*, & num. 3.
3 *Annata debetur etiam in prouisionibus factis à Legato à latere; aut Nuntio, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.*
4 *In beneficiis vnitis loco annata soluuntur quindennia*, & num. 6. *vbi explicatur.*
5 *Quindennia quid sint.*
7 *Soluitur annata tam in casu resignationis, quàm vacationis per obitum: & quid dicendum in permutatione.*
8 *Quindennia exiguntur ab Archiepiscopo, Episcopo, vel à Prælatis Monasteriorum, in quorum fauorem facta fuit vnio; non obstante belli calamitate.*
9 *Cùm annata debeatur de pensionibus, ad illius solutionem contribuit pensionarius pro rata.*

NNATA nihil aliud est, quàm ius exigendi pro medietate fructus vniusanni à nouo beneficij possessore; quæ soluitur 1

soluitur in prouisione, & in ipsa bullarum expeditione Officialibus Cancellariæ, de quibus, & quomodo agit Tondut. *de pensionib. Ecclesiasticis cap.* 10. *num.* 1. *&* 2.

2 Et soluitur de fructibus certis, non autem de distributionibus quotidianis, nec pro Canonicatibus, qui solùm in distributionibus quotidianis consistunt; nec de aliis beneficiis, de quibus idem Tondut. *dict. cap.* 10. *num.* 4. *& seqq.* vbi eleganter explicat.

3 Et talis annata debetur etiam in prouisionibus factis à Legatu à latere, aut Nuntio Apostolico, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, vt probat Paris. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 2. *num.* 56. *&* 57. & de stylo testatur idem Tondut. *quæst.* 16. *num.* 13. & *num.* 14. *& seqq.* tractat ex quibus debeatur beneficiis, & pensionibus: & *num.* 18. quod Vicarius perpetuus de sua congrua non soluit annatam, vt notauit Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. §. 3. *num.* 77. nec soluitur de beneficiis vnitis, vt prosequitur idem Tondut. *num.* 18. Seraphin. *decis.* 1410. *num.* 18.

4 Sed quoad beneficia vnita loco annatæ soluuntur quindennia, cùm annata sit cum vnione incompatibilis; non enim potest deberi annata, nisi in casu vacationis: vacatio autem non se compatitur cum vnione, cùm hæc supponat perpetuam & indissolubilem beneficiorum vnius cum alio coniunctionem, vt ex Seraphin. *decis.* 1410. *num.* 18. *&* 21. Tondut. *dict. cap.* 10. *num.* 19.

5 Quindennia autem dicuntur solutiones, quæ fiunt Romano Pontifici decimoquinto quoque anno de fructibus beneficiorum vnitorum alicui Collegio, Monasterio, vel Hospitali, quæ sunt manus mortuæ, ad instar nouennij quod soluitur per emphyteutas manus-mortuas pro indemnitate Domini directi, qui mediante acquisitione facta per manus-mortuas, nulla vnquam perciperet laudemia, vt prosequitur idem Tondut. *dict. cap.* 10. *num.* 20. & vltra eum idem tenet, licèt eos non referat, Loter. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 29. *num.* 1. *& seqq.* Frances *de Ecclesiis Cathedralib. cap.* 8. *num.* 441. Menoch. *cons.* 897. *num.* 8. de Luca *in theatr. veritatis & iustit. tom.* 4. *tit. de emphyteusi, discurs.* 49. *&* 50. Antonel. *de tempore legali lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 13.

6 Verùm si vnio facta non fuerit collegio, vel alteri manui-mortuæ, sed dignitati, vel alteri beneficio vacabili, sicut soluitur annata de beneficio principali, ita & solui debet de vnito; quia vnum non potest vacare sine alio, & per consequens cùm detur vacatio, locus erit solutioni annatæ, tam pro principali, quàm pro vnito, vel pro vtroque, si vnio fuerit æquè principaliter facta de vtroque beneficio, vt ex Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 6. *num.* 56. tradit Tondut. *dict. cap.* 10. *num.* 21.

Soluitur autem annata tam in casu resignationis, quàm vacationis per obitum, vt tenet Veral. *decis.* 325. *num.* 4. *lib.* 3. Tondut. *dict. cap.* 10. *num.* 22. vbi etiam quid dicendum in permutatione. 7

Et quindennia exiguntur ab Archiepiscopo, Episcopo, vel Prælatis monasteriorum, ad quorum fauorem fuit facta vnio, non obstante belli calamitate, vt obseruatum fuit in exactione quindenniorum facta ab Illustrissimo Nuntio anno transacto 1672. & cùm debeatur de pensionibus annata, ad illius solutionem contribuit pensionarius pro rata, vt testatur idem Tondut. *dict. cap.* 10. *num.* 24. 8 9

CAPVT LXX.

Vtrum si Nuntius, aut Collector deputatus à Papa ad colligendam decimam, aut quindennia exigenda, delinquat in commissione, & capiat Calices, Missalia, & alia ornamenta diuinis Officiis deputata, possit ab Archiepiscopo, aut Episcopo puniri?

SVMMARIVM.

1 *Si Nuntius aut collector deputatus à Papa ad colligendam decimam, aut ad quindennia exigenda capiat Calices, Missalia, aut alia ornamenta diuinis officiis deputata pro exactione, delinquit contra prohibitionem Concily.*

2 *Vtrum possit puniri in hoc casu ab Archiepiscopis ordinariis.*

SI Nuntius aut collector deputatus à Papa ad colligendam decimam, aut exigenda quindennia, capiat Calices, Missalia, & alia ornamenta diuinis Officiis deputata pro exactione, delinquit contra prohibitionem Concilij Viennensis *in Clement. Si beneficior. de decim.* 1

Et potest puniri ab Archiepiscopis, aut Episcopis 2

Episcopis ordinariis; nam etsi multi senserint delegatum Papæ non posse puniri per Ordinarium loci, vbi excessum fecit, verior tamen videtur contraria opinio, provt in his terminis testatur Prosper Fagnan. *in dict. cap. Studuisti, de offic. Legati, num.*17. *&* 18.

CAPVT LXXI.

Vtrum, & quomodo honorari, ac recipi debeant Nuntij, ac Legati à latere ab Archiepiscopis, aut Episcopis, & in eundo, ac redeundo in suis necessitatibus adjuuari,& ipsi procurationibus contribuere, & procedere aduersùs contrauenientes.

SVMMARIVM.

1 *Legati à latere, & Nuntij habent priuilegium à jure communi, vt sint ab Archiepiscopis, Episcopisve, & ab omnibus aliis honorandi, ac dignè recipiendi, tanquam Summi Pontificis vices gerentes, & in eundo ac redeundo in suis necessitatibus adjuuandi sunt.*

2 *Qui contra Tyrannicè præsumpserint pœnis Canonicis puniendi sunt, & ipso jure excommunicationem incurrunt, & terræ illius interdicto ecclesiastico subiiciuntur.*

3 *Et adeò est debita procuratio Legatis Apostolicis, vt contra eam nullo modo admittatur præscriptio.*

4 *A quibus debeat fieri contributio, & an Regulares & Equites Ordinum teneantur contribuere:* & num.5.

6 *Legati à latere cum insigniis processionaliter intrant Ciuitates, & quomodo recipi debeant.*

1 EGATI à latere, & Nuntij habent priuilegium à jure communi, de quo *in cap. Accedentes, de præscriptionibus*, vt sint ab Archiepiscopis, Episcopisve, & ab omnibus aliis honorandi, ac dignè recipiendi, tanquam summi Pontificis vices gerentes, & in eundo ac redeundo in suis necessitatibus adiuuandi, *cap. Cùm instantia* 17. *cap. Procurationes* 23. *de censib.* & ibi Barbos. & Fagnan. post Azor. Surd. & Belleta: August. Barbos. *D.Alvarez Pegas Tract. de Compet. de jure ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. Villarroel. *Gouierno Ecclesiastico y pacifico,* 1. *part. quæst.*4. *art.*3. *num.* 13. *&* 14. vbi multos refert: & *art.* 4. agit quomodo à Principe aut Rege debeant admitti, aut recipi. Prosper Fagn. *in cap. Responso, num.*47. *de sentent. excom. pag.*190. expilcat Fragos. *de regim.reip. part.*2.*lib.*4.*cap.*10. §.1.*&* *num.*4. Salced. *thatr. honoris gloss.*20. *per tot.* vbi eleganter, & *num.*56. de forma, cum qua recipi debeat Cardinalis à Rege in ingressu legationis: & ibi multa refert, vbi etiam an ei, & Episcopis debeatur thronus, & solium.

Qui verò contrà tyrannicè præsumpserint, sunt pœnis Canonicis puniendi & ipso jure excommunicationem incurrunt, & terræ illius interdicto Ecclesiastico subiiciuntur, *extrauaganti Inter gentes, de consuetudine, inter communes:* August. Barbosa *de potest. Episcopi alleg.* 50. *num.*234. & *de jure ecclesiastico dict. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. Prosper Fagn. *vbi suprà,* Fragos. *vbi suprà, & num.*11. vbi quid facere debeat Legatus quando vult ingredi prouinciam suam, ad hoc vt benè recipiatur, & Prælati non deficiant in pompa, & receptione. 2

Et est adeò debita procuratio Legatis Apostolicis, vt contra eam nullo modo admittatur præscriptio, ex textu *in cap. Accedentes, de præscriptionibus, cap. Cùm instantia, de testibus.* Gloss. *verb. Exemptione, in Clementin.*1. *de censibus*, August. Barbos. *dict. cap.* 5. *numer.* 15. vbi etiam præstat rationem, & resoluit à quibus debeat fieri contributio: & meliùs *in cap. accedentes* 11. *de præscriptionibus.* Tamburin. *de jur. Abbat. disp.* 10. *quæst.*4. *num.*2. vbi quod Legatis, aut Nuntiis Apostolicæ Sedis, siue Metropolitanis procurationes aliquas, vel subsidia non tenentur Regulares soluere ex Bullis Apostolicis, de quibus ibi. Fermosin. *in cap. Accedentes, de præscript.* vt *in cap. Cùm ex officij,* 16. *sub tit. de censibus*, & *in cap. Cùm instantia* 16. *cap. Super eo* 22. *cap. Procurationes* 23. *cap. Venerabilis* 24. *cap. Cùm nuper* 25. *& cap. fin.* vbi etiam de istis procurationibus debitis Episcopis, & Visitatoribus. Fagn. *in cap. Inter cætera, de offic. Ordin. num.* 16. *pag.*458. & *in cap. Procurationes, numer.* 22. *de cens. pag.* 276. explicat & per totum Concil. Trid. August. Barbos. *in collect. sess.*24. *de reform. cap.* 3. *numer.* 19. *& seqq.* vbi etiam de procurationibus debitis Episcopis visitantibus. 3 4

Et Equites Ordinum Militarium, aut Hierosо 5

T

Hierosolymitani tenentur soluere procurationes, & subsidia Legatorum Sedis Apostolicæ, vt tenet Cardinal. Tusch. *tom. 4. conclus.* 108. *vers. Hierosolymitani, num.* 2. Sperellus *decis.* 21. *part.* 1. *numer.* 78.

6 Et cum insigniis, de quibus Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 18. *vsque ad* 22. processionaliter intrant Ciuitates, & oppida sub pallio; & sic ingredientes Clerus, & populus solenni supplicatione & pompa excipiunt: Archiepiscopi & Legati alij minores crucis signum, quod ante ipsos deferri solent, deponunt, *cap. Antiqua, de priuileg.* August. Barbos. *dict. cap.* 5 *num.* 23. Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 27. *quæst.* 7. *verb. Ingressus*, Fragos. *de regim. reip. tom.* 2. *lib.* 4. *disp.* 10. §. 1. *num.* 4. & 11. vbi explicat.

CAPVT LXXII.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere valeat assistere matrimonio, & assistendi licentiam concedere in Diœcesi Archiepiscopi, aut Episcopi, eis contradicentibus: & quis ad hoc sit ordinarius respectu talis concessionis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, vel Archiepiscopus in sua Diœcesi sunt Ordinarij; & an valeant assistere matrimonio, & assistendi licentiam concedere, & quando, & quomodo:* & num. 2. & 3.

4 *Et quid in Cardinali.*

5 *Et quid in Legatis à latere.*

6 *Et quid in aliis Legatis Pontificis.*

7 *Et quid in Capitulo Sede vacante.*

8 *Et quid in Abbate Ecclesia nulli Episcopo subiecta.*

9 *Et quid in illis qui iurisdictionem quasi Episcopalem habent.*

10 *Et qui in Prouisore, aut Vicario generali Episcopi: & an sufficiat licentia tacita, an requiratur expressa.*

1 CONVENIVNT omnes, Episcopum, vel Archiepiscopum in sua Diœcesi esse Ordinarium; non tamen comparatione subditorum suffraganeorum, quia comparatione horum Ordinarius non est, nisi in casibus specialibus, vt deciditur *in cap. Pastoralis, in princip. de offic. Ordinar.* & ibi August. Barbos. *in collectan.* Pichon. *de matrim. disp.* 3. *cap.* 3. *num.* 152. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 32. *num.* 125. cum multis August. Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 1. *num.* 104.

Casus autem speciales sunt primò, si actu visitaret suffraganeos; etenim eo tempore Ordinarius censetur, teste Henriq. *lib.* 19. *cap.* 13. *num.* 3. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 28. *num.* 3. & 4. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *part. disp.* 25. *sess.* 1. *num.* 14. Coninch *de matrimon. disp.* 17. *num.* 27. Pichon. *dict. num.* 152. 2

Secundò extra tempus visitationis, denegatâ ab Episcopo licentiâ, si fuerit causa ad Archiepiscopum per appellationem deuoluta: tunc enim causâ cognitâ, & sententiâ prolatâ, cui locus appellationi non sit, poterit ei matrimonio assistere, vel licentiam concedere, sicut resoluunt Spino *de testament. gloss.* 15. *numer.* 39. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 28. *num.* 4. Guttier. *de matrim. cap.* 66. *num.* 3. Pichon. *dict. num.* 152. August. Barbos. *dict. num.* 104. 3

Deinde censetur Ordinarius Cardinalis respectu subditorum Ecclesiæ sui tituli, quia habent iurisdictionem quasi Episcopalem, ex textu *in cap. Iis quæ, de maioritate & obedientia*, tradunt Nauarr. *lib.* 4. *consiltor. tit. de sponsalib. cons.* 47. *aliàs de clandestina desponsatione cons.* 14. *num.* 1. Sanchez *dict. disp.* 28. *num.* 7. Guttier. *dict. cap.* 66. *num.* 9. Pichon. *dict. disp.* 3. *num.* 153. August. Barbos. *ad Concil. sess.* 24. *de reform. cap.* 1. *num.* 102. 4

Item etiam Legatus à latere, quia respectu prouinciæ suæ legationis potest interesse matrimoniis, & aliis licentiam interessendi concedere, vt resoluunt Sanchez *dict. disp.* 28. *numer.* 4. Guttier. *dict. cap.* 66. *num.* 10. & *canonicar. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 6. Pontius *de impediment. matrimonij lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 7. August. Barbos. *de iur. Eccles. cap.* 5. *num.* 73. *lib.* 1. Pichon. *dict. disp.* 3. *num.* 154. August. Barbos. *ad Concil. dict. cap.* 1. *num.* 101. 5

Item sunt Ordinarij in hoc casu omnes Legati Pontificis in Prouincia suæ legationis, vt sunt Nuntij, aut Collectores per viam appellationis, sicut Archiepiscopus respectu Episcopi, vt suprà diximus, & probat Sanchez *num.* 8. Coninch *de matrim. disp.* 17. *num.* 17. & *dub.* 2. *num.* 16. Pichon. *dict. disp.* 3. *num.* 152. 6

Præterea

7 Præterea censeri Ordinarium Capitulum Sede vacante, tradit Coninch. *num.* 17. Guttier. *dict. cap.* 66. *num.* 5. Pichon. *vbi suprà*, *num.* 153. August. Barbos. *dict. cap.* 1. *num.* 100.

8 Item Ordinarius censetur Abbas Ecclesiæ nulli Episcopo subjectæ, vt colligitur *ex cap. Ioannes, de testam.* & tradit Henriquez *lib.* 11. *de matrim. cap.* 3. *numer.* 4. Ledesma *de matrim. quæst.* 45. *art.* 5. *punct.* 3. *paulò ante dub.* 4. Sanchez *dict. disp.* 28. *num.* 6. Pichon. *dict. num.* 153. August. Barbos. *ad Concil, dict. cap.* 7. *num.* 99.

9 Et etiam omnes illi, qui jurisdictionem quasi Episcopalem habent, comparatione subditorum Ordinarij censentur, vt benè comprobant Sanchez, Guttier. Coninch. *vbi suprà*.

10 Denique licèt sit controuersum, an Prouisor, seu Vicarius generalis Episcopi, seclusa speciali commissione possit matrimonio assistere, & Sacerdoti licentiam concedere? Et neget Sot. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 3. *vers. Circa concessiones*; nihilominus dicendum est nomine Ordinarij Prouisorem, & Vicarium generalem Archiepiscopi, aut Episcopi, & Capituli Sede vacante comprehendi; & tenendum est esse Ordinarium, & posse licitè, & validè matrimonio assistere, & licentiam alteri Sacerdoti assistendi concedere. Ledesma *in summa*, 1. *part. de Sacrament. Matrimony*, *cap.* 4. *conclus.* 4. *dub.* 17. Henriquez *dict. cap.* 3. *num.* 4. Sanchez *lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 18. Guttier. *Canonicar. quæst. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 13. & *de matrim. cap.* 66. *numer.* 12. & *cap.* 69. *numer.* 9. Coninch *disp.* 27. *dub.* 2. *numer.* 17. Layman. *lib.* 5. *summæ*, *tract.* 10. 2. *part. cap.* 4. *numer.* 5. Pontius *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 1. Hurtadus *disp.* 5. *de matrim. difficult.* 9. *num.* 32. ita tenet Castro Palao *de sponsalib. disput.* 2. *punct.* 13. §. 11. vbi *num.* 4. respondet ad contraria: *& vers. Notanter*, limitat in Vicario foraneo, & §. 12. tractat qualiter Parochus, & Ordinarius licentiam assistendi matrimonio concedere debeant, vel possint, & ibi etiam an sufficiat facultas tacita, vel sit necessaria expressa: & ita manet resolnta supradicta quæstio. De qua materia est etiam videndus Pichon. *dict. disp.* 3. *num.* 155. *& seqq.* August. Barbos. *dict. cap.* 1. *num.* 105. *&* 106.

CAPVT LXXIII.

Vtrum Archiepiscopi, aut Episcopi criminosi citari possint ab aliquo Iudice Ecclesiastico Papâ inferiore, vt compareant coram illo; & an possint deponi, aut Ordine priuari per Legatum de latere, Nuntium, Patriarcham, absque Pontificis speciali mandato: & quæ sint crimina depositione, aut suspensione digna.

SVMMARIVM.

1 *Delicta quæ sunt depositione aut priuatione digna referuntur.*

2 *Archiepiscopi, aut Episcopi citari non possunt vt coram inferiore Papâ personaliter compareant, siue procedatur ex officio, siue alio quouis modo.*

3 *Adeò procedit, vt ex quouis delicto etiam atrocissimo ad Romanum Pontificem citari non possint, nisi in primis accedat specialis commissio manu Papæ signata.*

4 *Archiepiscopi aut Episcopi etiam ob enormissimum crimen nonnisi à solo Pontifice valent deponi, cognosci, aut priuari, ita vt nec à Prouinciali Concilio, nec à Patriarcha, nec à Legato de latere, aut Nuntio absque speciali mandato deponi possint.*

5 *Quibus testibus probetur delictum Archiepiscopi aut Episcopi, & à quo numero Episcoporum condemnentur, quando à Papa specialiter cognitio commissa sit: & quid si pluribus delegetur Iudicibus, an debeat omnium esse sententia consors, vt queant deponi.*

ELICTA quæ sunt depositione, aut priuatione digna, sunt crimen hæresis, crimen læsæ Majestatis contra summum Pontificem, vel Reges; si Episcopus sit assassinus, vel si falsificet literas Apostolicas; si agrorum depopulator sit, si sit inobediens summo Pontifici, si sit simoniacus simoniâ reali, si in monasteriis stupret virgines, & si sit falsificator monetæ, vt cum aliis tenet Fermosinus *criminal. tract.* 1. ad textum *in cap. Si quis, de accusa* 1

accusationib. quæst. 3. *numer.* 3. vbi alios refert.

2 Et isti tales citari non possunt à supradictis, vt personaliter compareant, siue procedatur ex officio, siue alio quouis modo, vt cauetur in sacrosancti Concilij Trident. decreto *sess.* 13. Salzed. *ad Bernard. Diaz in practic. cap.* 124. *lit. A.* Sbrozius *de Vicario Episcopi lib.* 2. *quæst.* 59. *num.* 1. *&* 2. Gratian. *forens. cap.* 169. *num.* 15. Fermosin. *dict. quæst.* 3. *num.* 1.

3 Et in tantùm procedit, vt ex quouis delicto etiam atrocissimo ad Romanum Pontificem citari non possint, nisi in primis accedat specialis commissio manu Papæ signata, vt sanciuit Pius IV. prout testatur idem Fermosin. *numer.* 2. Kochier *de jurisdict. ordinaria in exemptos* 1. *part. quæst.* 41. præcipuè si resideant: Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 41. August. Barbos. *alleg.* 112. *num.* 6. *in fin. part.* 3. *de potest. Episcop.* Concil. Trid. *de reformat. sess.* 14. *cap.* 8. & ibi multos refert Barbos. & *sess.* 24. *cap.* 5. & *de potestat. Episcop.* 3. *part. allegat.* 112. *num.* 3.

4 Et ideò Archiepiscopi aut Episcopi etiam ob enormissimum crimen, non nisi à solo Papa valent deponi, cognosci, aut priuari, ita vt nec à Prouinciali Concilio, nec à Patriarcha, nec à Legato de latere, absque speciali mandato Papæ deponi, aut priuari possint, vt ex Glossa *in cap.* 2. *de translatione Episcopor.* & ibi Barbos. *num.* 3. & *alleg.* 112. *num.* 3. tradit Fermosin. *dict. quæst.* 3. *num.* 4. *&* 5. *& seqq.* (vbi etiam quid in Inquisitoribus circa hæresim:) & *in cap.* 1. *de translat. Episcopor. num.* 4. Tondut. *part.* 2. *cap.* 4. §. 6. *num.* 11. Concil. Trid. *vbi suprà*, & Barbos. *proximè.*

5 Nec etiam à Nuntio Apostolico, vt multis tradit in terminis Nuntij Hispaniæ idem Fermosin. *in dict. cap. Si quis, de accusationib. quæst.* 2. *num.* 8. *& sequentib.* nisi cognoscat ex commissione Apostolica: & *quæstione* 4. agit quibus testibus probetur delictum: & à quo numero Episcoporum condemnentur, quando à Papa specialiter cognitio commissa sit, & quid si pluribus delegetur Iudicibus, an debeat omnium esse sententia consors, vt queant deponi; & ibi omnia tradit circa materiam.

CAPVT LXXIV.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit committere causas appellationis interpositæ expresso nomine ad Summum Pontificem, & specialiter à sententia lata ab Archiepiscopo, aut Episcopo delegato summi Pontificis, aut ab alio delegato etiam commissario Sanctæ Bullæ Cruciatæ: & de praxi comissionis appellationis, & compulsoriæ concedendæ, ac litium reformatione, vulgò *Nihil transeat*? Et quid si plures sint judices nominati, & prior mortuus fuerit, & an possit appellatus petere commissionem, & nominare & præuenire, & quomodo & quando? Et quid in appellatione interposita à Religioso, & ad quem debeat interponi appellatio, & à quo peti commissio debeat?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit committere appellationes interpositas expresso nomine à Summo Pontifice.*

2 *Vtrum Nuntius aut Legatus possit committere causam appellationis interpositæ à sententia lata à delegato Summi Pontificis.*

3 *Quando Ordinarius pronuntiauit in causa diffinitiuè interponitur appellatio, & quomodo, & de praxi ad consequendam commissionem Illustrissimi Nuntij, & de requisitis ad hoc:* & n. 4. 5. & 6.

7 *Quid in commissione impetrata à Summo Pontifice, & in judicibus nominatis impeditis, & ad quem competat Iudicis electio, an ad appellantem, an verò ad appellatum:* & n. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.

14 *Appellans consentiendo grauamini renuntiat appellationi, & non potest impetrare.*

15 *Si*

15 *Si appellans non impetrauit commissionem intra tempus decretum à Iudice, potest appellatus impetrare commissionem.*

16 *Neque etiam si appellatio fiat deserta ob non prosequutionem intra terminum.*

17 *Vel etiam quando appellatione interpositâ ad Papam, vel ad Nuntium, aut inferiorem, appellans prorogauit iurisdictionem inferioris:* & num.18. 19. 20. 21. & 22.

23 *Quid in adhærente appellationi aduersarij, quia adhæsio appellationi aduersarij producit eosdem effectus ac si ipse appellasset.*

24 *Commissio super appellatione resoluta, & qua iam non stabat, nullam tribuit iurisdictionem, & per consequens omnia virtute illius sunt nulla, & commissione principali deficiente, aut resolutâ, resoluuntur simul omnes clausulæ, & cætera qualitates ab ea dependentes:* & num.25.

26 *Quid dicendum si appellatio recepta fuit ad Nuntium, & posteà impetratur rescriptum Papæ:* & num.27.

28 *Quid dicendum in tribus sententiis conformibus, & quæ dicantur sententiæ conformes.*

29 *Rescriptum contra ius, aut sententia illius executionem impediens non admittitur, & quomodo procedat:* & num.30. 31.32.33.34.35.

36 *Commissio super sententia, aut illius executionem impediens non transfert iurisdictionem, & est nulla:* & num.37.

38 *De praxi Decreti* Nihil transeat.

39 *Si Iudex Papæ excedat commissionem, an possit interponi appellatio ad Nuntium.*

40 *De praxi compulsoria, & remissione processus vsque ad definitiuam, & post illam*, remissiuè.

41 *Quid dicendum in appellatione interposita à Religioso, qui omisso medio petit commissionem Nuntio, & quando possit appellare.*

42 *Nuntius quando possit cognoscere de appellatione interposita à Conseruatore.*

1 ELICTA controuersiâ, an Nuntius cum potestate Legati à latere possit committere appellationes interpositas expresso nomine ad Summum Pontificem, de qua agunt DD. de quibus suprà *cap.33. num. 11.* & vltra eos optimè Fermosin. *in cap. Si duobus 7. quæst. 1. & num. 7. & seqq.* Fagnan. *in cap. Studuisti, de offic. iud. deleg. num. 18. & seqq.*

Magna oritur inter Doctores controuersia, vtrum talis Nuntius, aut Legatus possit committere causam appellationis interpositæ à sententia lata à delegato Summi Pontificis? De qua agunt eleganter Reynos. *obs.60.* Prosper Fagnan. *in cap. Studuisti, de offic. Legati, num. 28. & seqq.* D. Antonius Mascarenhas *na rellaçaon dos procedimentos que teue como Commissario da Crusada con o Reuerendo Collector Ioaon Baptista Paloto, pag.45. vers. & seqq.* vbi etiam an possit committere appellationem interpositam à Commissario generali Cruciatæ Bullæ; de qua re etiam in specie Prosper Fagnan. *vbi suprà*, explicat Fermosin. *dict. cap. Si duobus, de appellat. num.37. & seqq.* & nos infrà dicemus latè: Monet. *de Conseruat. cap. 4. num.25.* vbi etiam an possit cognoscere de appellatione interposita à Conseruatore. 2

Quando Ordinarius iam pronuntiauit in causa ad se spectante, definitiuè interponitur appellatio intra decem dies in forma Ord. *lib.4. tit.70.* & Iurium de quibus Barbos. *in remiss.* ad quam interponendam datur copia actorum Aduocato, quam in scriptis interponit, & recipitur, aut non admittitur: & sic recipitur, dum constet per publica documenta, quæ realiter exhibeantur intra debita tempora, fuisse interpositam, & à sententia diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, aut à grauamine, quod per diffinitiuam sententiam reparari non possit in forma declarata à Sacra Congregatione anno 1600. quam refert Quaranta *in Summa Bullarum, verbo Archiepiscopi authoritas*, Ciarlin. *2. tom. cap. 125.* Petitur etiam absque mandato commissio, seu commissionis breue Illustrissimo Nuntio per quoddam memoriale cum breui casus, & litis relatione, & ab eo conceditur commissio directa suo Auditori, aut alij Assessori suæ Nuntiaturæ: & etiam quando non recipitur appellatio à Iudice à quo, quia tunc habet vigorem capitis *Sape 44. vers. Quod si, de appellationibus.* 3

Licèt contrarium, scilicet quod requiratur appellatio effectiua, & admissa per Iudicem à quo, teneat Innocent. *in cap. Si iustus, in fin. de appellat.* Grammat. *decis. 36.* 4

Potest enim petere commissionem appellans, etiam non admissâ appellatione, *cap. Ab eo, vers. Vt is à quo, & cap. Vt super, de appellationib. in 6. Clementin. quandiu, de appellationib.* ibi: *Appellationem suam vt tunc prosequi possit appellans.* 5

Constando priùs de appellatione, ex 6

Gratian. *cap.* 17. *num.* 3. & tunc concessa commissio datur Notario, & conceditur compulsoria, & citatoria, vt de stylo Castellæ testatur Fermosin. *prax. Tribunal. super cap. fin. de libelli oblatione, quæst.* 4. *num.* 30. 31. *&* 32. §. 8. de qua, & de praxi testatur idem Fermosin. §. 2. *&* 9. & eleganter Parexa *de instrumentor. edit. tit.* 3. *resolut.* 2. *per tot.*

7 Et eodem modo petitur commissio Summo Pontifici Domino nostro, qui solet non dare vnum Iudicem solum, sed plures nominat in rescripto, vt quilibet in solidum procedat, & cognoscere valeat de appellatione, ob vitanda pericula, & parcendum sumptibus, & expensis impetrantis, cùm fortè vnus qui nominatur poterit interim vel decedere, vel longè abesse, vel aliquo iuris impedimento ad iudicandum detineri: prouidè idcirco plures nominantur, quibus in solidum commissio dirigitur, & ab vno cœpto negotio alij excluduntur, non perpetuò, sed quoad exercitium dumtaxat; ita vt si is qui cœpit cognoscere, decedat, vel aliquo impedimento detineatur, alter ex cognominatis possit liberè causam in eodem statu accipere, & liberè prosequi, cùm is qui primitus præoccupauit iurisdictionem, quoad cæteros simul perpetuauit eandem, vt determinauit textus *in cap. Cùm plures* 8. *de offic. Ordinarij, lib.* 6. cum multis Barb. *in collectan. num.* 2. Paz. *de tenut. tom.* 2. *cap.* 49. *sub num.* 5.

8 Et tunc licèt idem Paz dicat, quod sicut in potestate impetrantis fuit rescripto vti, vel non vti; sic etiam priuatiuè pertinet ad eum ius eligendi alium Iudicem ex pluribus primo mortuo, ex Glossa *in cap. Quoniam Abbas, de offic. delegati*, & ex ratione capitis *Oblatæ, de appellationib.* vbi ille qui appellauit, nequit præueniri in Iudice impetrando, nisi priùs requisito appellante, non constito de mora.

9 Attamen contrarium est verius, & certum est in cuiuslibet partis esse facultate ad quemlibet eorum recurrere, sicuti etiam cuilibet Iudici ex superstitibus licitè præuenire, & præoccupare licet, cùm omnes in solidum sint effecti competentes, & quoad omnes, & singulos à primo fuerit perpetuata iurisdictio: quod probatur ex sequentibus.

10 Nam licèt impetrans rescriptum possit eo non vti, aut renuntiare re integra, hoc est antequam illum præsentet, & eius virtute aduersarius citetur; tamen postquam eo vti cœperit, & citatus fuerit aduersarius, ei ampliùs renunciare non potest, nec durat facultas illo ad suum libitum vtendi, vel non vtendi; quia per citationem iam rescriptum pariter effectum est commune vtrique parti, & ex eo aduersario suo citato ius quæsitum, qui eo vti potest eo modo, quo & impetrans, vt tenet Sacra Rota apud Marchesan. *de commiss. tom.* 1. *pag.* 171. Beltram. *in add. ad Ludouis. decis.* 557. *num.* 7. Et ita postquam commissio effecta fuit communis vtrique parti, cuilibet ex ea quæritur ius æqualiter; & quemadmodum licet vni eligere, & nominare iudicem superstitem, ita pariter & alteri, vt inter eos præuentioni, & præoccupationi locus sit. Inter enim habentes æquale ius melior est conditio præuenientis, *l. quoties vtrius que* 99. *ff. de reg. iur.* Solis *de censib. lib.* 3. *cap.* 5. Mascard. *conclus.* 1234. Gonzalez *ad reg. de mensib.* §. 3. *proœm. num.* 22. & *num.* 1. *&* *seqq.* probat textus *in cap. Dudum* 14. §. *Nos igitur, de præbend. lib.* 6. ibi: *Propter quod nostra, qui eandem præocupauimus potestatem, potior debet esse conditio: cap. Si à Sede* 31. *eod. tit. cap. Si plures*, §. *Porrò, de offic. deleg. in* 6. & ibi DD.

Et meritò, quia quando quis habet plures iudices & foros, quos sortitur, aduersarius qui priùs prouocat, potest quem maluerit eligere, & coram ipso lis omninò tractanda erit, etiam inuita, & renuente altera parte, ex Glossa *vlt. in fine, in l. Actor, fin. Cod. vbi in rem actio*, Carleual. *de iudic lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 3. *n.* 152. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 6. & ibi Faria *in add.* 11

Hinc superest responsio doctrinæ Glossæ, in qua fundatur Paz *num.* 11. quia loquitur in casu diuerso, & versatur circa materiam capitis *Oblatæ, de appell.* quando quis appellauit, & appellatus supplantans aduersarij appellationem nimis præcurrit, & impetrat commissionem super alterius appellatione non sua, cùm appellanti dumtaxat impetrandi hæc facultas concessa sit à iure, *ex dict. cap. Si duobus. & dict. cap. Oblatæ.* Quæ doctrina sic considerata in istis terminis, quibus res adhuc est integra, & in suo principio, perperam adaptatur nostro casui considerato iam quando res desinit esse integra: ea tamen rectè curreret, & tunc adaptaretur casui nostro, dum in eo adhuc durat facultas impetranti priuatiuè eligendi iudicem quemlibet ex nominatis in suo rescripto, eo quod tunc liberum est ei eligere. At nos versamur in re longè diuersa, & in terminis omninò dissimilibus, quando res iam non est integra, cùm iam ipse impetrans 12

trans elegit, & iudex electus cœpit cognoscere, & sua facultas eligendi fuit extincta; & quando commissio ipsa facta fuit communis aduersario, & ex ea ius æquale ei quæsitum, atque omnia iam nouata sunt, & alterata: tunc quippe aduersario pariformiter competit ius eligendi, & præueniendi iudicem superstitem, ex hactenus comprobatis; quo casu bene quadrat doctrina dicti capitis *Oblata*, in terminis sumpta, quibus res desinit esse integra, prout contingit quando postmodùm appellanti præfixus fuit terminus ad impetrandam commissionem, intra quem tamen illam distulit impetrare; quia tunc statim fuit quæsitum ius æquale aduersario suo præueniendi, & præoccupandi impetrationem, *ex dict. cap. Oblata*, de quo Marches. *de commiss. part. 1. cap. 26. de commiss. appell. vigor. cap. Oblata:* & ita non conuenit assertioni Paz, sed in totum refragatur.

13 Idem etiam procedit quando primus iudex est absens in notabili distantia, *ex dict. cap. Cùm plures 8. de offic. iudic. deleg. lib. 6. cap. Si is cui 10. eod. tit.* per quæ iura, & capitis 2. *de procurat. lib. 6.* conueniunt DD. absentiam iudicis sufficiens esse impedimentum non solùm ad eum excusandum à munere iudicandi, ex regula legis penultimæ, *ff. de vac. mun.* sed etiam ad iurisdictionem in alium transferendam. August. Barbos. *in dict. cap. Si is cui, num. 7.* Tusc. *lit. A, concl. 33. num. 10.*

14 Et etiam receptâ appellatione stylus est, quod Reuerendus Auditor assignat terminum styli, qui est viginti dierum, iuxta ea quæ tradit Scacc. *de appell. quæst. 11. & 12.* Et si contingat vt appellans non petat commissionem intra terminum, vel eam non committat, & pars appellata vult ad vlteriora procedere defendendo sententiam fauorabilem quam habet, poterit petere ab Illustrissimo Nuntio, vt committat causam illam; dum tamen constet, quod intra tempus assignatum, post citationem appellantis, aut procuratoris appellans ipse non petiuit commissionem, vt tradit Fermosin. *in praxi Tribunal. super capite fin. de libel. oblat. §. 2. & §. 8. num. 33.* Bajo *part. 2. lib. 2. prax. Eccles. cap. 40.* textus est elegans *in cap. sæpe 44. §. Quid, de appell.* & ibi Fermosin. & August. Barbos. *in collect.* vbi explicat, & eleganter idem Fermosin. *in cap. Cùm Romana 5. de appell. quæst. 6. num. 6. & seqq.* vbi optimè explicat *num. 12.* ex Barbos. quod Legatus in hoc Regno derogat tempori textus *in cap. Oblata*; & potest committere ad instantiam appellati. Nisi interponatur appellatio omisso medio, quia tunc non potest Nuntius Illustrissimus committere, nec cognoscere, vt tenent multi, quos Ego ipse refero *forens. cap. 15. num. 4.* textus est *in cap. Dilecti 66. de appell.* vbi quod solùm ad Papam potest appellare omisso medio, & non ad alium, vt ibi tenet Barbos. *in collect.* & explicat *in cap. Antiqua, num. 25. de priuileg.* & *in cap. Quoad translationem, de offic. Leg.* latè Fermosin. *in cap. si duobus 7. de appell. quæst. 1. per tot.* vbi explicat & limitat multis modis.

Vel appellans consentiendo grauamini renunciat appellationi, vel inhibitioni virtute appellationis expeditæ; vel cessat causa grauaminis, vel appellationis, quia tunc cessat appellatio, & inhibitio, & non potest appellans impetrare commissionem, *cap. Cùm cessante, de appell.* & ibi Barbos. Fermosin. & Fagn. Salgad. citatus à Reuerend. Auditore *de reg. protect. part. 1. cap. 5. num. 17. & seqq. & num. 78.* eleganter Paris. *consil. 169. col. 3. vers. Postremò, lib. 4.* Tiraq. *tract. cess. causa, num. 234.* Bald. *in l. 1. §. Consules, vers. Item nota, de offic. Consul. per l. Quæsitum, ff. de tutel.* firmat quod commissionis causa cessante cessat ipsa commissio. Rota apud Alex. Ludouis. *decis. 418. à princip.* vbi de inhibitione. 15

Neque etiamsi appellatio fiat deserta ob non prosequutionem intra terminum; tunc enim non potest appellans impetrare commissionem: & non obstante eâ, nisi dentur impedimenta & restitutiones, de quibus Giurb. *decis. 18.* Fermosin. *in cap. fin. de appell. quæst. 1. & 2.* potest Iudex à quo reassumere causam, & procedere, sententiamque suam exequi. Franc. *in cap. Ad aures 33. sub num. 1. de appell.* explicat Scacc. *de appell. quæst. 11. num. 167.* 16

Vel etiam quando in appellatione interposita ad Papam, & ad Nuntium, aut inferiorem, appellans ad Papam tacitè, vel expressè prorogaret iurisdictionem inferioris; tunc enim non potest impetrare commissionem, nec virtute illius potest iudex nominatus procedere: nam licèt nota sit conclusio, quod ex duabus appellationibus ab vtraque parte interpositis ab eadem sententia, vna ad Nuntium, aut inferiorem; altera ad Papam, ista præualeat, & totam causam deuoluat, *ex cap. Si duobus, de appellat.* vbi DD. Barbos. & Fermosin. 17

Tamen dictus textus *in dict. cap. Si duobus*, non procedit quando appellans ad Papam tacitè aut expressè prorogaret iurisdictionem inferioris, quo renunciasse videretur 18

deretur deuolutioni suæ appellationis quantum ad Papam. Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 1. *num.* 22.

19 Quoniam licèt verum sit, quod ex duabus appellationibus ab vtraque parte emissis, vna ad Papam, altera ad inferiorem, illa præualeat; tamen hæc prælatio, & deuolutio non est tantæ efficaciæ, & tam absoluta, quin etiam inferiori adquiratur iurisdictio, licèt elidibilis ope exceptionis, *ex dict. cap. Si duobus*, ibi: *Tenebit excommunicationis sententia*, vt resoluit Franc. *ibid. num.* 13. *& seq. vers. In verbo*, Scacc. *de appell. quæst.* 10. *num.* 15. August. Barbos. *in collect. ad dict. text. num.* 4. concludentes quod interim potest inferior procedere.

20 Et cùm ista iurisdictio sit elidibilis, valet prorogari, vt tenet Barbos. *in l.* 1. *art.* 1. *num.* 190. *ff. de iudic.* Barbos. *dict. num.* 4. & quemadmodum per comparationem coram inferiore absque protestatione appellans intelligitur renuntiare suæ appellationi, & prorogare iurisdictionem eiusdem, textus *in cap. Solicitudinem, de appell.* de quo Nos *forens. cap.* 14. *per tot.* vbi etiam quando protestauit, & Scacc. *de appell. dict. num.* 12. *& seqq.*

21 Eodem modo quando concurrunt hæ duæ appellationes, vna ad Papam, quæ præualet, altera ad inferiorem, si postmodùm appellans ad Papam compareat coram inferiore, videtur renuntiare deuolutioni ad Papam, & prorogare iurisdictionem aliàs elidibilem inferioris, qui impunè de cætero procedit in causa, vt tenet Scacc. *de appell.* 2. *part. quæst.* 10. *sub n.* 13. *vers. Tertius casus.*

22 Et ita ei non prodest commissio, quia prorogatio semel facta reuocari amplius non potest, vt tenet Francisc. Bicchius *cons.* 22. *num.* 5. *vol.* 1. Cornaz. *decis.* 140. *num.* 3.

23 Idem est in adhærente appellationi aduersarij; adhæsio enim appellationi aduersarij producit eosdem effectus ac si ipse appellasset. Scacc. *de appell. quæst.* 17. *lim.* 21. Lancellot. *de att.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 2. *n.* 21. *cum seqq.* & *limit.* 44. *per tot.* Gabriel *cons.* 38. *lib.* 3. Rot. apud Ludouic. *decis.* 223. & ibi Add. Beltram. *num.* 9. explicat Fermosin. *in rubric. de appell. quæst.* 4. *n.* 57. *&* 58.

24 Et cùm ante impetrationem consequutam comparet appellans coram Nuntio, aut Archiepiscopo, & suæ appellationi tacitè renuntiat, commissio super appellatione resoluta, & quæ iam non stabat, nullam tribuit iurisdictionem, & per consequens omnia virtute illius sunt nulla. Cæsar de Graff. *decis.* 8. *num.* 4. Marches. *de commiss. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 220. *pag.* 170. *tom.* 1. Gratian. *cap.* 17. Scacc. *de appell. quæst.* 3. & ideò commissione principali deficiente aut resoluta, resoluuntur simul omnes clausulæ, & cæteræ qualitates ab ea dependentes. Put. *decis.* 1. *lib.* 1. multas decisiones Rotæ allegat Martha *de claus. claus.* 19. *num.* 15. Salgad. *de reg. protect.* 2. *part. cap.* 2. *&* 4. *num.* 37.

Et loquendo in nullitate inhibitionis expeditæ huius commissionis virtute tradit Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 20. *limit.* 12. *num.* 1. *& seqq.* vbi aliquas decisiones Rotæ adducit, & Gratian. vbi proximè, *num.* 1. reddentes omnes rationem, quia commissio super non ente nullam tribuit iurisdictionem: optimè Ludouis. *decis.* 418. Caualer. *decis.* 2. *num.* 6. Graff. *decis.* 2. *num.* 1. *& seqq. de rescript.* Cassad. *decis.* 1. *de rescript.* 25

Et quid dicendum quando appellans à sententia Reuerendi Auditoris lata virtute commissionis Illustrissimi Nuntij, ille recepit appellationem ad dictum Nuntium, licèt expresso nomine interpositam ad Summum Pontificem in secunda instantia, vt potest ex Tanagl. quem allegauimus *cap.* 33. *num.* 10. & assignauit tempus ad illius prosequutionem in styli forma, & transacto dicto tempore appellatus impetrauit rescriptum, vt potest, vt diximus hoc capite, *num.* 12. & coram nominato iudice dicit illum esse suspectum, & fatendo suspicionem, altera commissio impetrata fuit, virtute cujus judex nominatus processit, & appellans non consentit, sed protestat de nullitate, & posteà venit rescriptum concessum à Summo Pontifice, an in hoc casu pertineat cognitio ad Iudicem nominatum ab Illustrissimo Nuntio, an verò ad nominatum à Papa. 26

Si pars consentit, & coram iudice nominato à iudice aliqua allegauit, est sine controuersia resolutio in fauorem dicti Iudicis, ex dictis. Sin verò non consentit, sed semper protestat de nullitate, idem mihi videtur; quia cùm Illustrissimus Nuntius possit cognoscere, & committere causam appellationis interpositæ etiam expresso nomine ad Summum Pontificem, vt dixi *d. cap.* 33 *num.* 10. semper primum rescriptum præualere debet, & præferentiam obtinere secundo, quod in his terminis est subreptitium, quia iam non erat introducta causa in Nuntiaturæ Tribunali per commissionem, & acceptationem, & partis aduersæ citationem, iuxta supradicta: & ita consultus in hoc 27

anno

anno 1673. in causa Fratrum Virginis de Loretto, cum Capitulo Vlissiponensi, resolui, & fuit declaratum apud Notarium Emmanuelem Monteiro de Silua in judicio Nunciaturæ: & probatur per Glossam *in cap. Prudentiam, §. Sexta, de offic. deleg.* & ibi Abbas *numer.* 5. Felin. *in cap. Super literis, num.* 12. *de rescript.* Bellamer. *decis.* 64. probat Menoch. *de arbitr. cas.* 102. *num.* 34. *& seqq.* Ægid. *decis.* 46. Afflict. *decis.* 98. *& numer.* 14. Lancellot. *de attentat.* 2. *part. cap.* 4. *in præf. numer.* 631. *& seqq.* Nisi Papa non obstante tali introductione in Nuntiaturæ judicio, & cum litis pendentia ex certa scientia aliud declararet, & committendo causam decerneret, ex dictis, aliàs commissio alteri facta non transfert jurisdictionem, per textum *in cap. Causam, de offic. deleg. cap. Inter monasterium, de re judic.* & omnia sequuta illius commissionis virtute sunt nulla, vt in istis terminis similis commissionis tenet Rot. apud Marchesf. *de commiss. nullitatis sanata, post* §. 1. *part.* 3. *tom.* 3. *pag.* 20. & rationem præstat Tapia *decis.* 1. *numer.* 8. *&* 15.

28 Idem etiam dicendum est in appellatione interposita à tribus sententiis conformibus, à qua non potest impetrari commissio; & si impetratur, est nulla, tanquam super re judicata, & tribus conformibus, quia non potest impetrari commissio sicuti non potest interponi apellatio post tres conformes, *Clement.* 1. *de sent. & re judic.* & ibi *in collect.* August. Barbos. & Nos diximus *forens. resol. cap.* 15. *n*... & *in comment. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 9. §. 12. *tom.* 3. *pag.* 244. *num.* 653. & vltra quos ibi allegauimus, exornat nouissimè Doctissim. Pereira de Sousa *de reuis. cap.* 23. *num.* 1. *& seqq.* Themud. 2. *part. decis.* 212. *num.* 8. *& seqq.* Fermosin. *ad cap.* 64. *de appell. quæst.* 1. *num.* 1. *& seqq.* & maximè *num.* 34. 35. *&* 37. Rot. apud Otthobon. *decis.* 63. *&* 129. Rot. coram Paul. Rubeo *decis.* 292. Salgad. *de reg. protect.* 3. *part. cap.* 16. *&* 17. Gratian. *forens. cap.* 42. nouiter Aloys. Mansf. *consf.* 4. Andreol. *contr.* 75. *&* 228. August. Barbos. *de clausf. clausf.* 28. (vbi quomodo intelligatur clausula *Consito de tribus conformibus:*) eleganter & nouiter Cæl. Bicch. *decis. Rot.* 28. qui etiam omnes agunt quando sententiæ dicantur tres conformes, & ad omnes quæstiones circa materiam sunt videndi: & Clemens Merlin. *decis. Rot.* 414. *num.* 6. vbi etiam quid si vna sit nulla, & confirmata, an faciat numerum trium conformium, cum aliis, & Barbos. *dict. clausf.* 28. ait quod sententia nulla non facit numerum trium conformium.

Et meritò, quia cùm non sit casus appellationis post tres conformes, non admittitur, nec conceditur commissio, quia est contra jus, nec etiam appellatio, nec rescriptum impediens illarum effectum, aut executionem, *l. fin. Cod. sent. rescind. non poss.* ibi: *Impetrata rescripta non placet admitti, si decisa semel causa fuerint judiciali sententia, quam prouocatio nulla suspendit. Sed eos, qui talia rescripta meruerint, etiam limine judiciorum repelli: l. causas, Cod. de transact. l. fin. Cod. de err. Aduoc. l. Cùm tibi, Cod. de iudic. l. Terminato, Cod. de fruct. & litium expensis*, exornat Valenz. *consf.* 68. 29

Rescriptum enim contra rem judicatam, aut tres conformes, quatenus est impeditiuum executionis, & effectus earum, contra jus est, & ab eo reprobatum, vt in rubro, & nigro Codicis *Ne liceat tert. prouocare:* & propterea tanquam injustum, & inciuile, nec concedi, nec admitti debet, *l. Rescripta, & auth. Quæ supplicatio, Cod. de precibus Imper. offerend. l. probatorias, Cod. diuersf. offic. lib.* 12. *auth. Vt diuina jussiones, cap. fin. coll.* 8. textus est *in cap. Super literis, de rescript.* vbi August. Barbos. Fermosin. & Prosper Fagn. Tepat. *lib.* 1. *var. tit. de execut. sent. col.* 9. *in princip.* Ponte *consf.* 1. *num.* 72. Giurba *decis.* 7.

Quia rescriptum super tertia appellatione nec tenet, nec illud potest Princeps, seu Papa de ordinaria potestate concedere, ex textu *in cap. Tua nobis, de appellat.* Marchesf. *in tract. de commiss. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 30. *fol.* 30. & *part.* 2. *cap.* 1. Amat. *var. resol.* 6. *num.* 4. *&* 5. 30

Nisi per speciale priuilegium tertiam appellationem concedat Papa, aut Princeps de plenitudine potestatis. Amat. *dict. resol.* 6. *num.* 2. Mastril. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 388. *&* 391. Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 1. *num.* 3. Mut. *decis.* 42. *n.* 19. cum aliis Amat. *dict. resol.* 6. *num.* 5. 31

Et ideò rescriptum Principis super re judicata, ex quo executionis sit impedimentum, non debet admitti, interdictum enim est Principi de ordinaria potestate non solùm sententiam abolere, vel in totum, vel in partem, sed neque retardare eius executionem potest concedendo commissionem, aut literas superssessoriales, vel moratorias; tales namque literæ sunt nullius momenti, vt ex Giurba *decis.* 7. Amat. *resol.* 6. *numer.* 4. Cutel. *de donat. particul.* 6. *numer.* 140. *&* 141. Fermosin. *in cap. Quoad consultationem, de re judicat.* 32

judicat. diximus *in comment. ad Ord. tom.* 1. *ad proœm. gloss.* 54. §. 2. *num.* 22. *&* 23. *pag.* 89. & 2. *tom. de regim. Senator. Palat.* §. 11. & vltra eos Rebuff. *ad leg. reg. tit. de supplic. num.* 41. Valasc. *conf.* 51. *num.* 29. Sola *ad decret. Sabaud. tit. de appell. gloss.* 15. *numer.* 3. Amat. *dict. resol.* 6. *num.* 3. 6. 7. *&* 8. qui per plurima loquitur de rescriptis contra tres conformes.

34 Et solùm potest adimpleri quando duo requisita interueniunt, nempe certa Principis scientia rei judicatæ, & quod simul ipse plenitudine potestatis vtatur, cum clausula, *Non obstante.* Alex. *conf.* 2. *col.* 5. *vol.* 1. Tepat. *variar. resol. tit. de execut. sent. verb. Senatus*, Tusc. *lit. R. concl.* 314. *num.* 13. Giurba *decis.* 7. *num.* 7. Amat. *resol.* 6. *num.* 3. *& seqq. & num.* 10. vbi eleganter.

35 Et in hoc casu debet Sanctissimo Domino Nostro fieri clara, specifica, & indiuidua relatio rei judicatæ, & status negotij, & trium conformium, aliàs rescriptum, seu commissio est subreptitia, quia rem judicatam per rescriptum Principem euertere velle non creditur: textus est expressus *in cap. Exposita, de arbitr.* vbi Gloss. & DD. Felin. *in cap. Super literis, num.* 14. *de rescript.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 102. *num.* 45. *&* 46. Mart. *de clausf. clausf.* 174. *in fine, part.* 1. & declaratum fuit in Rota apud Marchesan. *de commiss. tom.* 1. *pag.* 384. Oliuer. Beltramin. *in annot. ad Ludouis. decis.* 2. *numer.* 17. eo maximè si ipsa tertia appellatio à tribus conformibus commissa fuisset iam introducta in alio Tribunali, putà Nuntij; de qua introductione nisi Papæ fiat expressa relatio, commissio super appellatione impetrata est subreptitia; & quare, inquit Gloss. *in cap. Prudentiam, in* §. *Sexta, de offic. deleg.* & ibi Abb. *num.* 5. Felin. *in cap. Super literis, num.* 12. *de rescript.* Fasol. *dub.* 64. vbi quod non valet commissio, si non est narratum litem fuisse introductam in partibus: & idem tenet Bellamer. *decis.* 64. latè Menoch. *dict. cas.* 102. *numer.* 34. *& seqq.* Ægid. *decis.* 46. vbi quod talis commissio est ipso jure nulla, nisi fiat ex certa scientia Papæ. Afflict. *decis.* 98. *& decis.* 220. *numer.* 14.

36 Et talis commissio non transfert jurisdictionem, vt est textus *in cap. Causam, de offic. deleg. cap. Inter monasterium, de re judic.* Vestrius *in prax. Rom. Cur. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 5. *&* 6.

Et non solùm est nulla, sed omnia inde sequuta coram nouo judice sunt inualida, vt in his terminis declarauit Sacra Rot. Roman. apud Marchesan. *de commiss. nullitatis sanata, post* §. 1. *part.* 3. *tom.* 3. *pag.* 20. 37

Et quando litigantium aliquis timet, quod eius aduersarius in his terminis, aut aliis recurret ad Pontificem, aut ad Legatum à latere, vel ad Nuntium, vt ei det aliquem judicem in casu non appellationis, tunc faciet vt euitet damnum, aut litem, vt ponatur in abbreuiatura, *Nihil transeat*, ad effectum, vt de quacunque petitione ab aduersa parte facta detur ponenti copia ad ostendendum non esse casum commissionis; & si judex datus sibi aptus non sit, eum recuset, & cæteros illos quos habet suspectos solo juramento: quod faciet antequam consentiat in jurisdictione: & si post introductam causam velit eum, aut eos recusare, non poterit nisi ex causa. Et ad has diligentias mittitur mandatum procuratorium, cum testimonio litis, & insertione decreti prouisi; & hoc in recusatione, quia ad *nihil transeat*, sufficit mandatum: & si super eo nihil postea alleget qui ponit, & aduersarius instet vt detur commissio petita, non denegatur ei, nisi fortè ex malitia commodum reportet, qui ponit illud *nihil transeat*, aut recusationem, vt practicari vidisse testatur Fermosin. *in praxi Trib. super cap. fin. de lib. oblat.* §. 8. *quæst.* 4. *numer.* 35. vbi quod nihilominus poterit commissionem adeptam reformare; & tunc si est in Nunciatura, procedetur vt dixi in loco ibi relato; sin verò in Rota causa Romæ mittitur, vt ibi cognitio retineatur, inhibito commissionis judice, aut iterum committitur in partibus. 38

Denique ex eodem Fermosin. *num.* 36. notabis quod quamuis Pontifex causam commisisset, si judex excedat in commissione, vt si citauerit partes vltra dietas, aut aliter, poterit in hoc casu recurri ad Sanctitatis Nuntium, & in tantùm procedit, quod etiamsi ille judex procedat in causa vsque ad diffinitiuam, poterit pars appellare ad Nuntium, qui tunc committit causam alteri judici, si constat de alterius judicis excessu; aut ipse super excessu cognoscit. 39

De praxi autem compulsoriæ, & remissione illius instantis, in quo decernitur vsque ad finem litis, & ad quem effectum mittantur, & quomodo procedatur 40

tam

tam circa citationem, quàm citationis recusationem, & testium interrogationem; & quando, & quomodo fieri debeant, vt validè procedatur, tradit eleganter idem Fermosin. *dict. quæst.*4. §.9. *num.*2. *& seqq.* vbi nihil in praxi intactum relinquit: & vt non erretur, est omninò videndus, & *dict. quæst.*4. §.2. agit de processu in praxi in gradu appellationis, & quomodo in ipsa instantia procedatur vsque ad sententiam, aut desertionem: & §.1. agit de ordinando processu vsque ad diffinitiuam sententiam.

41 Quid autem dicendum sit in appellatione interposita à Religioso, virtute cuius petit commissionem omisso medio, an sit ei concedenda? Respondet Pottel. *dub. reg. verb. appellare*, *num.* 3. Remig. Scofra *in opusculo de inualid. profess. dub.*25. *&* 26. quod potest Religiosus omissa appellatione ad suum Prouincialem, & ab hoc ad Generalem, & ab hoc ad Protectorem Cardinalem, & illicò ad Papam seu Nuntium appellare, vt refert Fermosin. *in cap. Ad nostram*, *de appell. quæst.*1. *num.* 2. vbi testatur quod apud Hispanos sæpe vidit in praxi obseruari, cùm sæpius contingat Religiosos appellare ad Nuntium Apostolicum: & *num.*3. refert contrariam sententiam, nempe quod gradatim à Guardiano ad Prouincialem, deinde ad Generalem, & ab hoc ad Protectorem Cardinalem, postremò ad Papam, vel eius Nuntium fiat appellatio. Spartarius *in praxi*, *tract.* 10. *part.*4. *cap.*1. *num.*3. Peyrin. *de Religios. subdit. tom.*1. *quæst.*1. *cap.*20. Diana *part.*3. *tract.*2. *resol.*54. Ioannes à sancta Maria *in Tribunal. Relig. tract.*5. *cap.* 10. *num.* 3. itaque referunt ex sacra Congreg. Cardinalium, & ex decreto Clem. VIII. *de appell.* & ibi explicat idem Fermosin. & *quæst.*2. agit an aliquæ Religiones habeant priuilegia, vt nullo modo à correctione liceat subditis appellare: & qualiter hæc priuilegia obligent, & an possit Prælatus corrigere subditos absque consilio sui Capituli, & propter hoc admittatur appellatio: & ibi tractat de Religiosis Dominicanis, Franciscanis, Augustinianis, Carmelitanis: & *quæst.*3. an Prælati possint compellere subditos ad obseruantiam Religionis, & Constitutionis, & post professionem eos compellere ad strictiorem vitam agendam, & de correctione; & an possint ab hoc appellare, & petere commissionem: & *quæst.*4. tractat, an Religiosi possint appellare, seu recurrere ad superiores sine Prælatorum suorum licentia.

Hinc venit reprobanda doctrina Kochier *de jurisd. ord. in exemptos tom. part.* 1. *cap.* 39. *num.* 28. vbi inquirit, an Nuntius & Legatus à latere, qui in sua commissione habet clausulam cognoscendi de causis appellationum interpositarum à Iudicibus à Sede Apostolica delegatis, possit cognoscere, & committere appellationes à Conseruatoribus Exemptorum interpositas? Et arguit an Conseruator sit delegatus, an magis sit Ordinarius, vt Legatus non possit cognoscere de huiusmodi appellationibus ab eo interpositis, quia contrarium est verius. Sed hæc argumentatio in eundem retorquetur: etenim Legatorum, & Nuntiorum facultas principaliter data est ad cognoscendum de appellationibus ab Ordinariis emissis, & ad majorem authoritatem additur prædicta clausula Delegatorum Sedis Apostolicæ: ergo si fuerit Conseruator simpliciter delegatus, fatetur ipse posse cognoscere Nuntium; multò magis quando est Conseruator ordinarius, cùm principaliter ad eorum appellationes Nuntius missus sit. 42

CAPVT LXXV.

Vtrum si aliquid intentetur fieri ab Archiepiscopo, aut Episcopo, & pars grauata interponat appellationem, aut Religiosus exemptus recurrat ad Nuntium cum potestate Legati à latere, fiatque itineris arreptio, aut nuntij missio post intimatam suspensionem Prælato, aut compulsoriam Archiepiscopo, aut Episcopo decretam, sit nulllum & attentatum quidquid factum postea fuerit?

1 HANC quæstionem resoluit affirmatiuè Scacc. *de appell. quæst.* 6. *num.* 41. *& seqq.* Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *ampl.*6. *n.*1. quos refert & sequitur August. Barbos. *vot.*47. *num.*122. *& seqq. & num.*123. vbi expressè loquitur in missione, aut Nuntij mandato.

D. Alvarez Pegas Tract. de Compet. V 2 CAPVT

CAPVT LXXVI.

Vtrum si formetur competentia inter Nuntium Apostolicum cum Archiepiscopo, aut Episcopo super alicuius causæ clerici remissione, aut sine illa, possit Ordinarius Archiepiscopus aut Episcopus causam in prima instantia remittere ad Nuntium, vt de illa cognoscat?

HANC quæstionem disputat latè & eleganter, pro vna, & altera parte August. Barbos. *vot.24. per tot. lib.2.*

CAPVT LXXVII.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere possit se intromittere in causa Archiepiscopo, aut Episcopo, aut alteri specialiter delegata per Papam; & quomodo, & quando?

SVMMARIVM.

1 *Nuntius cum potestate Legati à latere, aut etiam Legatus à latere non possunt se ingerere in causam per Papam Archiepiscopo, Episcopóve, aut alteri delegatam, nec illius processum aut sententiam & executionem impedire, aut infirmare.*

2 *Ampliatur multis modis.*

3 *Limitatur multis modis:* & num.4.

1 NVNTIVS cum potestate Legati à latere, aut etiam Legatus de latere, non possunt se ingerere in causa per Papam Archiepiscopo, Episcopove, aut alteri delegata, nec illius processum, aut sententiam vel executionem impedire, aut infirmare, vt est textus expressus *in cap. Studuisti, de offic. Legati*, vbi Butr. *in tertio notabili*, Ancharan. *num.* 3. & Abbas *num.*2. August. Barbos. *in collectan. ad dict. text.* cum aliis Prosper Fagn. *in dict. text. num.*1. 2. & 3. vbi plures rationes affert; & etiam August. Barbos. *in collect. ad dict. text.* Reinos. *obseru.*60. *num.*18. *vers. hæc*, August. Barbos. *de iur. eccles. lib.*1. *cap.*5. *num.*81.

Quod procedit, & locum habet etiamsi talis delegatus nondum cœperit in causa procedere, vt probat idem textus ibi, *ante cognitionem*, idest antequam incipiat cognoscere delegatus, prout testatur idem Fagnan. *num.* 4. vbi etiam extendit, vt non possit Legatus de latere à sententia talis delegati appellationem admittere, vt probat ex verbis textus ibi, *quomodolibet irritare:* & *num.* 5. extendit, vt nec possit Legatus restituere aduersùs sententiam talis iudicis delegati: & *num.* 6. extendit etiam vt locum habeat etiamsi agatur de delegatione, non ad vnam causam tantùm, sed ad vniuersitatem causarum; & ibi eleganter exornat: & *num.*8. & *num.*9. extendit etiamsi talis delegatus suâ facultate abuteretur: & *n.*11. extendit etiam vt locum habeat etiamsi delegatus fuerit negligens in procedendo, quia nihilominus Legatus non potest eum compellere; & ibi multos DD. refert Reinos. *dict. obseru.*60. 2

Sed hæc resolutio habet plures limitationes secundùm eundem Fagnan. *num.*12. vbi limitat primò, vt non procedat si delegati jurisdictio per legati citationem fuerit præuenta, quia tunc Legatus poterit in causa illa procedere, nec proderunt tali Archiepiscopo, Episcopove, aut alij delegato litteræ specialis commissionis: & ibi multos DD. refert: & *num.* 13. limitat secundò, vt procedat dummodo opponatur exceptio declinatoria fori; alias enim parte non opponente teneret processus legati in causa alteri specialiter delegata, dummodo opponatur ante litis contestationem, quia postea non prodest, *ex cap. Pastoralis, de exceptionibus*; quod etiam probat nostra Ord. *lib.* 3. *tit.* 20. §. 9. & *tit.* 49. §. 2. Reinos. *dict. obseruat.* 60. 3

Tertiò etiam limitatur secundùm Fagnan. *suprà, num.* 14. vt non procedat si Archiepiscopus, Episcopusve, aut alius delegatus processerit contra formam mandati Apostolici, quia tunc Legatus potest de huiusmodi nullitate cognoscere, & delegati processum, & sententiam irritare, vt probatur ex textu *in cap. Studuisti, de offic. Legati*, à contrario sensu, in illis verbis, *si secundùm formam mandati nostri sententia fuit promulgata:* & ibi multos refert, & *num.*15. & 16. vbi *num.* 17. quartò limitat, vt locum non habeat si delegatus 4

legatus delinquat in sua commissione: & *num.*19. *vers.* 5. limitat etiam vt non procedat respectu confirmationis: & *num.* 20. limitat sextò, vt non procedat respectu executionis sententiæ; quia potest Legatus sententiam delegati executioni demandare si velit, vt probant verba dicti textus *in cap. Studuisti, de offic. Legati*, ibi: *Confirmare valebit, & executioni mandare:* & *num.* 21. idem tenet: & *num.* 22. limitat septimò, & asserit procedere in terminis in quibus loquitur textus, videlicet in delegato Papæ. Secus ergo est si delegatio facta sit à prædecessore ipsius Legati, quia tunc successor potest cogere delegatum ad sententiam ferendam, aut etiam commissionem reuocare, seu prohibere, ne pronuntiet, & malum processum illius corrigere, vt *in cap.* 3. §. *fin. in fine, de eo qui mittitur in possessionem.* Reynos. *dict. obseru.* 60.

CAPVT LXXVIII.

Vtrum decretum, aut gratia Legati à latere, aut Nuntij cum eius potestate, obliget Archiepiscopum, aut Episcopum illius ignorantem ad obseruantiam, & antequam eis ostendatur.

SVMMARIVM.

1 *Decretum aut gratia obligat etiam ignorantes; sed contrarium est verius.*

2 *Gratia aut decretum debet ostendi Archiepiscopo, aut Episcopo in scriptis antequam exequatur in sua diœcesi; & quare.*

1 LICET secundum Lap. *alleg.* 14. *num.* 3. tale decretum, aut gratia liget etiam ignorantes; attamen contrarium est verius, & in hoc reprobatur per Cassador. *decis.* 3. *in reseruatis*, August. Barbos. *de potest. Episcopi lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 73.

2 Et ideò debet ostendi Archiepiscopo, aut Episcopo in scriptis antequam exequatur in sua diœcesi, quia nemo potest in diœcesi aliena vti iurisdictione, aut aliqua exercere, *l. Prohibitum*, vbi Bart. & DD. *Cod. de iure fisc. lib.* 10. *Auth. de collat.* §. *Eos autem*, ibi: *Eos autem, qui in prouinciis pro quibuscunque actionibus diriguntur, non aliter inchoare exactionem, nisi prius prouinciali iudicio insinuauerint, impositas sibi de hoc iussiones.* Mascard. *de probat. conclus.* 949. *num.* 2.3. & 4. Bobadill. *in sua politic. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 21. videndus *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. de quo videndus Parexa *de instrumentor. edit.* 1. *part. tit.* 2. *resolut.* 5. optimè exornat Fermosin. *prax. Tribunal. super cap. fin. de libelli oblatione*, §. 22. *quæst.* 4. *per tot.*

CAPVT LXXIX.

Vtrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit aliquid decernere in præiudicium Archiepiscopi, aut Episcopi iurisdictionis, extra appellationis viam, consentientibus partibus, & contradicente Ordinario, & vice versa?

SVMMARIVM.

1 *Consensus partium præstat facultatem iudicandi, & decidendi; & iurisdictionem tribuit Iudici ad cognoscendum.*

2 *Materia in prima instantia pertinet ad Ordinarium Archiepiscopum, & nullo modo potest à partibus in eius præiudicium renunciari, nec consensus præstari, vt Nuntius Apostolicus etiam cum potestate Legati à latere decernat extra appellationis viam, nisi ipse Archiepiscopus consentiat.*

3 *Neque etiam sufficit consensus Episcopi quando partes contradicunt.*

LICET consensus partium præstet facultatem iudicandi, & decidendi, & iurisdictionem tribuat Iudici ad cognoscendum, vt probat Ord. *lib.* 3. *tit.* 20. §. 9. & *tit.* 49. §. 2. 1

Attamen in hoc casu non sufficit partium consensus, quia cum materia in prima instantia pertineat ad ordinarium Archiepiscopum, nullo modo à partibus potest in eius præiudicium renunciari, nec consensus præstari, vt Nuntius Apostolicus etiam cum potestate Legati à latere decernat extra appellationis viam, nisi ipse Archiepiscopus consentiat, ex Posth. *de manut. obseru.* 107. *num.* 2. Ciarlin. *forens. tom.* 2. *cap.* 125. *num.* 15. Barb. *ad Concil. dict. cap.* 20. *num.* 2. *sess.* 24. 2

3 Neque etiam sufficit consensus Episcopi, quando partes contradicunt. Barbos. *vot.* 24. *num.* 26.

CAPVT LXXX.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit ad se auocare causam pendentem apud Archiepiscopum, aut Episcopum in prima instantia, & de ea cognoscere extra appellationis viam, contradicente Ordinario? Et quid in Auditore Cameræ.

SVMMARIVM.

1 *Nulli Superiores, etiam Nuntij, vel Legati de latere de causis quibuslibet ad forum ecclesiasticum pertinentibus possunt in prima instantia causas pendentes ad se auocare, nec de illis cognoscere aut aliquid decernere, nisi per viam Legitimæ appellationis ad sua Tribunalia fuerint delata.*

2 *Idem in Archiepiscopo respectu suffraganei Episcopi.*

3 *Limitatur in Auditoribus Cameræ, in illis negotiis, in quibus adest obligatio formæ Cameralis.*

4 *Aduocatoriam commissionem impetranti in prima instantia ius resistit.*

5 *Per aduocationem nullam non tollitur iurisdictio Ordinarij, nec impeditur commissio ad ipsum.*

1 NEGATIVE resoluenda est quæstio proposita; nulli enim Superiores, etiam Nuntij, vel Legati de latere, de causis quibuslibet ad forum ecclesiasticum pertinentibus possunt in prima instantia causas pendentes ad se auocare, nec de illis cognoscere, aut aliquid decernere, nisi per viam legitimæ appellationis ad sua Tribunalia fuerint delatæ, vt ex S. Concil. Trid. refert decisum Ricc. *decis. Cur. Archiepiscop. decis.* 296. *num.* 5. *part.* 4. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 81. *sub num.* 2. Narbon. *in l.* 59. *gloss.* 1. *num.* 23. Ciarlin. *forens. tom.* 2. *cap.* 125. *num.* 23. & ita resolutum est per decretum Sacræ Congreg. apud eundem Ciarlin. *num.* 100. *vers. Ad tollendas*, & *cap.* 148. *num.* 35. *& seqq.*

Et idem dicendum est in Archiepiscopo Metropolitano respectu suffraganei Episcopi: ille enim non potest auocare causas ab Episcopo suffraganeo suo, nisi ex causa appellatiocis tantùm, seruatâ formâ Concilij; solùm namque habet limitatam iurisdictionem ad causas appellationis in secunda instantia, & non ad auocationem in prima. Couar. *pract. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 2. Barbos. *de potest. Episcop. part.* 1. *tit.* 4. *num.* 61. Ciarlin. *dict. cap.* 125. *num.* 22. *& num.* 100. vbi refert decretum Sacræ Congreg. 2

Quod tamen limitandum est in Auditore Cameræ in illis negotiis, in quibus adest obligatio formæ Cameralis, quoniam causas obligatione Camerali secundùm formam Cameræ Apostolicæ firmatas in partibus existentes Auditor Cameræ ad se auocare potest, etiamsi extra Curiam contractus sit celebratus, & licèt pendeat coram Ordinariis, quia est executor omnium obligationum Cameralium, prout tenetur cum multis Ciarlin. *forens. tom.* 2. *cap.* 125. *num.* 93. 3

Et non in aliis, quia auocatoriam commissionem impetranti in prima instantia ius resistit, vt disponit S. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 20. & ibi August. Barb. *in collect.* 4

Et ideo per talem auocationem nullam non tollitur iurisdictio Ordinarij, nec impeditur commissio ad ipsum, vt tenent supracitati. Mendo *de iur. academic. lib.* 1. *num.* 778. vbi an possit Nuntius Apostolicus auocare causas Scholasticorum. 5

CAPVT LXXXI.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere possit concedere Monitoria in sua prouincia, in casibus ad suam iurisdictionem pertinentibus, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? Et quem effectum producant monitoria per citati comparitionem.

SVMMARIVM.

1 *Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere etiam, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo possunt in*

possunt in prouincia sibi decreta ad suæ potestatis exercitium monitoria concedere.

2 *Concesso monitorio si pars citata compareat, in simplicem citationem resoluitur.*

3 *Et si citatus non compareat, præceptum, aut monitorium supplicationem iustificat, & absque alia probatione profertur sententia, & per eam notificatio iudicatur, & iuxta supplicationis tenorem proceditur.*

1 VNTIVS cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo possunt in prouincia sibi decreta ad suæ potestatis exercitium monitoria concedere. Lazar. *de monitoriis lib. 2. quæst.* 5. Guttier. *canonicar. cap.* 11. *num.* 5. Vgolin. *de offic. & potest. Episcopi cap.* 45. *in princip. vers. Excipiuntur.* Ricc. *in prax. rerum fori Ecclesia, resolut.* 235. *num.* 2. Augutt. Barbos. *de potest. Episcopi* 3. *part. alleg.* 96. *num.* 11. & *de iure Ecclesiastic. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 73. & pro rebus deperditis. Fragos. *de reg. Reip.* 2. *part. lib.* 4. *disp.* 10. *num.* 167.

2 Et concesso monitorio, si pars citata compareat, in simplicem citationem resoluitur, & proceditur ordinariè; quia semper tale monitorium resoluitur in vim nudæ citationis per comparitionem, vt ex Bald. Ancharano, Muta, Bolognet. Gail. Parlador. Rebuf. Caualcan. Guttier. tradit Amat. *variar. resolut.* 72. *num.* 20. & vltra eos Valenz. *consf.* 6. *num.* 53. & 54. Leitaon *in praxi fin. regundor. cap.* 3. *num.* 25. & 26. Cancer. 3. *part. var. cap.* 13. *num.* 176. Oliua *de foro Eccles.* 1. *part. q.* 16. *num.* 48.

3 Et si non compareat citatus, aut monitus, præceptum aut monitorium supplicationem iustificat, & absque alia probatione profertur sententia, & per eam notificatio iudicatur, & iuxta supplicationis tenorem proceditur; & ita iudicatur quotidie, quia notificationis comminatio debet obseruari, & facit ius, ad notata *in l. consentanea* 8. *Cod. quomodo & quando iui.* Sousa de Maced. *decis.* 88. *num. fin.*

CAPVT LXXXII.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere, aut suus Reuerendus Auditor in competentia cum Archiepiscopo, aut Episcopo teneatur obseruare ferias in loco vbi est obseruatas, an verò secundùm Curiæ Romanæ stylum.

SVMMARIVM.

1 *Iudices ordinarij, aut delegati non possunt diebus feriatis cognoscere.*

2 *Iudices in feriis obseruandis tenentur attendere locum iudicij.*

3 *Nuntius Apostolicus ad aliquem destinatus Principem obseruat in audientia dies feriatos, qui in Curia vbi est, solent obseruari.*

4 *Illustrissimus Nuntius huius Regni potest obseruare ferias secundùm arbitrium suum, aut iuxta stylum feriarum Sacræ Romanæ Curiæ.*

ICET Iudices ordinarij, aut delegati non possint diebus feriatis cognoscere, ex toto titulo *de feriis*, vbi latè Fermosin. *in cap.* 1. & *fin. quæst.* 1. & *seqq.* & maximè *quæst.* 7. 1

Et isti tales in feriis obseruandis tenentur attendere locum iudicij, quia vbi agitur de eius ordinatione, attenditur consuetudo fori seu loci in quo exercetur, secundùm textum *in cap. Quod Clerici, de for. comp.* vbi Fermosin. atque ita aliàs pronuntiatum esse à Romano Pontifice dicit Abbas ibi *num.* 33. Azor. *inst. moral. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 27. *dub.* 17. 2

Et Nuntius Apostolicus ad aliquem destinatus Principem obseruet in audientia dies feriatos, qui in Curia vbi est, solent obseruari, vt de Nuntio Hispaniæ testatur Fermosin. *in cap.* 1. & *fin. de feriis, quæst.* 6. *num.* 11. 3

Attamen Illustrissimus Nuntius huius Regni potest obseruare ferias secundùm arbitrium suum, aut iuxta stylum feriarum Sacræ Romanæ Curiæ, vt tenet Treuisan. *dec. Venet.* 31. *p.* 1. quem sequitur Riccius *coll.* 124. *in fin.* relatus à Fermosin. *d. n.* 11. vbi etiam quod ipse Illustrissimus Nuntius cum familia sua tenetur obseruare dies festos secundum stylum Romanæ Curiæ. 4

CAPVT

CAPVT LXXXIII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit committere causam cognoscendam summariè, & sine strepitu & figura iudicij, & non obstante ordine iudiciario, etiam quando est pars Archiepiscopus, Episcopusve, aut priuatus; & eis contradicentibus.

SVMMARIVM.

1 *Summa est potestas Legati à latere circa causarum commissionem.*

2 *Legatus à latere non potest tollere iura communia, nec ordinem iudiciarium.*

3 *Legatus à latere non potest committere causam sine strepitu & figura iudicij in casibus, in quibus de iure communi non potest sic procedi.*

4 *Legatus à latere non potest committere causam cognoscendam summariè.*

1 LICET Legati à latere summa sit potestas circa causarum commissionem, provt testantur Gambar. Machad. Azor. quos refert August. Barbos. *de iure eccles. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 75. & vltra eos Menoch. *consil.* 441. *num.* 68. & *consil.* 477. *num.* 10.

2 Attamen non potest tollere iura communia, ex Menoch. *consil.* 477. *num.* 11. nec ordinem iudiciarium, vt prosequitur idem Menoch. *num.* 12.

3 Sic etiam non potest committere causam sine strepitu & figura iudicij in casibus, in quibus de iure communi non potest sic procedi, vt post Iason. tradit Gratian. *forens. cap.* 300. *num.* 51. Valenz. *consil.* 43. *num.* 81.

4 Nec etiam Legatus à latere potest committere causam cognoscendam summariè, vt voluit Gloss. singularis *in cap. vltimo, verb. Figura, de hæreticis lib.* 6. Reinos. *obseru.* 60. *num.* 21. vbi limitat quando est euidens, aut necessaria causa: de quo vide Valenz. *vbi suprà*, qui loquitur etiam in Prælato.

CAPVT LXXXIV.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Cardinalis Legatus à latere, possit esse iudex competens Clericorum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo concurrentibus cum Ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Nuntius cum potestate Legati à latere non potest esse iudex Clericorum absque consensu Ordinarij, Archiepiscopi, aut Episcopi in prima instantia.*

2 *Et quid in Cardinali Legato à latere.*

QVAMVIS Nuntius cum potestate Legati à latere non possit esse iudex Clericorum absque consensu Ordinarij, Archiepiscopi, aut Episcopi in prima instantia, *cap. Significasti, de foro compet.* & ibi Barbos. Carleual. *de iudic. disp.* 2. *num.* 1075. de Luca *theatr. verit. & iust. tit. de iurisdict. tom.* 3. *discurs.* 51. *num.* 7. 1

Attamen Cardinalis Legatus à latere in sua prouincia dicitur iudex competens omnium Clericorum, habens cum eis tam habitualem, quàm actualem iurisdictionem, sicuti Ordinarius, cum quo concurrunt etiam contradicendo, eoque maiorem habet iurisdictionem, & prærogatiuam. Hostiens. & cæteri *in cap.* 1. *de offic. Legat.* Gundisal. *de Legat. quæst.* 8. *num.* 3. Boër. *de potest. Legat. in princip. num.* 20. & sic explicat Consil. de Luca *dict. discurs.* 51. *num.* 9. *& per tot.* & ibi respondet ad contraria. 2

CAPVT

CAPVT LXXXV.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate, Legatus duarum Prouinciarum propter connexitatem territoriorum, ac Regnorum, possit expedire negotia vnius Prouinciæ, aut Regni in alia, aut alio, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo Ordinario? Et an sua potestas extendatur ad Indias Orientales, & ad alia Regni adiacentia.

SVMMARIVM.

1 *Nuntij Apostolici in Hispania Regno residentes non exercent iurisdictionem in Indiarum partibus.*

2 *Contrarium in Regno Portugallia obseruatur.*

3 *Legatus duarum Prouinciarum, ac Regnorum sub eodem Regis dominio propter connexitatem territoriorum, ac Regnorum potest expedire negotia vnius Prouinciæ, ac Regni in alio: & quare* num.4.

1 Licet Nuntij Apostolici in Hispaniæ Regno residentes non exerceant iurisdictionem in Indiarum partibus, ex quadam sched. de qua Solorzan. *de jure Indiar. tom.2. lib.3. cap.23. num.43.*

2 Attamen in hoc Regno contrarium dicendum est, quia Illustrissimus Nuntius potest exercere suam potestatem in hac Curia; extenditur enim ad Indias Orientales, & ad omnes Prouincias, oppida, & Regna Algarabiorum, Asiam, Africam, Brasiliam, & ad Regnum Angolensem, & etiam ad omnes insulas, quia sunt partes huius Regni, & accessiones illius, & comprehenduntur tanquam adiacentia in potestate, iuxta ea quæ diximus *in commentar. ad Ord. tom. 3. lib. 1. tit.1. gloss.2. num.9.*

3 Et ideò talis Legatus duarum Prouinciarum, ac Regnorum sub eodem Regis dominio propter connexitatem territoriorum ac Regnorum poterit expedire negotia vnius Prouinciæ ac Regni in alio, *cap. Nouit, de offic. Legati*, Capyc. *decis.152. num.8. & 9.* Gambar. *de offic. Legati extra Prouinciam, num. 2. & 3.* Azor *inst. moral. part.2. lib.5. cap. 27. quæst.4. vers. Quæres*, August. Barbos. *de jur. Eccles. lib. 1. cap.5. num.76.* optimè Gratian. *forens. cap.655.* vbi etiam quod potest assistere vbi voluerit.

Et meritò, quia illæ duæ Prouinciæ, ac Regna, in quibus constituitur vnus Legatus, quoad ipsum censentur vna prouincia, licèt aliàs sint distinctæ quoad limites, & prærogatiuas, vt ex Innocentio & aliis tradit idem Barbos. *vbi suprà*, & *de potestat. Episcopi 3. part. alleg.54. n.131.*

CAPVT LXXXVI.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere possit eximere subditum Archiepiscopi à sua jurisdictione, contradicente Archiepiscopo.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus non potest eximere quemquam subditum à jurisdictione sui suffraganei; quia hoc est reseruatum Papæ: & si exemptionem concedat, non valet.*

2 *Idem procedit in Nuntio, aut Legato à latere.*

Sicut Archiepiscopus non potest eximere quemquam subditum à jurisdictione sui suffraganei, quia hoc est reseruatum Papæ, & si exemptionem concedat, non valet, *cap. Duo simul, de offic. Leg. cap. Nullus, de iurepatron.* Kochier *de jurisdict. Ord. in exempt. part.1. quæst.3. num.10. vers. Distinguendum*, Ciarlin. *forens. tom.2. cap.125. num.76.* 1

Ita etiam Nuntius, aut Legatus à latere non potest eandem exemptionem subditis Ordinariorum concedere, *cap. Quoad translationem, de offic. Leg.* Boër. *de potest. Leg. num.44.* Villadieg. *part.1. de Leg. quæst.9. num.64.* Barbos. *de jur. Eccles. cap.5. num.80.* Ciarlin. *dict. cap.125. num.77.* Kochier *dict. quæst.3. num.13.* vbi præstat rationem, quam approbat Ciarlin. *eodem loco*, vbi quod probatur ex S.Concil. Trid. *sess.24. cap.11. & cap.20. de reform.* 2

CAPVT LXXXVII.

Vtrum Legatus à latere, seu Nuntius cum eius potestate, sicut de causis Exemptorum potest cognoscere, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo possit eos eximere.

SVMMARIVM.

1 *Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possunt, sicut Papa, de causis Exemptorum cognoscere etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.*

2 *Limitatur in Legato nato.*

3 *Legatus non potest eximere.*

1 LICET Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possint sicut Papa de causis Exemptorum cognoscere, etiam contradicente Archiepiscopo aut Episcopo, vt latè diximus suprà *cap.* 49. *num.* 1. vbi multos allegauimus, & vltra eos Bobadill. *in sua politica, lib.* 1. *cap.* 17. *&* 18. August. Barbos. *vot.* 4. *num.* 123. Kochier *de iurisdict. ordinaria in exemptos tom.* 1. *part.* 2. *quæst.* 2. & *quæst.* 32. *num.* 5. & 4. *part. quæst.* 3. *num.* 1. Fermosin. *in cap. Quia propter* 42. *de electione, quæst.* 4. *num.* 4. *& seqq.* idem Barbos. *in cap. Quoad translationem, de offic. Legat. num.* 10.

2 Nisi sit Legatus natus, quia iste non potest huiusmodi in exemptos Regulares iurisdictionem exercere, Kochier *dict.* 2. *part. quæst.* 2. *&* *quæst.* 50. *num.* 6. & *part.* 4. *quæst.* 26. *num.* 2. Diana *resolut. moral.* 1. *part. tract.* 2. *resolut.* 16. August. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 79.

3 Attamen non potest eos eximere, cùm nihil facere valeat quod tendat in violationem juris communis. At eximere aduersatur juri, plurimumque præjudicat Ecclesiæ, vt cum Iuribus, & DD. ita tenet Kochier *de jurisdict. ordinaria in exemptos part.* 1. *quæst.* 3. *num.* 13. quem refert, & sequitur Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 80. optimè August. Barbos. *in cap. Quoad translationem, de offic. Legat. num.* 10.

CAPVT LXXXVIII.

Vtrum si Nuntius, aut Collector sint delegati, & delinquant, aut eorum Auditor in exigendis immoderatis sportulis, possint puniri ab Archiepiscopo, aut Episcopo Ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Iudices delegati possunt exigere sportulas.*

2 *Si delegatus delinquit in exigendis sportulis immoderatis, potest puniri ab Ordinario.*

LICET permissum sit Iudicibus delegatis exigere sportulas, vt tenet Prosper Fagnan. *in cap. Dilectus, de offic. Ordinar. num.* 7. *pag.* 475. Themud. *in præf.* 3. *part.* 1

Attamen quando delegatus delinquit in exigendis immoderatis sportulis potest puniri ab Archiepiscopo, aut Episcopo Ordinario, vt est casus *in §. Volumus*, & ibi Angel. *in Authentic. vt Iudices sine quoquo suffragio*, provt testatur idem Fagnan. *in cap. studuisti, de offic. Legati, num.* 19. 2

CAPVT LXXXIX.

Vtrum si Summus Pontifex concedat statutum Archiepiscopo, aut Episcopo, possit derogari aut interpretari à Nuntio cum potestate Legati à latere, aut ab ipso Legato, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo; & etiam nouum statutum condere, ita vt obseruetur ab Archiepiscopo aut Episcopo post legationem finitam.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Nuntius possit derogare aut interpretari statutum concessum, & confirmatum à Summo Pontifice:* & n. 2, 3, & 4.

LICET Nuntius cum potestate Legati à latere, aut etiam Legatus à latere repræsentent Summum Pontificem Dominum nostrum, & habeant omnes prærogatiuas, & pote- 1

states, de quibus nos suprà *cap.* 32. *n.* 1. *& seqq.* attamen si Summus Pontifex confirmet statutum editum ab Archiepiscopo aut Episcopo, tale statutum ex vi confirmationis est effectum Papale, & non potest derogari à Nuntio cum potestate Legati à latere, nec ab ipso Legato in Archiepiscopi aut Episcopi præiudicium, & eo contradicente, qui non tenentur si derogatio fiat, eam obseruare. Roman. *cons.* 37. *num.* 2. *vers. Secundò quia*, Ruin. *cons.* 166. *num.* 3. *vers. Quia Legatus de latere*, *lib.* 4. Honded. *cons.* 93. *num.* 70. *lib.* 2. Rot. Romana apud Cæl. Bicch. *decis.* 381. *num.* 27. 28. *&* 29. & in terminis ejusdem Nuntij Otthobon. *decis.* 202. *num.* 8.

2 Neque etiam per viam interpretationis, aut limitationis, etiamsi reducat rem ad terminos iuris communis, vt ex Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum, vers. Quia, de constitutionibus.* Villad. *de Legat. q.* 10. *sub n.* 13. *vers. Sine*, explicat idem Bicch. *decis.* 381. *n.* 30. 33 *&* 34.

3 Quia nec de jure, nec de consuetudine pertinet ad officium Legati contra statuta specialiter confirmata à Papa, eoque minùs contra leges Papales perpetuò sancire. Pacian. *cons.* 80. *n.* 42. Gambar. *de potest. Legati lib.* 8. *tit.* 2. *sub n.* 24. *vers. Sextò quæro.*

4 Et ideò constitutiones editæ à Legato de latere vigore facultatum, finitâ legatione exspirant; licèt secus sit in constitutionibus editis per viam legis generalis vigore facultatum de jure communi competentium, statuto aut legi Papali non aduersantibus, de quibus loquitur textus *in c. fin. de offic. Legati*, Barbos. *de jure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 84. Seraphin. *decis.* 536. *n.* 4. Rota apud Bicch. *dict. decis.* 381. *n.* 31. idem Barbos. *in d. cap. fin.* explicat, & ampliat.

CAPVT XC.

Vtrum si Nuntius Apostolicus interdictum promulget, possit Archiepiscopus, aut Episcopus aliqua administrare, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum si Nuntius Apostolicus interdictum promulget, possit Archiepiscopus, aut Episcopus aliqua administrare:* & n. seqq.

1 LICET tempore interdicti prohibeatur administratio, vt diximus *cap.* 47. *num.* 8. *& seqq.*

D. Alvarez Pegas Tract. de Compet.

Attamen tempore interdicti potest Archiepiscopus, aut Episcopus administrare paruulis Baptismum, *cap. Quoniam, de sent. excom. lib.* 6. Sayr. *de cens. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 3. Soar. *tom.* 3. *disp.* 26. *sect.* 1. Henriq. *in sum. lib.* 2. *cap.* 16. §. 3. 2

Et fons baptismalis potest benedici, vt prosequitur Corona *de potest. Episc. tract.* 2. *cap.* 10. *num.* 10. 3

Sic etiam Sacramentum Confirmationis potest licitè ab Episcopo publicè, & solenniter, & apertis ianuis conferri tempore interdicti generalis loci, & in Ecclesia specialiter interdicta, *ex cap. Quoniam*, Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 178. Sayr. *de cens. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 6. Couar. *in cap. Alma mater*, *part.* 2. §. 2. *num.* 7. Auila *de cens. disp.* 4. *sect.* 1. *dub.* 4. Alter. *de cens. tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 2. Henriquez *cap.* 6. §. 7. *lib.* 3. *& cap.* 45. §. 1. Suarez *tom.* 3. *disp.* 26. *sect.* 1. *num.* 7. 4

Chrisma autem tempore interdicti potest ianuis clausis conficere, sed non apertis, ita *in cap. Alma mater*, *vers. Adjicimus*, *de sentent. excom. lib.* 6. Coron. *dict. cap.* 10. *num.* 10. Alter. *vbi suprà*, Bonacin. *de cens. disp.* 5. *punct.* 2. §. 1. *num.* 2. Suar. *proximè, sect.* 1. *num.* 8. 5

CAPVT XCI.

Vtrum relaxatio juramenti ad effectum agendi pertineat ad Archiepiscopum, aut Episcopum; an verò ad Nuntium cum potestate Legati à latere?

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio juramenti quando habeat locum.*

2 *Facultas relaxandi juramentum ad quem pertineat:* & num. 3.

RELICTA quæstione relaxationis juramenti, & quando habeat locum, vel non, & ex quibus causis, de qua agunt cum multis DD. de quibus Nos *in tom.* 1. *in comment. ad Ordin. lib.* 1. *tit.* 1. §. 6. *gloss.* 55. *pag.* 225. *numer.* 21. *& seqq.* Fermosin. *in cap. Nouit* 13. *de judic. quæst.* 9. *num.* 15. *&* 16. Arias de Mesa *variar. lib.* 1. *cap.* 32. Valeron *de transact. tit.* 6. *quæst.* 3. cum multis Faria *in add. ad* Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 4. *num.* 22. *& seqq.* 1

2 Quoad nostram quæstionem dicendum est, quod facultas relaxandi juramenta est penes Ordinarium, quo nomine continetur Alchiepiscopus, vel Episcopus, Capitulum Sede vacante, Vicarius generalis, vel alij quasi Episcopalem jurisdictionem obtinentes, vt ex Hermosil. Sanch. Lugo tradit idem Faria *dict. cap.4. num.32.*

3 Vel pertinet ad Legatum à latere, vel Nuntium cum eius potestate. Pellizar. *in man. reg. tom.1. tract.6. cap.2. num.79.* post Paz. & Bolan. Faria *dict. cap.4. num.34.*

CAPVT XCII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate habeant authoritatem confirmandi electiones Archiepiscoporum, Episcoporum, & exemptorum Abbatum, aut aliorum Prælatorum, quorum confirmatio ad Romanum Pontificem pertinet, etiam contradicente Archiepiscopo aut Episcopo; & cognoscendi de dubiis circa illas.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Nuntius, aut Legatus possit confirmare electiones.*

1 IN hac materia est certum, quod Legatus de latere habet authoritatem confirmandi electiones Archiepiscoporum, Episcoporumve, & exemptorum Abbatum, aut aliorum Prælatorum, quorum confirmatio ad Romanum Pontificem pertineret: quod aliis Nuntiis, seu Legatis nisi ex speciali concessione non licet, ex textu *in cap. Si Abbatem, de elect. in 6.* Kochier *de jurisdict. ordinar. in exemptos part.4.quæst.5.* August. Barbos. *de jure Eccles. lib.1. cap.5. num.74.* eleganter loquendo in Nuntio Hispaniæ cum potestate Legati à latere August. Barbos. *vot.39. num.35. & 36. & per tot.* & Fermosin. *ad rubric. de elect. ad text. in cap. Quia propter 42. de electione, quæst.4. per tot.* vbi etiam tractat, an electio facta de quodam Religioso in Abbatem à Conuentualibus vocalibus, quibus competit jus eligendi intra tres dies loco Abbatis demortui, possit nulla dici, eo quod Pater Generalis opponat sibi illud eligendi jus competere jure deuoluti; & an lis super hoc mota sit supplantanda in prima instantia coram Illustrissimo Legato, Nuntio Pontificis in illis partibus existente; seu spectet ad ipsum Reuerendum Patrem Generalem, aut solùm ad Romanum Pontificem? Et nunc à Conuentualibus electis interim dum lis durat competat manutentionis jus: & ibi multos DD. refert.

CAPVT XCIII.

Vtrum Nuntius Apostolicus possit exequi literas Apostolicas in prima instantias directas Archiepiscopo, aut Episcopo ordinario, siue in forma gratiosa, siue in forma dignum, seu dispensationis.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Nuntius possit exequi literas Apostolicas in prima instantia.*

DE hac materia diximus circa similes commissiones *forens. resolut. cap.18.* & vltra ea aduertendum est, quod quædam commissiones sunt, quæ de stylo Romanæ Curiæ solùm fiunt, & dirigi solent Ordinariis, non aliis, vt gratiæ in forma dignum, iuxta constitutionem Pij V. 1602. & dispensationes matrimoniales, iuxta Sanctum Concilium Tridentinum *de reformatione cap.5.* & aliæ dispensationes, & absolutiones, & monitoriales, & causarum criminalium commissiones, iuxta Concil. *sess.13. de reform. cap.2.* Garcia *de benefic. 6. part. cap.2. num.58.* 1

Aliæ sunt commissiones, quæ non solùm fiunt, & dirigi solent Ordinariis, sed etiam aliis personis in dignitate constitutis, vt exequutiones gratiarum beneficiorum in forma gratiosa, aut in forma commissaria, non tamen in forma dignum; & exequutiones pensionum, & delegationes causarum, & litium, proue testatur Garcia *vbi proximè*, & ibi *sub dict. num.58. vers. Sed restat*, latè examinat quæstionem, & pro vtraque parte refert multos DD. & tenet Nuntium non potuisse, nec posse 2

nec

nec per se, nec per alium exequi, & expedire dictas literas, nec se in iis intromittere, quia commissio, & literæ de eo non cantant: & ex capite 2. *de offic. Legat.* vbi quod in causa specialiter delegata à Papa Legatus se intromittere non potest: & ibi Glossa, & Abbas, & alij, & Sahagun *de offic. Legat.*

3 Et idem Garcia ibi, *& vers.* *Et tandem*, respondet ad contraria, & est videndus de hac materia, & etiam Leo *in thesaur. fori Ecclesiæ*, *cap.* 22. *num.* 60. 61. *&* 62.

CAPVT XCIV.

Vtrum si familiares Legati à latere, exempti, aut Nuntij delinquant in beneficio aut officio, aut in aliqua materia, possint conueniri, aut puniri ab Archiepiscopo, aut Episcopo, etiam contradicente Legato à latere, aut Nuntio; & an gaudeant eorum priuilegio.

SVMMARIVM.

5 *Legatus à latere potest plus contra exemptos quàm Archiepiscopus aut Episcopus.*

2 *Non obstante contradictione Nuntij aut Legati à latere, si aliquem Religiosum, aliumve exemptum à jurisdictione Ordinarij prouideri contingat de aliquo beneficio curam animarum habente, aliudve ad munus vel administrationem aliàs non exemptus promoueatur, Ordinario, eiusve iurisdictioni subest, itavt nullo exemptionis priuilegio vti valeat contra eum quoad negotia administrationem tangentia.*

Religiosus vel alius exemptus promotus ad Parochialem non subiectam Prælato Monasterij eximitur à Prælati potestate, & subintrat iurisdictionem Ordinarij respectu Parochialis, ibid.

3 *Ad omnia spectantia beneficium non exemptum omnes exempti etiam familiares Nuntij vel Legatorum à latere Cardinalium subsunt iurisdictioni Ordinarij, etsi sit familiaris Papæ.*

Nisi possessio beneficij nondum plenè sit quæsita exempto, ibid.

4 *Et quid in aliis criminibus perpetratis à familiaribus Nuntij, aut Legati Summi Pontificis, aut aliorum Legatorum; & à quibus possint puniri*, remissiuè.

5 *Exemptus rei non exemptæ ratione Ordinario subest quandiu in eius administratione degit.*

6 *Commissio, aut inhibitio obtenta à Nuntio aut Legato ad hoc vt Archiepiscopus, aut Episcopus non procedat contra exemptum ratione beneficij, non est obseruanda ab Ordinario.*

ICET Legatus à latere possit plus contra exemptos, quàm Archiepiscopus, aut Episcopus, vt tenet Fr. Emanuel Rodrig. *tom.* 1. *quæst. Regular. quæst.* 63. *art.* 11. *colum.* 2. quia est eorum Prælatus, vt diximus *cap.* 87. *num.* 1. *& seqq.* 1

Nihilominus tamen non obstante contradictione Nuntij, aut Legati à latere, si aliquem Religiosum, aliumve exemptum à iurisdictione Ordinarij prouideri contingat de aliquo beneficio curam animarum habente, aliudve ad munus, vel administrationem aliàs non exemptus promoueatur, Ordinario, eiusve iurisdictioni suberit, itavt nullo exemptionis priuilegio vti valeat contra eum quoad negotia administrationem tangentia omninò separatam à causa priuilegij, & exemptionis: probat textus elegans *in cap. Cùm capella* 26. *in ordine*, *de priuileg.* ex quo præseruatur Ordinario iurisdictio in exemptos, vt eâ liberè queat vti in his, quæ tangunt administrationem Parochialis Ecclesiæ aliàs non exemptæ, quantumvis per exemptum possessæ: quod probat expressè Gloss. *in verb. Ad claustrum*, *in clementin.* 1. §. *ad hæc*, *de statu Monachor.* ex qua communiter notant DD. quod Religiosus promotus ad beneficium Parochiale, si Ecclesia illa nullatenus subjiciatur Prælatis monasterij, eximitur ille ab obedientia, & potestate Prælati & monasterij regularis, & incipit subjectus esse imperio & iurisdictioni Ordinarij, cui illa subest Ecclesia, vt per Nanar. *commentar.* 2. *de regularib. num.* 6. Rodrig. *quæstion. regular. tom.* 1. *quæst.* 34. *art.* 6. *&* 7. Augnst. Barbos. *in collectan. ad dict. Clementin.* 1. *num.* 10. Sanch. *in præcepta Decalog. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 36. Moneta *de Conseruatorib. cap.* 6. *num.* 51. *& cap.* 7. *num.* 262. quibus locis plures Constitutiones Pontificales & decreta Concilij Tridentini ponderat in proposito. 2

Et erga ea omnia, quæ spectant ad beneficia non exempta, omnes exempti, etsi sint familiares Nuntij aut Legatorum 3

à latere, ac Cardinalium, subsunt iurisdictioni Ordinarij: probant Nauarr. *conf.* 9. *de iureiurand.* Zerol. *in praxi Episcopal.* 1. *p. verb. Exemptio, num.* 2. *&* 4. Abbas *in cap. Dilecti fily, num.* 9. *vers. Nota, de for. comp.* vbi explicat tam in familiari Papæ, quàm in quouis alio exempto, vt ratione beneficiorum possit conueniri coram Ordinario Episcopo; & Calderin. *cons.* 13. *& cons.* 4. vbi declarat limitans si possessio officij, seu beneficij nondum plenè esset acquisita exempto: sequitur Kochier *de iurisdict. in exemptos* 2. *part. quæst.* 45. *sub num.* 66. *&* 67.

4 Et quid in aliis criminibus perpetratis à familiaribus Nuntij, aut Legati Summi Pontificis, aut aliorum Legatorum, & à quibus possint puniri, tradit ex Diana 6. *p. tract.* 8. Miscellan. *resolut.* 2. Lusitanus noster Fr. Ludouicus à Conceptione *examin. veritatis Theologiæ moralis part.* 2. *tract.* 1. *§.* 9. *lit. L. verb. Legatus Principis, illat.* 1. eleganter exornat doctissimus Salzed. *in theatr. honor. gloss.* 28. *per tot.* Ord. nostra Lusitana *lib.* 3. *tit.* 3. vbi latè dicemus: latè Fermosin. *in cap. fin. de foro compet. quæst.* 1. *& seqq.* vbi omnes quæstiones tradit circa Legatos, & *quæst.* 29. in specie.

5 Atque generaliter ratione officij exemptus subiectus est Ordinarij iurisdictioni; nam ratione rei non exemptæ, veluti si quis exemptus assumatur ad regimen loci non exempti, exemptus fit non exemptus, qui quidem tandiu subest Ordinario, quandiu ibi degit, ex dicto textu *in cap. Cùm Capella,* vbi DD. *de priuilegiis,* Capyc. *decis.* 59. *num.* 5. Kochier *de iurisdict. in exemptos* 2. *part. cap.* 45. *num.* 6. *& numer.* 54. *&* 55.

6 Quare si exemptus à iurisdictione Ordinarij promotus fuerit ad officium seu beneficium non exemptum, eius respectu & contemplatione indubiè Ordinarius erit Iudex competens, cuius iurisdictioni subiectus erit; atque ideò si commissio impetretur à Nuntio, aut Legato cum inhibitione ad hoc vt Archiepiscopus, aut Episcopus contra exemptum non procedat, in hoc casu poterit procedere contra exemptum, non obstante inhibitione, aut contradictione Nuntij, aut Legati fundata in familiaritatis priuilegio, ex dictis, & ex decreto Sacrosancti Concilij Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 11. ibi: *Quæ verò priuilegia residentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ Constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent, ea in his locis, quibus beneficia ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè intelligantur, sed Ordinarij iurisdictioni subiecti permaneant, non obstantibus quibuscunque inhibitionibus.*

Aliud est etiam decretum Tridentini *sess.* 25. *de Regularib. cap.* 11. quod quidem decretum clarè patet, vt respectu beneficiorum Ordinarij iurisdictioni subsint Exempti, minimè contradictione, aut inhibitione aliqua obstante, vt etiam exornat Barbos. *ibi*, & eleganter Rota apud Seraphin. *decis.* 595. 7

CAPVT XCV.

Vtrum, & quando exspiret iurisdictio Legatorum, aut Nuntiorum, ita vt contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo non possint prouidere beneficia, nec vti suis facultatibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatio quomodo diuidatur.*

2 *Legati officium quando cesset:* & num. 3. 4. & 5.

Egatió finitur quatuor modis enumeratis à Glossa *verbo Finitur, in cap. Præsenti, de offic. Legati, lib.* 6. Primò, finito tempore constituto, si ad certum tempus fuerat destinata. Secundò, morte ipsius Legati. Tertiò, quando Papa Legatum reuocat. Quartò, quando Legatus Prouinciam sibi demandatam egreditur animo, & voluntate nunquam redeundi ad legationem, quando scilicet facultatem habet à Papa Legationem finiendi, vt refert Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 32. *quæst.* 10. Cæsar 1. *part. disp.* 3. *§.* 2. *num.* 52. vbi intelligit de officio legationis personali; additque eum Gloss. *verb. Finitur, in cap.* 3. *de offic. Legati, lib.* 6. legationis officium reale, scilicet annexum dignitati, vt in Legato nato, nunquam exspirare, etiam deficiente persona, cùm conseruetur in dignitate. Ita tenet Aug. Barbos. *de iure ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 88. 1

Ideoque nec per mortem ipsius Papæ exspirat iurisdictio Legatorum, nisi aliqua ex prædictis causis suprà & infrà relatis accesserit, *cap. Legatus* 2. *de offic. Legati, lib.* 6. Barb. *vbi suprà, n.* 90. & ideo benè potest prouidere, & vti facultatibus, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo. Fermosin. *cap. Tua nobis, de offic. Vicar. q.* 5. *n.* 46. 2

Et

3 Et licèt non censeatur Papa reuocare primum Legatum eo ipso quod creat secundum, sicut resoluunt Gambar. *de offic. & potest. Legati à latere lib.9.num.13.* Azor *dict. cap.32. quaest.11.* vbi *quaest.13.* resoluit legationem non finiri Legato furioso facto, quamuis reuocetur ob furoris euentum, provt testatur idem Barbos. *dict. cap.5. num.85.*

4 Attamen si Legatus, aut Nuntius agnouerit sibi datum esse successorem, etiamsi ille adhuc non sit ingressus Prouinciam, potest, & non potest facere ea, quae refert Solorzan. *de iure Indiar. 2. tom. lib.4. cap. 11. num. 4. & seqq.* vbi multos refert, eleganterque exornat, & omnia tradit circa propositae quaestionis explicationem, & est omninò videndus.

5 Maximè si sit transactum biennium, per cuius spatij transitum potest credere vacasse officium legationis, *ex l. 2. Cod. de munerib. lib. 10.* Fermosin. *ad rubric. de elect. quaest.11. num.25.*

CAPVT XCVI.

Vtrum si Archiepiscopus, aut Episcopus, aut Princeps aliquid donauerit, aut dederit Legato, aut Nuntio, iste talis quod ei datum fuerit teneatur restituere Papae, & quod sibi datum est contemplatione mittentis, & ad hoc possit obligari ab Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum si Archiepiscopus, aut Episcopus, aut Princeps aliquid donauerit Legato, aut dederit, pertineat ad illum, aut Papam.*

1 EGATIVE resoluenda est quaestio ex Baldo *in l. Qui meo, §. 1. ff. pro socio*, vbi inquit quod Legatus missus ab vno Principe ad alium, non tenetur restituere Principi suo quod sibi datum est ab eo, ad quem mittitur, etiamsi vt solet, datum sit contemplatione mittentis, quia causa proxima videtur esse ipsa vtilitas, & commodum Legati: quod etiam tenet Glossa, Abbas, & DD. *in l. qui proprio, ff. de procuratoribus:* & ita tenet Bald. Tiraquel. Alciat. Palac. Azeued. quos refert & sequitur Solorzan. *de iure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 8. num.73. 74. & 75.*

CAPVT XCVIII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit concedere indulgentias in sua Prouincia, etiam contradicente Archiepiscopo aut Episcopo, & vsque ad quod tempus durent.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest concedere indulgentias per totam suam Prouinciam, & quomodo.*

2 *Et quid in Episcopo.*

3 *Legatus de latere an possit concedere indulgentias in Prouincia sibi commissa, & vsque ad quod tempus:* & num. 4. & 5.

ICET Archiepiscopus possit concedere indulgentias per totam suam Prouinciam, quamuis non sit in actu visitationis, dummodo tempus statutum Concilij non excedat, vt habetur *in cap. Nostra, de poenitentia & remissione*, Bonacin. *de Sacrament. disp.6. de indulgentiis, quaest.1. punct.3. num. 2.* Barbos. *de potest. Episcopi 1. part. tit.4.* & *alleg. 88. num.15.* Alzed. *de praecellentia Episcopi part. 2. cap. 3. num.29.* Lauorio *de indulgentiis part. 2. cap. 11. num. 28.* Corona *de potest. Episcop. tract. 2. cap. 20. num.3.* 1

Et eodem modo Episcopus, ex textu *in cap. Cum eo*, & *in cap. Nostro, de poenitentiis & remissionibus, cap. Accedentibus, de excessibus Praelatorum*, Corona *dict. cap.20. num.4. & seqq.* vbi eleganter exornat, & alia tradit circa materiam, & §.1. vbi de aliis qui possunt conferre indulgentias. 2

Attamen contradicente etiam Archiepiscopo, aut Episcopo potest Legatus de latere indulgentias concedere in Prouincia sibi commissa, quamuis non sit Presbyter, vt tenet Gambar. & Lauor. quos refert August. Barbos. *de iure ecclesiastic. lib.1. cap. 5. num.85.* & vltra eos Sanch. *in summa, lib.6. cap.25.* Felin. apud Henriq. *lib. 7. de indulgentiis, cap. 32. num. 1.* Amicus *disp.20. de indulgentiis, sect.6. num. 119.* 3

Corona

Corona *dict. cap.*20. §.1. *num.*4. *vers. Contrariam*, de qua re Fragos. *de regim. Reip. part.*2. *lib.*4. *disp.*10. §.6. *per tot.*

4 Quamuis alij dicant, quod Legatus Apostolicus potestate ordinaria non potest concedere indulgentias: ita Bellarmin. *lib. de indulgentiis*, *cap.* 11. Suar. *disput.* 55. *num.* 22. quos refert Corona *vbi suprà*, ex eo quia nullo iure hæc potestas conceditur nisi Archiepiscopis aut Episcopis.

5 Et quamuis in indulgentiis concedendis decerет vt non excederent numerum quadraginta dierum, quia is numerus taxatus est in Concilio, *de quo in cap. ex eo, De pœnitentiis & remissionibus*, & præcipitur *in cap. vltimo*, *eod. tit. in* 6. ne alius quàm Papa conferat indulgentias plurium dierum, quàm quadraginta; tamen de consuetudine est receptum, vt Cardinales Legati à latere possint concedere indulgentias centum dierum, vt ex Gambar. & Lauor. tradit Barbos. *dict. cap.*5. *num.*85. *&* 86. vbi etiam quod huiusmodi indulgentiæ à Legato concessæ sunt perpetuæ, & durant legatione finitâ, etiam post mortem concedentis. Frances *de Eccles. Cathedralib. c.*30. *n.*37. vbi quod Legatus de latere non potest concedere indulgentiam quando requirenda est à Papa.

CAPVT XCVIII.

Vtrum Episcopus captus ab hostibus maneat seruus, & eius jurisdictio jure proprio pertineat ad Archiepiscopum, Capitulumve; an verò ad Nuntium cum potestate Legati à latere præsentem, Archiepiscopo contradicente, & Nuntio aut Legato à latere affirmante; an verò ad Pontificiam Majestatem; & restituto eo, aut alio capto, aut cessante bello[1], quid recuperet: & de iuris postliminij fictione, tam quoad ipsum, quàm quoad alios.

SVMMARIVM.

1 *Commendatur vtilitas capitis istius.*
2 *Captus ab hostibus illorum fit seruus; & qua amittat*, num.3. & 4.
5 *Omnes iure naturali liberi nascuntur. Iura naturalia sunt immutabilia*, ibid.
7 *Ratio naturalis seruitutes introduxit:* & num.8. & 9. *& dominia eorumque distinctiones*, num.10. & 11.
12 *Seruus etiam iubente domino potest nolle adire hæreditatem*, & n.13.
14 *Quæ libertas perdatur per seruitutem.*
15 *Qua ratione fuit postliminium introductum.*
16 *Etymologia postliminij:* & num.17.
18 *Ex quo iure proueniat:* & num.19.
21 *Nostrum facimus, cui aliquid addimus, vel detrahimus.*
22 *Quando quis dicatur reuersus ab hostibus.*
23 *Quid per postliminium recuperetur, & qua actione*, num.24.
25 *Et qua mente venire debeat reuersus, vt postliminio fruatur:* & num.26. & 27.
29 *Quæ personæ eo potiantur*, num. 28. *& quæ eo careant*, num.30. & 31.
32 *Interpretatur textus* in l. Eos, 4. ff. de captiu. & num. 33. 34. 35. & 36. *& rursus* num. 38. *&* in l. vlt. ff. de legationibus, num.37.
39 *An locum habeat postliminium in bello, & in pace:* & num. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. & 53.
54 *Interpretatur textus* in l. non redemptam 5. Cod. de postlimin. reuersis. dict. num.53. *qui essent Ciues Romani.*
55 *Hostes populi Romani vocabantur Barbari.*
56 *Interpretatur textus* in l. in bello 12. in princip. ff. de captiu. & n.57. 58. 59.
60 *Publica vtilitate introducta non possunt pactis derogari.*
61 *Conuentio causâ pacis facta dicitur publica:* & num.62.
63 *Transfugis postliminium dignatur*, & num.66.
64 *Quid sit transfuga:* & num.65.
68 *Interpretatur textus* in l. Transfugam 51. ff. de acquir. rer. domin. & num.68. 69. 74. 75. 76.
70 *Pœna transfugæ imposita*, n.71. 72. 73.
77 *Interpretatur textus* in l. postliminium 19. §. Filius quoque, ff. de captiu. num.78. 81. 83. 84. & 85.
79 *Seruus nullum caput habet:* & num.80.
86 *Postliminium denegatur eis, qui voluntariè remanent apud hostes:* & numer.87. & 88.
89 *An detur fœderatis; & interpretatur textus* in l. non dubito 7. ff. de captiu. & num.90. 91. & 92. 93. & 94.
90 *In Ciuilibus dissensionibus non datur postliminium*, num. 95. *vide rationem*, & num.97. & 98.

99 *Miles*

99 *Miles reuersus an potiatur stipendiis*, & num.100.

101 *Interpretatur lex* 1. Cod. de re militari, lib.12. & n.105.

102 *Quis dicatur desertor miles.*

103 *Miles captus dum vagatur, potest restitui.*

104 *Quid ad stipendia.*

106 *Quid sit, si casu capiatur.*

107 *Episcopus à paganis, vel schismaticis captus non efficitur seruus capientium.*

108 *Nec instituitur alius in locum ipsius, sed capitulum administrat ad tempus.*

109 *Episcopo ab hostibus capto, jurisdictio jure proprio non pertinet ad Archiepiscopum, aut Nuntium cum potestate Legati à latere, sed ad summum Pontificem.*

110 *Episcopus ab hostibus expulsus, aut in alia Ecclesia intitulatus, cessante hostilitate restituendus est primæ Ecclesiæ; & qui medio tempore fuit substitutus debet dimittere.*

111 *Episcopus Ciuitatis ab hostibus captiuæ alteri Ecclesiæ est præficiendus.*

112 *Archiepiscopatus, aut Episcopatus restauratus restituitur antiquo Archiepiscopo, aut Episcopo, quando ab hostibus fuit recuperatus.*

113 *Etiam restituuntur antiquis possessoribus bona immobilia ex jure postliminij.*

114 *Et an teneantur expensas factas à recuperante restituere.*

115 *Et quid in mobilibus prædis, nauibus captis in bellis justis, aut in injustis recuperatis.*

116 *Postliminio reuersis secundùm leges datur actio rescissoria intra quadriennium, sed secundùm canones recuperant omnia, non obstante quocunque temporis cursu.*

117 *Postliminij jus secundùm canones locum non habet quantùm ad hoc, vt Christiani serui efficiantur capientium; sed benè quantum ad hoc, vt reuersi omnia recuperent.*

118 *Postliminio carent, qui armis victi se turpiter dediderunt.*

119 *Postliminij jus non habet locum in officiis minoribus Regularium, sed benè in Prælaturis electiuis, etiamsi non sint perpetuæ, sed ad certum tempus.*

120 *Postliminio reuersus statum recuperat pristinum, & munera etiam ciuilia, & cuncta ei incolumia seruantur.*

121 *Postliminium duo habet capita; alterum fundatur super veritate, alterum super fictione.*

122 *Tutor si sit captus ab hostibus, desinit esse tutor; sed reuersus recipit tutelam jure postliminij.*

123 *De captiuitate clerico redeunti ad Ecclesiam debet ipsa restitui quantocumquè tempore detentus fuerit.*

Captiuorum calamitati est miserendum, ibid.

124 *De Ecclesiis Cathedralibus captiuis in manibus infidelium, siue ab hostibus detentis, & quando dicantur captiuæ; & de multis aliis circa materiam, & quomodo debeant recuperari.*

NTEQVAM ad principalem quæstionis resolutionem practicè deueniamus, multa hìc sunt tractanda, non minùs curiosa, quàm subtilia, valdeque necessaria non solum illis, qui adhuc in scholis nostræ Iurisprudentiæ operam nauant, verùm omnibus in foro versantibus: non enim pragmatici benè possunt quæstiones in foro occurrentes discutere, veréque dilucidare, & resoluere, nisi sciant quid circa eas sit speculatiuè dicendum, vt sic in praxi dirigant quæ in scholis gustarunt. 1

Est igitur constituendum, attento juris rigore, captum ab hostibus bello justo, prout Nos *tom.4. in com. ad Ord. pag.* 484. *c.*56.eo modo de quo illic, & *c.*55.*pag.*484. explicauimus, seruum hostium fieri, *l.Libertates* 4. *ff.de stat. homin. l.hostes* 14. *in fine, ff.de captiu.* §.*Ius autem, Inst.de jur. natur.* §.*Serui autem, Inst.de jur. personar.* ac proinde libertatem ciuitatemque Romanam amittere, *l. ei qui filium* 6. §. *irritum* 5.*ff.de injust. rupt. l.*3. §.1.*in fine, ff.de verbor. significat.* ac per consequens cuncta quæ à jure ciuili oriuntur, *l. quod attinet* 32.*ff.de reg. jur.* Nam licèt jure naturali omnes homines ab initio labori nascerentur, *dict. l. Quod attinet, in fine, l. manumissiones* 4.*ff.de just. & jur.* §. *Ius autem gentium, Inst. de jur. natural.* probatque latè Cicer. *de legib. lib.*1. & naturalia jura immutabilia sint; §. *Sed naturalia, Inst. de jur. natural.* & homines quorum gratiâ natura vniuersa comparauit, hominibus seruire abhorrere videatur; eadem tamen ratio naturalis, quæ jura gentium constituit, bella quoque, & seruitutes introduxit, *l. ex hoc jure*, 5. *ff.de just. & jur.* cui vltra repetentes, & maximè Ægid. adde Donel. *lib.* 1. *comment. cap.* 7. *vers. Et vt dixi*, & *cap.* 12. *vers. Sed videamus*: Anton. Fab. *in Pup. tit.* 2. *princip.* 4. *ferè per totum*: & maximè *tom.* 2. *& in Rat. ad eundem textum.* 2 3 4 5 6 7 8

9 Nam hominum crescente malitiâ ad exercendam humanam improbitatem bello, captiuitate, & seruitute, euasit eadem ratio: similiter atque cùm jure naturali primo illo, & aureo (vt Ethinici vocabant) sæculo communia essent omnia, posterioribus ex postfacto temporibus jus gentium ex naturali ratione dominia, eorumque
10 distinctiones constituit, *dict. l. ex hoc jure*; quia communio vitiatæ naturæ non conueniebat. Vnde eadem ratio, quæ bella permisit, seruitutem constitui iussit:
11 suntque in hanc sententiam præclara Diui Augustini verba *de ciuit. Dei lib.* 19. *cap.* 15. dum ait: *Conditio seruitutis jure intelligitur imposita peccatori. Nomen itaque istud culpa meruit, non natura.* Et deinde subdit: *Nullius autem natura, in qua priùs Deus hominem condidit, seruus est hominis, verùm pœnalis seruitus ex lege ordinatur, quæ naturalem ordinem conseruare iubet, perturbari vetat. Quia si contra illam legem non esset factum, nihil esset pœnali seruitute exercendum. Scire tamen oportet hanc personarum seruitutem tollere quidem libertatem, sed non illam naturalem, quæ in faciendo consistit; nam seruus, licèt maximè jubeat dominus, potest nolle adire hare-*
12 *ditatem*, *l.Cùm proponas* 3. *Cod. de heredib. instit. ad cujus elegantem speciem adde Socin. reg.* 178. *incipit: Substitutio, Cuiac. lib.*17.
13 *obseru. cap.*21. *sed illam, quæ ad juris effectum est comparata, l. sunt quidam* 17. *ff.de pœn.* Prosequitur Ayal. *de jur. abol. lib.*1. *cap.*5. *num.*17.

Sed cùm eueniret, vt sæpe Cives Ro-
14 mani, dum gloriæ cupidi in fortissimos hostes irrumperent fortiter dimicantes, multitudine tamen numerosa oppressi caperentur, ne his non minùs honesta captiuitas foret, quàm si hostium impetu fugato incolumes ad suos reuersi fuissent, vel pro Republica in ipsa cecidissent acie, neque eis esset luctuosum si rebus, quas anteà possidebant, per superuenientem seruitutem, quam Reipublicæ causâ subierant, se spoliatos viderent, æquitas naturalis suasit, vt tanto malo remedium
15 adhiberetur, quo se suaque in pristinum statum reciperent, ne aliàs etiam metu damnorum quæ incidens captiuitas esset allatura, ciues ad bellum minùs alacriter accingerentur, quæ fuit ratio postliminij moribus, ac legibus introducendi, quo hæc omnia ciuibus ab hostibus reuersis indulgentur, *l.Postliminium* 19.*ff.de captiu.* eiuus
16 etymologiam refert Iustinian. *in §.Si ab hostibus* 5. *Inst. quib.mod.jus patr.potest.soluit.* aitque dictum esse à limine, & post. Nam

limina sicut in domo finem quandam faciunt, sic & Imperij finem limen esse veteres, inquit, voluerunt. Cumque limen sit quasi finis quidam, & terminus, ab eo postliminium dictum est, quia reuertitur quis ad ipsum illud limen, quod amiserat. Quamuis non desint, qui putent in 17
hoc nomine, *postliminium*, posteriores quatuor syllabas nihil aliud esse, nisi verbi productionem, ex Seruij sententia relata *in Topic.* à Cicerone, & à Cujac. *lib.*3. *obseru. cap.*4. notauitque Fab. *in Iurisprud. tit.*11. *princip.*7. *in princip.* Hugo Grot. *de jur. belli lib.*3.*cap.*9. *num.*1. Prouenit autem, 18
ac descendit postliminium ex jure gentium, *dict. l.postliminium* 19.*ff.de captiu.cap. Ius gentium* 9. *distinct.*1. de quo Capyc. Ga-
leot. *alleg. fisc.* 13. Sed quia conditiones 19
quædam eius concedendi, propriæ populi
Romani sunt, meritò definitur *in d.l.Post-* 20
liminium 19. quod sit jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos, ac liberos populos, Regesque moribus ac legibus constitutum; quia cùm aliquid addimus, vel detrahimus juri communi, jus proprium, id est ciuile facimus, *l.jus ciuile* 6. *ff.de iust.& jur.* notauit rectè Valentia *lib.*1. *Illustr.tr.*3. 21
*cap.*7. *in princip.* de quo Prosper Fagn. *in cap. per tuas, de simon. num.*35.

Reuersis igitur ab hostibus, quod tunc 22
intelligitur, vbi fines nostros intrauerint, vel si in ciuitatem sociam, amicamve, aut ad Regem socium, vel amicum venerint, & vbi primùm nomine publico tuti esse incipiunt, *l.postliminij* 5.*§.*1.*l.postliminium* 19. *§.*3. *ff.de captiu.* quæcunque per captiuitatem jura amiserant postliminio restituebantur, *l. ab hostibus* 15. *ff.ex quib. caus. major.* 23
l.in bello 12.*§.cætera* 6. *dict. l.postliminium* 19. *ff.de captiu.* actione directa, vel vtili, iuxta distinctionem textus *in l. Ab hostibus* 18. 24
Cod. de postlimin. reuers. retroque in ciuitate fuisse creduntur, *l. retrò* 16. *ff. eodem*; dum tamen ea mente venerint, vt ani- 25
mum ad hostes reuertendi non haberent, sed in ciuitate manendi, quoniam satis non erat domum corpore quem redire, si mente alienus esset, *l.nihil interest* 26. *ff.de captiu.* nisi seruus sit, *l.in bello* 12.*§.manu-* 26
mittendo 9.*ff.de captiu.* cui addendus est Cujac. *lib.*11. *obseru.c.*23. vnde meritò Aquilio Regulo, quem juratum Carthaginenses Romam miserunt, postliminium datum non fuisse respondetur *in l. postliminij* 5. 27
§.vltim. ff.de captiu. Sed licèt non soli postliminio recipentur, qui pugnare poterant, sed omnes homines, immò personæ cuiuscunque sexus, conditionisve,

vt

28 vt eleganter docet Paul. *in dict. l. postlimi-*
nium 19. §. *final.* quia tamen in hac fictione,
& alia legis Corneliæ, de qua infrà, famæ
strenuorum militum, & bonis fuerat pro-
spectum, rectè Consultus docet *in l. postli-*
29 *minio* 17. *ff. de captiu.* postliminio carere,
qui armis victi hostibus se dederunt; vn-
de vt militibus postliminium concedere-
tur, se bello captos fuisse docere debebant,
l. non omnes, §. *à Barbaris*, *ff. de re militari*;
30 insitum namque erat Romano militi aut
vincere, aut mori, vt ex Liuio *lib.* 32. Cicer.
lib. 3. *offic.* probat latiùs Ayala *vbi suprà*,
31 *lib.* 3. *cap.* 15. prosequitur optimè Valenc.
lib. 1. *tract.* 3. *cap.* 6. *à num.* 1. Hug. Grot. *vbi*
suprà, *n.* 8. de quo Galeot. *respons. fisc.* 13.

32 Neque supradictis aduersatur textus *in*
l. eos 4. *ff. de captiu.* in illis verbis: *Vel hostibus*
deduntur. Quibus Modestin. nullam consti-
tuere videtur differentiam inter eos, qui ab
hostibus capti sunt, & qui illis se dederunt;
vtrosque enim docere videtur antiquitus
placuisse postliminij jure reuerti. Quippe
notandum est, Remp. Roman. solitam esse
dare hostibus illos, qui Legatos hostium
contra ius gentium pulsassent; Sanctos
enim, idest inuiolabiles constabat esse Le-
33 gatos, *l. sanctum* 8. *ff. de rer. diuis.* vel qui
fœdus aliquod pepigerant, quod vt igno-
miniosum S. P. Q. R. non probabat: vt
enim se iurisiurandi, & fidei seruandæ re-
ligione solueret, & vt scelere impio esset so-
lutus, possetque justum hostibus bellum
inferre, priùs Duces authores illius fœderis
34 hostibus tradebat, vt in Titio Vitiatio, &
Spurio Posthumio factum legitur apud Ti-
tum Liuium *lib.* 1. *decad.* 1. & in Hostilio
Mancino pacis cùm nostris Numantinis ju-
ratæ authore, *l. vlt. ff. de legationib.* Flor. *lib.* 1.
cap. 18. ibi: *Sed non minùs Numantini, quàm*
Caudini illius fœderis flagrans ignominiâ, ac
pudore populus Romanus dedecus quidem præ-
sentis flagitij deditione Mancini expiauit.
35 Eutrop. *Roman. histor. lib.* 4. De his igitur
personis loquitur textus *in dict. l. eos* 4. *ff. de*
captiu. non de illis, qui victis armis hosti-
bus se dederunt. De illis ergo docet Mode-
stin. postliminij jure reuerti, videlicet si ab
36 hostibus, quibus dediti erant, dimitteren-
tur, in quo ab alio captiuorum genere dif-
ferebant, cùm deditio fieret à populo, non
solùm vt ciuitate dedecus expelleretur, sed
etiam serui efficerentur hostium quamdiu
ipsis placuisset, vt optimè & acutè tradit
Ant. Fab. *in Pap. tit.* 11. *princ.* 8. *illat.* 1. tradit-
que etiam Valenc. *d. c.* 6. *à n.* 3. Galeot. *sup.*

Sed quia aliquando eueniebat, vt dediti
hostibus ab hostibus non reciperentur, tra-
37 ctatum fuit propter Mancin. *in l. vlt. ff. de*
legationib. an scilicet qui recepti non fo-
rent, postliminium essent habituri? Res-
ponsumque extitit, non habere; quâ ra-
tione necessaria lex fuit, quâ Mancinus in
ciuitatem restitueretur. Neque enim fieri
potest; vt postliminio reuersus videatur is,
qui nunquam in hostium potestate, neque
eorum seruus fuit; neque rursus vt is, qui
semel ciuitate expulsus est, eam sine priui-
legio alicuius restitutionis reciperet: & in
contrario casu, cùm videlicet is, qui hosti-
bus deditus, & ab illis reuersus, in ciuitate
reuersus non est, idem dicendum existi-
marunt Brut. & Scæuol. *in dict. l. eos* 4. *ff. de*
captiu. quia cùm postliminium fingat re- 38
uersum retrò in ciuitate fuisse, *d. l. retro* 16.
ff. de captiu. & priùs sit esse admissum quàm
reuersum, non potest intelligi reuersus qui
admissus non est: & sic procedit in distin-
ctis speciebus textus *in dict. l. vlt. ff. de captiu.*
vt videlicet illa tractet de dedito hosti, &
ab hoste non recepto; hæc verò de dedi-
to hosti & ab eo remisso, à nobis tamen
non recepto. Facit optimè prædictarum
legum interpretatio, deletâ emendatione
Fabri *in d. illat.* 1. qui *in d. l. eos* 4. loco illius
verbi, *à nobis*, reponit, *nec ab eis*: quod
etiam vidit ante nos Valenc. *in d. c.* 6. *n.* 6.

Sed vt omnes ignauiæ aditus reclude-
rentur, existimauit Valenc. *dict. cap.* 6. *à*
num. 7. etiam olim receptum fuisse, vt in 39
bello capti ciues, in bello tantùm, non in
pace postliminij jure fruerentur, authori-
tate textus *in l. in bello* 12. *in princip. ff. de cap-* 40
tiu. ibi: *Quia spem redeundi ciuibus in virtu-*
te bellica magis quàm in pace Romani esse vo-
luerunt: vt scirent milites, si ab hostibus
caperentur, non aliter ad suos reuerti pos-
se, & jus ciuium, quod captiuitate amise-
rant, recuperare, quàm bello, & sangui-
ne; nec alio pretio ciuitatem consequi,
quàm eorumdem à quibus capti fuerant
hostium spoliis. Ideoque si aliquando vi-
ctor hostis captiuos remitteret, non antea
eos ciuitate dignos fuisse autumat, quàm
bello, & pugnâ notorum ex hostium exer-
citu virorum spolia reportassent: ad quod
adducit probandum Eutropij verba *lib.* 2. 41
necnon Horatij carmina *lib.* 3. *od.* 5. ad id
alludentia. Itaque existimat Valenc. *num* 8.
in bello generaliter fuisse postliminium;
in pace aute his, qui in bello capti 42
erant non aliter competiisse, quàm si id
in pactis fuisset comprehensum: & ita le-
gendum opinatur textus *in dict. l. in bello*,
vt loco illius verbi, *nihil in pactis*; repona-
tur, *id in pactis*, cum Cuiacio *lib.* 19. *ob-* 43
seruat. cap 7. Anton. Fab. *lib.* 11. *princip.* 8. *il-*
lat. 5. probantibus eandem emendationem

Petro Fabr. *lib.2. semestr. cap.7.* Verùm his,
qui in pace peruenerunt ad hostes, quam-
44 uis bello subitò exorto eorum serui efficerentur,
rentur, apud quos vt hostes iam depre-
henderentur, tam in pace, quàm in bello
erat postliminium, nisi contrarium fœde-
re esset factum: & sic expendit, & intel-
45 ligit vltimum versiculum ejusdem textus,
explosa hac in parte emendatione Anto-
nij Fabri, qui *in dict. illat.5.* totum illum
versiculum postremum ab illis verbis, *qui-
bus jus postliminij est*, ense rescindendum
esse existimauit. Eamque rationem diffe-
rentiæ assignat, quia licèt videretur dicen-
dum, eos qui in pace apud hostes depre-
henduntur, melioris conditionis esse non
46 debere, quàm qui in bello pro Republica
militantes capti sunt, ideoque vel illis in
pace postliminium denegandum, vel his
etiam sine bello concedendum; tamen in
illis, qui in pace capti erant, nulla culpa,
aut ignauia obiici poterat, cùm eorum
captiuitati perfidia hostium, aut aliud il-
lorum factum causam dedisset: nullâ igi-
tur timiditatis maculâ apparente, nihil
mirum si nec bellum, nec sanguis ad eam
abluendam requireretur. Quæ ratio cùm
cessasset in bello captis, requirebatur ex
eo belli fragor, & sanguinis inundatio,
spoliorumque reportatio ad abstergen-
dam, abluendam, atque compensandam
illorum ignauiam. Ita præfatus sapientissi-
mus vir.

Sed licèt hic explicandi modus aures
demulceat, non possum tamen ei assenti-
re: & pro regula absolutè constituo post-
liminium competere aut in bello, aut in
47 pace, *l. postliminy 5. ff. de captiu.* neque
necessum fuisse, milites captos bello redi-
re, aut spolia ab hostibus reportare; quia
immò nihil intererat, quo modo captiuus
reuersus esset, vtrum dimissus, an vi, vel
fallacia potestatem hostium euasisset: sed
& qui victis hostibus recuperabantur post-
liminio rediisse existimabantur, vt ele-
48 ganter scribit Florentin. *in l. nihil inter-
est 26. ff. de captiu.* ex cuius contextura sa-
tis concluditur, talem necessitatem mini-
mè impositam fuisse militi captiuo, vt post-
liminio frueretur. Quod etiam satis conclu-
ditur ex eo, quippe quod ratio, quæ post-
liminium induxit, ea potissimùm fuit, vt
qui per injuriam ab hostibus detinebatur,
is ibi in fines suos rediret, pristinumque
ius suum reciperet, *dict. l. postliminium 19.*
49 *Cod. de captiu.* ne alioquin metu damno-
rum, quæ incidens captiuitas esset allatu-
ra, minùs alacriter ciues ad bellum accin-
gerentur, ac ægrè nimis tulissent ciuita-
tem, & lares suos contemnere, vitam, &
libertatem pro Republicæ salute profun-
dere, si in seruilis conditionis infami nota
redirent, vt iam suprà tetigimus, & ad-
uertit Fab. *dict. tit.11. princip.8.* ergo spo-
liorum reportatio non fuit in causa, vt
postliminium concederetur, sed satis esse
visum fuit, vt capti in fines suos redirent:
optimè confirmatur *ex d. l. postliminium 19.* 50
§. postliminio 3. ibi: *Postliminio redisse vide-
tur, cùm in fines nostros intrauerit; sicut
amittitur, vbi fines nostros excessit.* Et rur-
sus ibi: *Quia vbi primùm nomine publico
tutus esse incipiat.* Vlteriùs facit, quia si il-
la necessaria foret, non competeret certè
mulieribus, quæ propter sexus fragilita-
tem non facilè spolia reportare potuis-
sent. At illis etiam competit, *dict. l. postli-* 51
minium 19. §. vlt. Tandem facit, quia re-
dempti quoque postliminio fruuntur, *l. in
bello 12. §. Si quis seruum 7. ff. de captiu. l.2.
Cod. eod.* cum similibus. Et tamen ij spolia 52
non reportant: ergo apertè deducitur id
necessarium non fuisse. Cùm igitur jura
supradicta generaliter loquantur, non est
admittenda prædicta Valenciæ diuinatio,
neque credendum, conditionem tanti
momenti, & adeò necessariam omissam
fuisse à Iureconsultis, & nullibi illius
mentionem fecisse. Et satis apertè con- 53
uincitur ex eleganti textu *in l. Cùm non re-
demptam 5. Cod. de postliminio reuers.* vbi
eum, qui à barbaris Præfecto legionis tra-
ditus fuit, quamuis in bello reuersus non
fuerit, jus postliminij habere rescribunt
Imperatores.

Nec satisfacit Valent. *dict. tract.3. cap.7.
num.2.* respondens pertinere decisionem
illius legis ad Prouincialem, non ad ciuem
Romanum, quippe & ipsemet Valenc. notat
ibidem, *à n.3.* quod licèt olim rarò Ciuitas
Romana non nisi ob magna merita con-
cedi solita esset; postea tamen Antonin.
Pius omnes Prouinciales hujus juris com-
munione donauit, cujus constitutione om-
nes, qui in orbe Romano erant, ciues ef-
fecti fuerunt Romani, *l. in orbe 17. ff. de stat.* 54
*homin. iuncta lege Qui duas 6. §. Roma, ff. de
excusat. tutor. l. Relegatorum 7. §. Constitutum,
l. vlt. ff. de interdict. & relegat. l. Romæ 33.
ff. ad municipal. l. eos qui 9. ff. de vacat. & ex-
cusat. muner.* Si ergo communi & æquali
jure vtebantur Prouinciales, ac Romani,
expressè corruit præfata Valenciæ solutio,
conuinciturque ex ipsiusmet doctrina. No-
mine autem illo, *à barbaris*, quo vtun-
tur Imperatores, intelliguntur omnes ho- 55
stes populi Romani; sic enim commu-
niter denominabantur, postquam omnes
subiectæ

fnbiectæ populo Romano prouinciæ Ci-
uitatis iure fruebantur, vt constat ex
l. Diuus 6. §. vlt. ff. de bon. damnat. l. nul-
ls 28. §. quod si testator, Cod. de Episcop. l. fu-
gitini 30. Cod. de seru. fugitiu. l. Si quis, pe-
nult. Cod. de postlimin. reuers. l. 2. Cod. quæ
res venir. non poss. iuncta l. vltim. Cod. de com-
merc. & l. vnic. Cod. de annon. & capit. admi-
nistrat. l. 1. & 2. Cod. quæ res export. pos. l. 2.
Cod. de commerc. l. vlt. Cod. de eunuch. prose-
quitur eleganter Valenc. vbi suprà, à num. 5.
vsque ad 8.

56 Neque pro contraria opinione obstat
textus in dict. l. in bello 12. ff. de captiu. quia
omissâ duplici emendatiune Anton. Fabr.
& vnica Petri Fab. Cuiac. & Valenc. quam
etiam probare videtur Hug. Grot. dict.
cap. 3. num. 4. dicendum existimo tres ca-
sus proponi à Triphonino in dict. l. in bel-
57 lo 12. Primus in illis verbis: In bello postli-
minium est; quibus significat captis, & re-
deuntibus bello semper postlimininm es-
se. Secundus casus continetur in vers. In
pace autem, videlicet quando captus bello
redit pace, & air eum quoque postliminio
frui, si aliud in pactis non esset compre-
hensum, idest si non esset comprehensum,
vt captiui non redderentur. Et verba,
58 quæ sequuntur, quod ideo, & cætera pro-
ponunt differentiam inter primum, & se-
cundum casum, scilicet captis bello, re-
deuntibusque bello, nunquam posse non
esse postliminium; sed pace redeuntibus
posse denegari pactis: quippe spem reuer-
tendi ciuibus in virtute bellica magis
quàm in pace Romani esse voluerunt.
Tertius casus continetur in illo versu, Ve-
59 rùm in pace, in quo agit Consultus de illis,
qui pace ad hostes peruenerunt, & de eis
docet postliminium habere, siue bello re-
cuperati redeant, siue pace; nisi fœdere
caueretur, ne eis esset postliminium. Et
hæc sine dubio est vera, & sincera inter-
pretatio huius loci, quæ sponte se offert
litteram illius illustrando, quin sit necesse
verba textus corrigere & corrumpere:
quam partem desumpsi ex Bart. partim &
ex Glossa hîc.

Sed adhuc certè non videmnr satis ex-
pendisse eleganrem hunc Triphonini lo-
cum; quippe in duobus illis casibus, se-
cundo, & tertio, nus docet pactionibus
postliminium posse denegari; cùm tamen
60 id publicâ vtilitate, & militari disciplinâ
exigente introductum suprà dixerimus;
& quæ tale habent initium, mutari haud
posse iuribus constitutum est, l. iuris gen-
tium 7. §. Si paciscar, & §. Generaliter,
l. Contra 28. in princip. l. Ius publicum 38.
ff. de pact. l. vlt. ff. de suis & legitim. hære-
dib. l. Neque pignus 48. §. 1. ff. de reg. iur.
Respondetur tamen cum Valenc. dict.
cap. 6. à num. 1. publicam conuentionem
esse, quæ fit per pacem, idest pacis causâ,
vt rectè interpretatur Cuiac. in l. conuen-
tionum 5. §. 1. ff. de pact. quoties inter se Du- 61
ces belli quædam paciscuntur, dict. l. con-
uentionum 5. §. 1. Non ergo in speciebus
Triphonini ius publicum priuatorum, sed
potiùs etiam publicis derogatur pactis;
quia possunt Duces belli, quoties tempo-
ris, personarum, & causæ conditio id ef-
flagitauerit, commodum publicum atten-
dentes, quod vtile visum fuerit pacisci.
Prosequitur Valenc. vbi suprà, videndus
vsque ad finem capitis, vbi num. 4. tradit, 62
quando Duces belli possinr constituere
pacem, vel fœdus inire cum hostibus, &
inducias vel ad brene tempus, vel ab ar-
mis cessationem.

Sed etiam transfugis postliminium de- 63
negabatur, l. item et 14. ff. ex quib. caus.
maior. l. postliminium 19. §. transfuga 14.
cum sequentib. ff. de captiu. l. si quis fortè 19.
Cod. eod. rradunt Donel. lib. 4. comment.
cap. 21. in vers. vlt. Cuiac. lib. 4. obseru.
cap. 9. Anton. Fab. in Pap. tit. 11. princip. 8.
illat. 12. Valenc. vbi suprà, cap. 8. num. 9.
Hug. Grot. dict. cap. 9. num. 10. Transfu- 64
gam autem diffiniuir eleganter Paul. in
dict. l. postliminium, §. 8. his verbis: Trans-
fuga non solùm is accipiendus est, qui aut ad
hostes, aut in bello transfugit, sed & qui per
induciarum tempus, aut ad eos cum quibus
nulla amicitia est, fide susceptâ transfugit.
Quasi breuiùs diceretur, Transfuga est 65
proditor, qui fide mutata ad hostes tran-
sit; qui idem dicitur & perfuga, vt ex
Gellio, & Sexto Pompon. notat Cuiac.
lib. 4. obseru. dict. cap. 9. Ratio ob quam 66
transfugæ postliminium denegatur, illa
est; nam qui malo consilio & proditoris
animo patriam reliquit, hostium numero
habendus est, dict. l. Postliminium 19.
§. Transfuga 4.

Sed prædictis obstare videtur textus in 67
l. Transfugam 51. ff. de acquir. rer. domin.
dum ibi Celsus docet transfugam iure
belli recipi, ac proinde viderur docere,
ei postliminium non denegari. Cui diffi-
cultati respondet Donel. vbi suprà, illo-
rum verborum illum esse sensum, vr do-
cear Iurisconsultus Transfugam recipi iu- 68
re belli, idest eo iure, quo cæteræ res
bello captæ, ex hostibus scilicet, vr
quemadmodum cæteræ res hostiles, at-
que ideò hostes ipsi à nobis capti capien-
tium fiunt, sic etiam fiant rransfugæ, non

verò vt recipiant pristinam libertatem
postliminio. Et hanc solutionem inculca-
uit etiam Gloss. *in dict. l. Transfugam*; nec
videtur dissentire Fab. immò eandem so-
lutionem amplecti, *dict. illat. 12. vers. Trans-
fuga enim.*

69 Sed hanc solutionem rectè, meo vide-
ri, impugnat Cuiac. *in dict. cap. 9.* quippe
reuersis transfugis aut ex iusta causa venia
datur, vtputa si multos latrones appre-
hendere, aut transfugas demonstrauere,
70 *l. non omnes 5. §. vlt. ff. de re militari*; aut
viui exuruntur, aut capite puniuntur,
aut vt apud Germanos fieri solebat aucto-
71 re Cornelio Tacito, furcâ vel arboribus
suspenduntur, *l. proditores 7. ff. de re
militar. l. aut damnum 8. §. hostes 2. l. si
quis 32. §. Transfuga, ff. de pœn.* & vbicun-
que inuenti, quasi hostes interfici possunt,
72 *l. eiusdem 3. §. final. ff. ad leg. Cornel. de si-
car. l. final. Cod. quando liceat vnicuique si-
ne iudic. se vindic.* aut legis Iuliæ majestatis
73 ex primo capite rei fiunt, *l. 2. ff. ad leg. Iul.
majest.* Ordinat. *lib. 5. tit. 6. §. 3.* de qua ma-
teria videndus est Ayal. *de iur. bel. lib. 3.
cap. 13.* & ad multa practicabilia Decian.
*tract. criminal. tom. 2. lib. 7. cap. 14. de trans-
fug. ferè per totum*, Caball. *resol. criminal.
cas. 284. à num. 209. vsque ad num. 123.* Clar.
in prax. criminal. quæst 68. num. 41. Farinac.
*in prax. tract. de crim. læs. majest. quæst. 113.
inspect. 1. à num. 12. cum sequentib.* Giurb.
cons. 3. à num. 1. etiam cum sequentibus. Pe-
regrin. *de iur. fisci tit. 3. lib. 8.*

74 Quare respondet Cuiac. *dict. cap. 9.* &
Petr. Fab. *3. semestr. 3. p. 33. dict. l. trans-
fugam*, intelligendam esse de transfugiente
ab hostibus ad nos, quem, inquiunt, iure
belli non violato recipimus, idest suscipi-
mus. Sed licèt hoc sit verum, & sine du-
75 bio, vt fatetur Fab. *in dict. illat. 12.* non est
tamen congrua interpretatio *ad dict. leg.
transfugam*, quia titulo & rei subiectæ non
conuenit, vt rectè impugnat Osuald. *ad
Donel. lib. 4. cap. 21. lit. H.*

Dicendum ergo existimamus, prædi-
ctam legem *Transfugam*, intelligendam
esse de seruo transfuga, qui iure postlimi-
76 nij domino redditur, *d. l. postliminium, §. si
verò seruus, ff. de captiu.* & hunc sensum
verissimum putat Decian. *vbi suprà*, & se-
quitur Gisan. *in d. l. 51. num. 1.* Osuald. *in
d. lit. H.* Caball. *vbi suprà, num. 221.* & ne
hæc interpretatio videatur diuinatoria,
satis persuadetur ex illo verbo, *recipimus*,
quo vtitur Consult. *Recipimus namque quæ
antea nostra fuerunt.* Osuald. *vbi proximè.*

Quod si replicaueris solutionem hanc
difficultatem pati ex decisione textus *in
d. l. Postliminium 19. §. filius quoque 7.* vbi
dicitur filiumfamilias transfugam non pos-
se postliminio reuerti. Respondebitur se- 77
parandam esse speciem, in qua tractatur,
an seruo transfugæ postliminum conceda-
tur, ab illa in qua agitur an cedi debeat fi-
liofamilias transfugæ. Namque in priori
conceditur, *d. l. postliminium, §. si verò*: in 78
secunda denegatur, *in dict. §. filius quoque.*
Ratio autem differentiæ in eo consistit,
quia seruus non potest amitti à Republi-
ca, quia nullum statum, nec caput in ea
habet, *§. Seruus autem 4. Instit. de capit. di-* 79
minut. quin immò iure ciuili pro nullo
habetur, quandiu seruus manet, *l. quod at-
tinet 32. de reg. iur.* atque ideò in ciuita-
te, neque iure ciuili, aut prætorio, aut
extra ordinem computatur, *l. nullo modo 7.* 80
ff. ad leg. Cornel. de fals. Cùm ergo Respu-
blica seruum hunc transfugam non amit-
tat, æquum est etiam, vt dominus etiam
non amittat: & hinc prouenit, vt ex per-
sona domini ei postliminium competat, &
hoc significat textus *in dict. §. Si vero*, in
illis verbis: *Ne contrarium ius non tam ipsi* 81
*iniuriosum sit, qui seruus semper manet,
quàm domino damnosum constituatur.* E con-
trario filiumfamilias transfugam, cum ip-
se ciuis sit, *l. nam ciuium 40. ff. de his, qui* 82
sunt sui, amittit Respublica: non potest er-
go ex persona propria postliminium ha-
bere, cùm tanquam proditor iudicandus
sit, iuxta suprà dicta; nec etiam ex perso-
na patris, cùm aliàs contrarium videretur
dicendum, argumento textus *in l. 1. Cod.
de postlim. reuers.* quia si Respublica eum
amisit, sic etiam debet pater amittere.
Quod significat Paul. *in dict. §. Filius*, ibi:
Non potest postliminio reuerti, neque viuo pa- 83
*tre, quia pater sic illum amisit, quemadmo-
dum patria.* Et statim rationem rationis
proponit Consultus in sequentibus illis
verbis: *Et quia disciplina Castrorum anti-
quior fuit parentibus Romanis, quàm cha-
ritas liberorum*; idest anterior ponde-
re, & authoritate, quàm charitas libero-
rum; quia & prius est vt patriæ, quàm vt
parentibus nostris nascumur, *l. 1. §. gene-
raliter 15. ff. de ventr. in possess. mittend. l. ho-
nor 14. §. plebei, ff. de munerib. & honorib.*
notauit eleganter Fab. *tit. 11. princip. 7. il-
lat. 17. & princip. 8. illat. 12.* vbi benè no-
tat, quod licèt transfuga non fiat seruus
hostium à quibus suscepit fidem: ex eo ta-
men non ineptè tractaret Iurisconsultus,
an ei postliminium concedatur, quia de-
sinit ciuis esse, paturque mediam Capitis
diminutionem, *l. amissione 5. §. 1. ff. de ca-* 84
pit. minut. l. si quis tutor 15. ff. de tutel. ideo-
que

que potuit vtilis ei esse fictio postliminij ad
restituendam illi ciuitatem, si ad tale be-
neficium admissus fuisset. Pro explicanda
verò specie de concedendo, vel dene-
gando statu libero, de qua tractat idem
85 Paul. *in dict. l. postliminium* 19. videndus est
Fab. *in dict. illat.* 12.

Ex eadem ratione descendit etiam, vt
si captiuus, de quo in pace, idest in pu-
blicis conuentionibus, quæ per pacem
fiunt, vt loquitur Vlpian. *in l. conuentio-
nem* 5. §. 1. *ff. de pact.* cautum fuerat, vt re-
diret, sua voluntate apud hostes manserit,
non sit postea ei concedendum postlimi-
nium, vt docet Pompon. *in l. si captiuus* 20.
86 *ff. de captiu.* Et ratio est, quia cùm postli-
minij ius totum in fictione consistat, fi-
ctione autem nullâ opus sit quoties veri-
tas locum habere potest, nulla ratio est,
cur ei per fictionem succurri oporteat, qui
promptius, & fauorabilius auxilium Rei-
87 publicæ aspernatur: immò verò, qui in-
dignum se reddit hoc ipso, quod volun-
tate sua manendo apud hostes transfu-
88 gam se facit; transfugis autem postlimi-
nium non competere satis suprà ostensum
est, & tradit Fab. *in dict. tit.* 11. *princip.* 8.
illat. 3.

89 Fœderatis etiam liberisque populis
postliminium non competit, vt docet Pro-
culus *in l. non dubito* 7. *ff. de captiu.* cuius
conclusionis dubitandi rationem propo-
nit in illis verbis: *Non dubito quin fœderati,*
90 *& liberi nobis externi sint.* Sic enim legen-
dum, vt in Florentin. Pandect. quam le-
ctionem defendit Cuiac. *lib.* 11. *obseru.
cap.* 23. *in fine*; non verò addita negatio-
ne, *externi non sint*, vt post Budæum *in
l. vlt.* Fab. *in dict. princip.* 8. *illat.* 7. postlimi-
nium definiuit Paul. ius amissæ rei resti-
91 tuendæ ab extraneis. Si ergo fœderati, li-
berique populi extranei sunt, videbatur
inter nos & eos postliminium esse. Sed
contrarium respondet Procul. ea ratione,
92 quia quandiu tempora fœderis, & ami-
citiæ non sunt finita, & illi apud nos, &
nos apud eos & libertatem & nostra reti-
nemus. Vnde rectè necessarium non esse
postliminium docet Consult. verba autem
illa, *externi sint*, significant idem ac si di-
93 ceretur, licèt fœderati extra ditionem po-
puli Romani sint, vel licèt re vera hostes
sint. Adde Osuald. *ad Donel. lib.* 7. *cap.* 1.
lit. B. Tamen postliminium non dari res-
pondetur, quia quo tempore induciæ du-
rant, arma vndecumque quiescunt, nec
94 quidquam hostili animo capitur, *d. l. postli-
minium* 19. §. *Induciæ* 1. notat Accurs. ibi,
verbo Postliminium.

Sic etiam in ciuilibus dissensionibus,
qui in alterutras partes discedunt, si ab
aduersariis capiantur, postliminium non
habent, vt optimè docet Vlpian. *in l. si quis*
ingenuam 21. §. 1. *ff. de captiu.* ea eleganti 95
ratione, quia quamuis sæpe per eas Res-
publica læditur, non tamen in exitium
Reipublicæ contenditur, idest ea mente,
vt Respubl. opprimatur, & euertatur; 96
sed è contrario potiùs eo animo, vt Rei-
publicæ consulatur, ita existimantibus
omnibus, qui in alterutras partes disce-
dunt, vt non aliter salus Reipubl. consta-
re possit, quàm si ea vincat factio, cui ad- 97
hæret. Quare vice hostium non sunt eo-
rum inter quos iura capientium aut post-
liminium fuerint. Prosequitur Fab. *in dict.
princip.* 8. *illat.* 23. & magis elucidatè ex his,
quæ superiori controuersia tradidimus, 98
nempe non aliter bello capta capientium
fieri, quàm si iustum & publicum præce-
dat bellum, de quo Galcot. *respons. fisc.* 13.

Ex superiori autem doctrina infertur,
captum ab hostibus militem, si redeat ex-
pleto militiæ tempore (quæ viginti annis 99
perdurabat, *l. final. Cod. de his, qui non impl.
lib.* 10.) stipendia & emerita medij tempo-
ris perinde recipere, ac si è contrario mi-
litiâ fungens veteranus effectus esset, vt
docet Modestin. *in l. Desertorem* 3. §. *Sed si
ex improuiso* 12. *ff. de re militar.* Optimè ex- 100
plicat, & eleganter exornat Ganauer. *de-
cis.* 24. & rectè, cùm postliminium omnem
deleat captiuitatis memoriam, retroque
illum apud suos fuisse fingat, iuxta supe-
riùs dicta, & quæ optimè tradit Ganauer.
decis. 6. *num.* 26. *& decis.* 24. *num.* 5. & ope-
ratur ipso iure *num.* 41.

Vim tamen non leuem infert Antonin. 101
in l. 1. *Cod. de re milit. lib.* 12. vbi contra-
rium apertè sancire videtur. Eius tamen
mens vt pateat, explosis Accursij, &
aliorum interpretationibus in dictis locis,
animaduerto multùm referre hac in re,
an culpa & delictum militis captiuitati
causam præbuisset, veluti si desertor ex- 102
titit militiæ (quem qualis sit, definit tex-
tus *in dict. l. desertorem*, §. *desertor*,) & dum
fortè vagabatur, ab hostibus captus fuis-
set: nam licèt ex prima desertione restitui
posset, *l. non omne*, §. *si desertor*, *ff. de re mi-
litar.* hinc tamen non in alia, quàm in mi- 103
litiam illum restituit; ad stipendia autem,
& donatiua medij temporis ita demùm, si
hoc ei specialiter Princeps indulserit, *l. qui
excubias* 10. §. 1. *ff. eod.* quo casu Imperato- 104
rem accipiendum existimo *in dict. l.* 1. cum
Cuiac. ibidem; ideoque ibi postliminio
stipendia medij temporis reuerso non
restituun

restituuntur. At verò si absque culpa, ex improuiso fortè, vel aliter capitur miles, reuersus, illa recipit, iuxta dictum §. *Ex im-*
105 *prouiso*; & meritò, cùm veniâ dignus sit, qui inopinatus apprehenditur, *dict. l.* 5
106 §. *qui captus.* Quæ solutio, & conciliatio apprimè confirmatur *ex dict. l.* 5. §. *penult.* & *ex l. penult. ff. de re milit. l. cùm allegatio* 5. *Cod. eod. lib.* 12. quibus ita speculatiuè notatis, & infrà referendis, descendimus ad nostræ quæstionis resolutionem.

107 In qua licèt Episcopus à paganis vel schismaticis captus non efficiatur seruus capientium, vt cum multis tradit Prosper Fagn. *in cap. Per tuas* 91. *de simonia, n.* 13. *& seqq. pag.* 169. vbi ita explicat Gloss. *in cap. Si Episcopus, verbo Libertati, de supplenda negligentia Prælatorum lib.* 6. etsi alij efficiantur serui, vt latè dicemus §. 1. infrà.

108 Et non instituatur alius in locum ipsius, sed Capitulum administret ad tempus, vt est textus expressus *in d. cap. Si Episcopus, de supplenda negligentia Prælatorum, lib.* 6. Prosper Fagn. *vbi suprà, num.* 13. Fermosin. *de Capitulo Sede vacante, quæst.* 2. *tract.* 1. *num.* 18. Frances *de Ecclesi. Cathedral. lib. cap.* 3. *num.* 41.

109 Attamen si Episcopus ab hostibus fuerit captus iurisdictio iure proprio non pertinet ad Archiepiscopum Metropolitanum, nec ad Nuntium cum potestate Legati à latere, sed solum ad summum Pontificem, vt probat textus *in dict. cap. Si Episcopus*, per locum à speciali, quem sic explicat & resoluit idem Prosper Fagn. *in cap. Quia diuersitatem, de concess. prabend. pag.* 240. *num.* 27. *& seqq.* Frances *de Eccles. Cathedral. lib. cap.* 11. *num.* 68. vbi loquitur etiam de Episcopo capto ab hostibus, cui Summus Pontifex delegauit.

110 Et in hoc casu Episcopus ab hostibus expulsus, & in alia Ecclesia intitulatus, cessante hostilitate restituendus est primæ Ecclesiæ; & qui medio tempore fuit substitutus, debet dimittere, vt est textus elegans *in cap. Pastoralis* 8. *quæst.* 1. per quem ita resoluit eleganter idem Prosper Fagn. *in dict. cap. Per tuas, de simonia, num.* 29. *& seqq. pag.* 171. quia Episcopus expulsus ab hostibus omnia conseruat, & omnia potest sicut antea, vt tenet Frances *de Eccles. Cathedral. cap.* 9. *num.* 130.

111 Et Episcopus ciuitatis ab hostibus captiuatæ alteri Ecclesiæ est præficiendus, iuxta textum *in dict. cap. Pastoralis* 7. *quæst.* 1. Prosper Fagnan. *in cap. Exstirpandæ*, §. *Si verò, de prabend. pag.* 159. *num.* 49.

112 Et ideo Archiepiscopatus, aut Episcopatus restituitur antiquo Archiepiscopo, aut Episcopo quando ab hostibus recuperatur, *cap. Prima actione* 16. *quæst.* 3. *d. cap. Pastoralis* 7. *quæst.* 1. Suar. *alleg.* 8. *colum.* 4. *vers. immò*, Salzed. *in tract. iuridico y politico del contraband. cap.* 11. *num.* 10. *&* 18. Fragos. *de reg. Reip.* 1. *part. lib.* 3. *disp.* 5. *num.* 16. *vers. huc*, quos & alios Ego ipse refero in allegatione impressa pro Illustrissimo Comite de Vimioso super successione de Pernambuco, *num.* 97.

Quare etiam restituuntur antiquis possessoribus bona immobilia ex iure postliminij, vt sunt textus expressi *in l. Si captiuus*, §. *expulsus, ff. de captiu. & postlimin. reuers. l. Si ager, ff. quib. mod. vsusfruct. amittatur, l. Pomponius, ff. de acquirend. rer. domin.* notant Ripa *in l.* 1. *num.* 1. *ff. de acquir. possession.* Couarr. *in regul. Peccatum*, 2. *part.* §. 11. *num.* 7. Molin. *tract.* 2. *de iustitia, disp.* 218. *vers. his ita explicatis*, Cabed. 2. *part. decis.* 88. *num.* 11. Valasc. *consult.* 30. Gratian. *cap.* 801. Phœb. 2. *part. decis.* 190. Solorzan. *de iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 7. *tom.* 1. Sous. de Maced. *decis.* 39. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 49. Ægid. *in l. ex hoc iure*, 1. *part. cap.* 1. *num.* 15. *ad fin.* Petr. Barbos. *in l. Id quod apud hostes* 9. *ff. de legat.* 1. *num.* 1. *vers. Præmittendum*, & *in l. diuortio*, §. *Interdum, num.* 9. *& seqq. ff. solut. matrim.* & tenent Ayal. & Grot. quos Ego ipse refero *in commentar. ad Ord. tom.* 1. *ad proœm. gloss.* 40. & *in dict. allegat. num.* 94. *& seqq.* cum multis Salzed. *in dict. cap.* 11. *per tot.* Galeot. *respons. fisc.* 13. 113

Vtrum autem si Princeps recuperet dictos Archiepiscopatus, aut bona, aut arces, aut oppida, possit repetere expensas factas in illarum recuperatione, vide quos Ego ipse refero *in dict. alleg. num.* 159. *& seqq.* Barbos. *in l. diuortio*, §. *Interdum, num.* 9. *ff. solut. matrim.* & vltra eos Cabed. 2. *part. decis.* 26. Roland. *tom.* 2. *cons.* 69. *num.* 29. Auilez *in cap. Prætor* 2. *p. num.* 36. Thomas Grammatic. *cons.* 13. Ganauer. *decis.* 34. *num.* 21. *& decis.* 40. *num.* 12. *&* Ioan. Baptist. de Luca *theatr. verit. & iust. tom.* 1. *discurs.* 57. *num.* 12. Cæsar Caren. *resolut.* 211. *num.* 13. Garsias *de exp. cap.* 21. *num.* 30. 114

Et quid in mobilibus, prædis, nauibus captis in bellis iustis, aut iniustis, & an habeat locum in hoc casu ius postliminij, latè diximus *tom.* 4. *in commentar. ad Ord. ad lib.* 1. *tit.* 51. *c.* 56. *pag.* 484. vide quos vltra ibi refero Galeot. *respons. fiscal.* 13. 115

Et postliminio reuersis secundùm leges datur actio rescissoria intra quadriennium, sed secundùm Canones recuperant omnia, 116
non

non obstante quocunque temporis cursu, vt *in §.Rursus, Inst. de actionib. cap. Prima actione* 16. *quæst*.3. Prosper Fagn. *in dict. cap. Per tuas, num*.36. *& seqq. de simonia, pag*.171.

117 Et postliminij jus secundùm Canones locum non habet quantum ad hoc vt reuersi omnia recuperent, vt cum multis juribus & DD. prosequitur idem Fagnan. *dict. cap. Per tuas, num*.38. & Nos infrà latè dicemus.

118 Nisi qui armis victi se turpiter dediderunt, quia tunc carent postliminio, vt dicitur *in l postliminio, ff.de captiu. & postlimin. reuers*. explicat idem Fagnan. *dict.cap. Per tuas, num*.39. vbi quod non procedit in Clericis, nec Regularibus: & ibi multa jura & DD. refert.

119 Et postliminij jus non habet locum in officiis minoribus Regularium, sed benè in Prælaturis electitiis, etiamsi non sint perpetuæ, sed ad certum tempus, ex textu *in cap.Cùm ad monasterium, §.Tales, vers. Nec alicui*: & *cap. Monachi, §. Priores, de statu Monachorum, cap.Pastoralis* 7. *quæst*.1. *cap. Si Episcopus, de supplenda negligentia Prælatorum, lib*.6. Fagnan. *in dict. cap. per tuas, num*.41. *&* 42.

120 Et postliminio reuersus statum recuperat pristinum, & munera etiam ciuilia, & cuncta ei incolumia seruantur, *l.postliminij, ff.de captiuis & postlimin. reuers. l.cum duo, & l.hostes, ff.eod. §.si ab hostibus, Instit. quibus modis jus patriæ potestatis soluitur, l.liber captus, Cod. eodem, l.Libertas, §.postliminium, ff.ad municipal.*

121 Postliminium enim duo habet capita: vnum fundatur super veritate, alterum super fictione, vt tenet idem Fagnan. *d.cap. per tuas, num*.44.*de simonia*.

122 Et ideò licèt tutor captus ab hostibus desinat esse tutor, attamen reuersus recipit tutelam jure postliminij, *§.ab hostib.Inst.de Attiliano tutore*, & ibi Gloss. *in verb. jure postliminij*: Fagnan.*dict.cap.per tuas,n*.42. *& num*.28. *&* 37. agit de captiuitate clerici redeuntis, & quid recuperet: *& num*.23. *&* 36. quod captiuorum calamitati est miserendum.

123 Et de Ecclesiis Cathedralibus captiuis in manibus infidelium, siue ab hostibus detentis, & quando dicantur captiuæ, & de multis aliis circa materiam, & quomodo debeant recuperari, tradit eleganter Frances *de Eccles. Cathedralib. cap*.32.

124 Et quia materia est de apicibus juris, non inutile erit aliqua jura non satis explicata hîc in §§. seqq. explicare speculatiuè, quia hactenus diximus practicabiliter.

D.Alvarez Pegas Tract. de Compet.

§. I.

Aliqua jura ex præcedentibus intelliguntur.

SVMMARIVM.

1 *Agitur de intellectu legis* in bello 12. §.codicilli, ff.de captiu.
2 *Hunc locum Triboniano Fab. tribuit.*
3 *Adducuntur argumenta, quibus mouetur.*
4 *Postliminium non habet locum in his quæ facti sunt*: & num.26. & 27.
5 *Testamentum factum apud hostes non confirmatur postliminio.*
6 *Ponderatur pro Fabro lex* quædam non referuntur 7. ff.de jur. codicill.
7 *Seruus testamentum facere non potest*: & num.11.
8 *Adducitur aliud Fabri fundamentum.*
9 *Defenditur dictus* §.codicilli.
10 *Is potest facere codicillos, qui testari potest.*
11 *Captus ab hostibus non potest testari, nec codicillos facere.*
12 *Testamentum fit irritum per captiuitatem.*
13 *Factum in ciuitate iuuatur postliminio.*
14 *Codicilli confirmati in testamento, intelliguntur facti in ipso testamento.*
15 *Quæcunque in codicillis scribuntur, perinde habentur, ac si in testamento scripta forent.*
16 *Testamentum difficilius conualescit, quàm codicillus.*
17 *Et tamen multoties humanitatis ratione conualuit.*
18 L.conficiuntur 8.§.si post factum 3.ff.de jur.codicill. *remissiuè*.
19 L.Posthumus 12.ff.de iniust.rupt.
20 L.qui ex liberis 11. §.testamentum, ff. de bonor. possess. secund. tab.
21 *Quare fuit necessaria humanitatis ratio* in dict. §. codicilli, *& n*.22.25. 32.33. *&* 34.
24 *Prius persona, deinde juris ratio quærenda est.*
26 *Satisfit argumentis Fabri.*
27 *Captus ab hostibus, & seruus eius, potest hæres institui, propter spem postliminij.*
29 *Patronus captus ab hostibus obstat filiis in bonis liberti.*
30 *Filio captiuo potest assignari libertus.*
31 *Suspenditur per eandem fictionem jus patria potestatis.*
35 *Satisfit secundo argumento Fabri.*
37 *Satisfit eiusdem tertio argumento.*
38 *Satisfit quarto argumento Fabri.*

136 *Quid*

136 *Quid sentiamus*, & n.137.138.139.
140 *Nonâ Iustiniani constitutione potest filiusfamilias hæreditatem aduentitiam, etiam patre recusante adire.*
141 *Sicut ipsi patri conceditur hæreditatis aditio, si filius eam adire recusauerit.*
142 *Concluditur correctam esse dispositionem dicti* §.Si capiatur.

X dictis *in cap.principali*: Primò
1 infertur interpretatio ad textum difficilem *in l.in bello* 12. *§.codicilli*, 5. *ff. de captiu.* vbi deciditur quod codicilli in captiuitate facti ab eo, qui post conditum in ciuitate testamentum, in eoque comprehensam codicillorum futurorum confirmationem ab hostibus captus fuit, licèt subtili iure non valeant, etiamsi ex postfacto reuertatur, humanitatis tamen ratione propter vim postliminij sustinentur: qui Triphonini locus adeo difficilis visus fuit Anton. Fab. vt *in*
2 *Pap.tit.*11.*princip.*8.*illat.*10. audeat affirmare, non posse hoc casu postliminij fictionem locum habere, iungendumque esse locum hunc cæteris, quos Tribonian.prætextu æquitatis pro arbitrio deprauauerit; & existimat, neque humanitatis ratione in hac specie sustineri posse codicillos. Mouetur autem Fab. sequentibus fundamentis.

3 Primum: Quod codicillorum confectio in facto, non in iure consistit; & in eis, quæ facti sunt, postliminium non datur. Non possunt igitur codicilli vna die facti
4 altera die confecti intelligi, *dict. l.in bello* 12.*§.facti* 2. *l.denique* 19. *ff.ex quib. caus. maior.* ibi: *Causa verò facti non continetur postliminio.*

Secundum fundamentum deducit *ex l.eius qui* 8. *ff. qui testament. facer. poss.* vbi
5 Gaius docet, ejus qui apud hostes est, testamentum, quod ibi fecit, non valere, quamuis redierit. Si ergo nec humanitatis ratione testamentum hoc confirmatur, eodem modo nec poterunt confirmari codicilli.

6 Tertium conficit ex textu *in l. quadam non referuntur* 7.*ff.de iur.codicill.* quam duabus rationibus ponderat. Prima deducta est ex illis verbis: *Veluti si ante captiuitatem quis codicillos confirmauerit, & in captiuitate codicillos scribat*; nam non valent. Secunda ex alteris verbis statim sequentibus, ibi: *Idem est, si aliquo modo ius testamenti faciendi desierit habere*; eum negari haud possit,
7 captum ab hostibus, tanquam seruum, testamentum facere non posse, *§.vlt. Inst. Quib.non est permis. facer.testam.*

Quartum desumit *ex §. Cætera* 6. eius- 8
dem legis, vbi Triphonin. sic scribit: *Cætera quæ in iure sunt, posteaquam postliminio redijt, pro eo habentur, ac si nunquam iste hostium potitus fuisset.* Ponderat enim hic veluti per contrapositionem ad antecedentia loquutum fuisse Iureconsultum, vt ostendat in §.antecedenti tractauisse de iis, quæ veluti in facto consistentia, postliminium non habent.

Hæc sunt fundamenta, quibus Faber
mouetur ad tribuendum totum hunc Tri- 9
boniano locum. Sed certè non sunt apud me tanti momenti, vt in hac re illi morem geram. Defendendus est ergo dictus *§.codicilli*, tanquam Triphonini, vt reuera est: & illius decisionis illa est ratio, quia licèt is demùm codicillos facere possit, qui & te-
stari potest, *l.Diuus* 6. *§.codicillos* 3. *l. Confi-* 10
ciuntur 8.*§.*1.*ff.de iur.codicill.* superueniensque seruitus testamentum faciendi facultatem captiuo ademisset, quia seruo non
præstatur, *l.filiusfam.*16.*in princip.l.si filius-*
*fam.*19.*ff. qui testam facer.* sicque ab hosti- 11
bus captus apud hostes testari non possit, *l.eius qui* 8.*ff.eod.§.vlt. Inst.quib. non est per-*
miss.facer. testam. & per consequens nec co- 12
dicillos facere, *l. quadam, ff.de iur. codicill.* & immò rectè conditum testamentum per captiuitatem irritum fiat, *l.si quis filio* 6.*§.ir-*
ritum 5. *ff.de iniust. rupt.* quæ sunt rationes 13
ob quas Triphon. in specie, de qua agit, docet codicillos subtili iure non subsistere: tamen quia antequam caperetur testamentum in ciuitate condidit testator, & in eo futuros codicillos confirmauit, & postea in ciuitatem reuersò postliminium omnia iura restituat, & per consequens eiusdem beneficio testamentum vires suas re-
cipiat, *d.l.si quis filio* 6.*§.quatenus* 12.*d.§.vlt.* 14
Inst. quib. non est permiss. æquitate inspecta codicilli valent perinde ac si nulla captiuitas interuenisset; quippe quod codicilli confirmati testamento, intelliguntur facti in ipso testamenti tempore, cuius appendices, & sequelæ sunt, argumento legis *asse*
toto 77.*ff.de hæred. instituend. l.institutio* 10. 15
ff.de condit. institut. l.penult.ff.quemadmodum testam. aperiant. Est namque eorum ius adeo singulare, vt quæcunque in his scribuntur, perinde habeantur, ac si in testamento scripta forent, *l.*2. *§. codicillorum* 2.
ff. de iur. codicillor. Vnde cùm testamen- 16
tum tempore habili, ibique confirmatio codicillorum facta proponantur, viresque suas postliminio recuperasset testamentum, mirum non est si eius virtute codi-
cilli quoque consistant. Neque nouum in 17
iure nostro est, vt etiam testamentum

(quod sanè difficiliùs quàm codicilli con-
ualescit, *l.1. §.1. & dub.7. Quis planè, ff.de*
leg.3. juncta dict. l.eius qui, & dict. §.vlt. &
Anton. Fab. *tit.12. princip.3. illat.10.*) ces-
sante impedimento, quod ejus irritationi
causam dederat, humanitatis ratione vale-
re incipiat, vt satis apertè colligitur ex
difficili textu *in l.Conficiuntur* 8. *§.Si post fa-*
18 *ctum* 3. *ff.de iur. codicil.* cui omisso Fabro il-
lum Triboniano imputanti, adde Osuald. *ad*
Donel. lib.7. cap.19. lit.B. l.posthum.12. ff.de
19 *iniust. rupt.* cui iunges Alciat. *lib.3. parerg.*
cap.8. Fab. *lib.9. coniecturar. cap.15. & lib.10.*
cap.11. & 19. & *in Pap. tit.11. princip.9. il-*
20 *lat.4.* Donel. *lib.6. comment. cap.16. vers.*
Restituitur, & ibi Osuald. *lit.P. & cap.13.*
lit.C. Forcatul. *dialog.10. l.qui ex liberis 11.*
§.testamentum, ff.de bonor. possess. secundum
21 *tab.* cui addes Pichard. *in l.si adrogator, à*
num.29. ff.de adopt. Cuiac. *lib.13. quæst. Pap.*
ibidem Fab. *lib.10. coniecturar. cap.18.* vbi
in miserum Tribonianum inuehitur, *§.non*
tamen 6. Inst.quib. mod.testam.facer.

Sed non insubtiliter insurgere poteris,
si dicas quod superflua videatur *in d.§.codi-*
22 *cilli*, illa humanitatis ratio, quam Triphon.
considerat, cùm ex peculiari illa natura
codicillorum, & postliminij, jure sustineri
potuissent miro jure, vt videntur conuin-
cere rationes suprà adductæ. Sed respon-
dendum est, quod licèt codicilli confir-
23 mati trahantur tanquam eius pars, & se-
quela ad testamentum, vt visum est; hoc
tamen locum habere non videtur quoties
de testamenti factione circa personam
quæritur, quam tunc temporis adesse opor-
tet, cùm quis testamentum condit, vel te-
statori aliquid legatur, neque fictione ju-
24 ris aliquâ retractatiuâ ea illi suppletur, *dict.*
l.eius, qui 8. dict. l.quadam, l.Diui 6. §.vlt.
l.quidam referunt 14. ff.de iur. codicill. quia
scilicet priùs personam, deinde juris ra-
tionem quærere oportet, vt ratiocinatur
Scæuol. *in dict. l.quidam referunt 14.* facit
lex 2. *ff.de stat. homin. §.vlt. Inst. de iur. na-*
tural. Necessaria igitur fuit æquitas *in dict.*
§.codicilli, cuius ratione hoc impedimen-
tum tolleretur.

25 Adde (si placet, nec insubtiliter tamen)
ex alio etiam capite ibi necessariam fuisse
illam humanitatis rationem. Nam cùm
postliminium deleat omninò memoriam
captiuitatis, iungatque instans reditus
cum instanti captiuitatis, *l. retro 16. ff.de*
captiu. §.si ab hostib. Inst. quib. mod. ius patr.
potest. soluit. subtili jure dici debuerat co-
dicillos in captiuitate factos pro infectis
habendos, cùm postliminij fictio delendo
captiuitatis memoriam nullum eis confi-
ciendis tempus reliquisset: sed cùm post-
liminij jus introductum sit, vt ciuibus pro-
sit, non verò noceat, humanitatis ratione
factum est, vt habeantur & confirmentur.

Nec sic intellecto Triphon. suprà ad- 26
ducta obstant Fabri argumenta. Nam ad
primum respondemus, verum esse post-
liminium ad ea, quæ facti sunt, non per-
tinere; quia cùm juris fictio sit, id est in-
ductum juris potestate, vt cæteræ omnes
fictiones, fieri nequit vt ad ea, quæ facti
sunt, pertingat; & hoc est, quod ait tex-
tus *in d.l.in bello, §.Facti*, quod facti causæ 27
infectæ nullâ constitutione fieri possunt. Et
certè postliminij effectus in eo totus est,
vt jura quæ captiuus in ciuitate habuit
priusquam caperetur, salua ei, & integra
conseruentur, interimque suspendantur
veriùs, quàm abrumpantur. Hinc captus 28
ab hostibus, & seruus ejus potest hæres
institui, *l.illa institutio 32. §.1. ff.de hæredib.*
instituend. & patronus captus propter ean- 29
dem postliminij spem obstat filio in bonis
liberti, *l. Si necem 4. §. si deportatus 2. ff.de*
bon. libertor. Hinc etiam vt ei non possit as- 30
signari libertus, non dicitur non esse in ci-
uitate filius ab hostibus captus, *l. vlt.*
§.quod inquit, ff.de fideic. libert. Suspenditur
etiam per eandem fictionem jus patriæ po-
testatis, vt ad speciem Macedoniani docet
textus *in l.1. §.si pendeat, ff.ad Macedon.* & 31
generaliter textus *in §.si ab hostib. Inst. quib.*
mod. ius patr. potest. soluit. l. in bello 12. §.1.
ff.de captiu. l.proponebatur 19. §.1. in fine,
ff de castrens. pecul. l. bona 22. §. quod si fi-
lius 2. ff.de captiu. & sic de reliquis specie-
bus, in quibus passim occurrit postliminij
fictio suspendens & conseruans captiuo
intacta jura, vt si redeat, illibata inueniat.
Sed licet hoc ita sit, quod nempe postli- 32
minium in his, quæ facti sunt, nec cadat,
& possit admitti, quod codicillorum confe-
ctio potiùs in facto, quàm in jure consistat;
nihilominus æquitatis, & humanitatis ra-
tione effectum est, vt quia vtrumque extre-
mum, & quo codicillis principium datum
est, & mortis testatoris, quo vires habere in-
cipiunt, habile fuit, non habeatur ratio im-
pedimenti, quod medio tempore contigit:
quod sanè nouum videri non debuit do-
ctissimo, & acutissimo Fabro, cùm idem in
simili decisum reperiatur *in d. l.conficiuntur,*
§.si post factum, & aliis juribus suprà allega-
tis. Non igitur id postliminio factum est *in*
d.§.codicilli, sed æquitate in aliis etiam simi- 33
libus obtinente. Præterea responderi etiam
potest, postliminij fictionem eò præcipuè
tendere, vt testamentum (ex quo pendent
codicilli) confirmetur; hoc verò confir-
mato,

maro sequitur deinde codicillorum confirmatio, quos decreto non confirmat postliminium (vt sic verè dicamus non operari circa res facto) sed per consequentias,
34 operando circa id, quod iuris est. Adde etiam si placuerit, non ita certum esse codicillorum confectionem facti esse, non iuris; cum suprà dicatur codicillos facere posse, qui & testamentum condere potest, & qualis solennitas circa illorum confectionem requiratur, *l. conficiuntur 8. §. codicillis 2. ff. de iur. codicil.* Cessat ergo primum Fabri fundamentum.

35 Non obstat secundum deductum *ex d. l. eius qui 8. ff. qui testam. facer.* nam licèt testamentum apud hostes factum inutile sit, etiamsi testator ab hostibus redierit, id tamen non rectè adaptatur decisioni dicti §. *Codicilli*, quia ibi codicillorum principium rectum fuit, vtpote præstitum in testamento, quod ritè in ciuitate conditum reliquit testator: at verò principium testamenti *in dict. l. 8.* prorsus vitiosum erat, quia ab eo factum proponitur, qui testamenti factione carebat. Cessat autem æquitas vbi vtrumque extremum, in quo factum fuit, & mortis, & testatoris, inhabile fuit. Deinde non obstat tertium, quod conflatur *ex dict. l. quædam non referuntur*, cui itidem ex dictis satisfieri potest; loquitur namque ibi Marcian. de eo qui non
36 fuit reuersus, sed apud hostes decessit, vt rectè animaduertit Bart. *in dict. §. Codicilli.* Sicque lex Cornelia, quæ illum instanti captiuitatis mortuum fingit, prout infrà dicemus, nullum in posterum reliquit tempus codicillis conficiendis, vt trahi possent ad tempus testamenti; priùs autem debuerant fieri, quàm trahi, quia non
37 entis nullæ dantur qualitates, *l. si seruum 4. §. 1. ff. de act. empti, l. nam etsi 5. §. post defectum, ff. de iniust. rupt.*

Minùs obstat quartum & vltimum argumentum; quia illa contrapositio, quæ à Fabro consideratur, potest verificari in eo, quod species dicti §. *Codicilli*, non tota dependet à postliminij iure, sed potiùs à singulari natura codicillorum, cuius origo, etsi ex postfacto nascatur, semper ab
38 ipso testamento principium deriuat: cætera verò, quæ propria in iure sunt, tota dependent ab ipso postliminio. Concluditur ergo manifestè, quod satis iniquè hîc Tribonianus à Fabro vapulat.

Ex superioribus etiam deducitur interpretatio ad textum *in l. Gallus 29. §. Vi-*
39 *dendum 14. ff. de liber. & posthum.* vbi auus qui filium apud hostes, & ex eo nepotem in ciuitate habebat, hæredem nepotem instituit; postmodùm mortuo filio, viuo auo, vel (quod difficilius videbatur) post mortem aui apud hostes, quæsitum est, an hic nepos pertineat ad secundum caput legis Velleiæ, de quo *in §. sequenti par-* 40
te, dictæ legis, quo nepotes à parentibus testamenti tempore instituti aui testamentum rumpere prohibentur, sublato de medio filio, & in eius locum succedentes, *dict. §. sequenti parte?* Er inquit Scæuola nepotem hunc testamentum non rumpere, sumpta interpretatione ex secundo illo capitulo, vbi mirum cuique videri po- 41
terit, quomodo nepos hic ad aliud secundum pertineat caput, cùm apud hostes sit illius pater, & per consequens seruus, qui propterea primum in patria potestate locum obtinere, ac nepotem præcedere non potuit testamenti tempore; quod tamen in illo capite necessariò exigebatur: sed eius rei solutio à postliminij potestate 42
pendet; quippe cùm in suspenso retineat captiui iura, *d. l. illa institutio 32. §. 1. ff. de hæred. inst.* cum suprà citatis, non permittit vt filius, licèt apud hostes existat, dum tamen viuit, in plenum patria potestate videatur liberatus, *l. penult. ff. de suis, & legitim. hæred.* Vnde fit, vt cùm testamenti 43
tempore viuat apud hostes filius, nepos à patre possessus intelligatur, & sic ad secundum illud caput spectet. Sed quia ex postfacto, mortuo in captiuitate filio, iam retrò mortuus fingitur viuo auo, nepotem successisse in locum filij intelligitur, quod 44
etiam erat necessarium, vt pertineret ad illud caput secundum, ex cuius mente interpretatione Scæuolæ inducta vetatur nepos sic succedens aui testamentum rumpere, in quo se inuenit institutum: quod insinuant verba Scæuolæ: *Nisi* (quod li- 45
cèt audenter) *possis dicere viuo patre hunc suum heredem esse desiisse, licèt post mortem decedat, quia nec rediit, nec potest redire.* Vbi audaciam ex eo considerat, quod dicatur hunc filium mortuo auo decedentem suum esse hæredem, & in eius vita desiisse, cùm propter spem postliminij nondum plenè à patria potestate viuo eo fuerit liberatus, iuxta supradicta.

Fluit etiam ex supradictis, vt filiusfamilias eius, qui apud hostes est, neque sibi, neque patri hæreditatem illam, licèt sibi delatam, acquirere possit, quamuis ex aliis omnibus causis, putà ex stipulatione, vel ex traditione, vel ex legato acquirere possit; vel patri, si ab hostibus ille postea quandocunque reuersus sit; vel sibi, patre nunquam reuerso, vt eleganter 46
hanc differentiam ponit Triphonin. *in dict.*

l. in bello 12. §. *si quis capiatur* 1. *ff. de captiu.*
vbi de his, quæ medio tempore acqui-
runt stipulatione, traditione, vel legato;
nam hæreditate non possunt, quippe spes
postliminij ius patriæ potestatis suspendit,
itavt dum pater (licèt captiuus) viuit, fi-
liusfamilias non sit à patriæ potestatis nexu
47 liberatus; filius autem familias absque pa-
terno iussu præcedente nullam hæredita-
tem adire poterat, *l. qui in aliena* 6. *in prin-
cip. l. si quis mihi bona* 25. §. *iussum, ff. de ac-
quirend. hæred.* nam cùm quidquid nan-
ciscitur, confestim patri etiam ignoranti
48 & inuito acquirat, *l. placet* 79. *ff. de acquir.
hæred. l.* 1. §. 1. *ff. si à parent. quis fuer. manu-
miss. l. acquiruntur* 10. *in princip. ff. de acquir.
rer. domin. l. stipulatio ista* 38. §. *alteri, ff. de
verb. obligat. l.* 1. *Cod. per quas person.* §. 1.
Inst. eod. & idem in eo, quod in seruo ob-
49 seruabatur, *l. etiam inuitis* 32. *ff. de acquir.
rer. domin. l. seruus vetante* 62. *ff. de verbor.
obligat.* (licèt ex diuerso principio, nam
50 filiusfamilias propter identitatem perso-
næ, cuius ipse appendix est, patri acqui-
rit, *l. nulla* 4. *ff. de iudic. l. Imperator* 50. *ff. ad
Treb. l. nec cum filiofamilias* 16. *ff. de furt.
l. final. Cod. de impuber.* §. *ei verò, Inst. de Inu-
51 tilib.* 6. seruus verò ex eo domino acquirit,
quia quoties de acquisitionis iure tracta-
tur, non serui, qui nullus est, nec ciuilis,
persona, sed domini inspicitur, *l. non mi-
nus* 31. *ff. de hæred. instituend. l. si mihi* 12.
§. *regula, ff. de leg.* 1. *l. debitor* 82. §. *vlt. ff. de
leg.* 2.) eueniret, vt si hæreditatem filius,
vel seruus sine iussu patris, vel domini
adire possent, illos etiam inuitos, & igno-
52 rantes æri alieno obligarent. Nam cùm
per aditionem filiifamilias vel serui confe-
stim hæreditas ad eos pertineret, in quo-
rum sunt potestate, *dict. l. placet*, ac proin-
de hæredes forent, ac si ipsi hæredes in-
53 stituti fuissent, *l. si quis* 7. *in princip. ff. de ac-
quir. hæred. l. cùm filio* 11. *ff. de legat.* 1. *l. à
patre* 4. *ff. de leg.* 3. *l.* 2. & 3. *ff. de petit. hæred.
dict. l. acquiruntur* 10. §. 1. *ff. de acquir. rer.
domin.* §. *item vobis, Inst. per quas person.* &
54 in se commoda & incommoda hæreditas
contineat, *l. more* 8. *ff. de acquir. hæred. l. non
enim* 38. *ff. ad Treb. l.* 1. & 3. *ff. de bonor. pos-
sess. l. hæreditatis* 119. *ff. de verbor. significat.*
§. *Sed quia, Inst. de fideicom. hæred.* necessa-
riò sequebatur ex filiifamilias aditione pa-
tris obligatio. Iniquum autem foret pa-
trem voluntate, ac filij facto ab hostibus
reuersum obligari, cùm patriæ potestatis
nexus præcipuè pro patris commodo ce-
dat. Quæ quidem ratio prorsus deficit in
55 legati, stipulationis, & aliarum huiusmodi
rerum acquisitionibus; semper enim lu-
crosæ sunt, nunquam damnosæ, *l. si hære-
ditatem* 32. *ff. mandat.* Meritò ergo Tri-
phonin. *in dict.* §. *Si quis capiatur*, hæredi-
tatis acquisitionem ab aliis separauit, do-
cens de ea tractari non posse, dum apud
hostes pater est; de aliis verò maximè.
Explicat Fab. *tit.* 11. *princip.* 7. *illat.* 9.

Sed contra suprà dicta illud objici po-
test, quod filiusfamilias personam in iure
ciuili habet, *l. nam ciuium* 4. *ff. de his qui* 56
sunt sui. Quapropter ex omnibus contra-
ctibus (excepto mutuo, & voto, tanquam
paterfamilias obligatur, *l. tam ex contracti-
bus* 57. *ff. de iudic. l. filiusfamilias* 39. *ff. de* 57
obligat. & act. Sed hæreditatis aditio est
quasi contractus, *l.* 3. *in fine, cum l. seq.
ff. quib. ex caus. in possess. eat.* §. *habens, Inst.
de obligat. quæ ex quasi contract.* quæ qui- 58
dem in se obligationes actiuas, commodo-
rumque acquisitionem, & simul obliga-
tiones passiuas, incommodorumque onera
comprehendit, *dict. l. morè*, cum suprà ci-
tatis: ergo dicendum videtur, non rectè
Triphonin. aditionem hæreditatis ab aliis
acquisitionibus separasse, cùm æqualiter
de illa, ac de illis videatur posse tractari,
vt sic quemadmodum in aliis dispositioni-
bus filiusfamilias dum apud hostes pater
est, acquirere potest, vel sibi, patre non re-
uerso; vel patri ab hostibus redeunti: ita
fiat in hæreditatis aditione, vt illius com-
moda vel sibi, vel patri acquirat filius;
ex incommodis verò filius ex persona
propria remaneat obligatus: quod qui-
dem argmentum adiuuatur similitudine
contractuum, in quibus videmus, si vltrò,
citroque obligatio nascatur, vt in emptio-
ne, commodato, mandato, & similibus, 59
obligationem actiuam per filium patri ac-
quiri; passiuam verò apud filium remane-
re, neque contra patrem competere, *l. sed
mihi* 3. §. *si filio* 4. *ff. commod.* nisi peculium
ei concessum fuerit; tunc enim de peculio
pater obligatur; filiusfamilias verò in soli-
dum, *l. si quis cum filiofamilias* 44. *ff. de pe-
cul.* Igitur in aditione hæreditatis idem si- 60
militer dicendum videbatur, videlicet ac-
quisitionem, & commoda in patrem tran-
sire; obligationes autem passiuas ipsum-
met filium solummodò adstringere.

Solutio difficultatis dependet ex diffe- 61
rentia, quæ in hac parte versatur inter adi-
tionem hæreditatis, & illius acquisitio-
nem, & inter contractus. Nam licèt con-
tractus omnes quoad formam suam indiui-
dui sint, itavt non possint pro parte vale-
re, pro parte autem non valere, *l. tu-
tor* 47. §. 1. *ff. de minorib. l. Cùm ex causa* 139.
*ff. de verbor. obligat. l. vlt. Cod. de pact. inter
emptor.*

emptor. actiones tamen directæ, & con-
trariæ, siue actiuæ, siue passiuæ, quæ ex
contractu oriuntur, cùm vtraque per se
consistat, & diuersum finem habeat, sepa-
ratim attenditur, & rectè vna ab altera di-
62 stinguitur; cùm etiamsi directa locum ha-
beat, contraria tamen locum habere pos-
sit, *l.* 1. *§. vlt. ff. de contr. tutel. & vtil. act. l.* 1. *§. Sed an vltrò* 10. *ff. de negot. gest. l. in commodato* 17. *§.* 1. *l. in rebus* 18. *§. vlt. ff. commod.* Vnde euenit, vt quamuis con-
tractus ipse à filio celebratus, totaliter &
indiuidualiter in ipso radicetur, neque ad
63 patrem transeat, *l. in huiusmodi* 12. *ff. de contrah. empt. l. cùm mancipium* 51. *in princip. ff. de adilit. edict. l.* 2. *ff. de litig. iuncta l. in*
64 *omnibus* 55. *ff. de obligat. & act.* in facto
namque omnes contractus consistunt,
l. consilij 7. *§. vlt. ff. de curat. furios.* ea verò
quæ facti sunt, ita in persona filij resident,
65 vt ad patrem non transferantur, *l. qui hæredi* 41. *ff. de condit. & demonstrat. l. quod dicitur* 130. *ff. de verbor. obligat.* actiones
tamen actiuæ, & passiuæ rectè secundùm
naturam suam distinguntur, & separan-
tur, itavt actio illa, quæ acquisitionem
66 continet, per filium patri acquiratur, *dict. l. placet* 79. cum supradictis; passiua autem,
67 quæ obligationem & onus continet, fi-
lium ipsum adstringat, & teneat, *dict. l.* 3. *§. si filius, ff. commod.* Licèt enim tam vna,
quàm altera actio iuris sit, *princip. Inst. de*
68 *act.* constitutum tamen est, vt filius patri
acquirat, & meliorem eius conditionem
faciat, etiam ignorantis & inuiti, & hoc
respectu pro vnica persona habeantur;
non verò vt eum inuitum obliget, aut æri
alieno reluctantem adstringat, deterio-
remve illius conditionem reddat, *dict. l. qui in aliena* 6. *in princip. l.* 3. *§. Si filius, ff. quod quisque iur. l. in persona* 30. *in princip. ff. de pact. l. filius* 23. *ff. de nouat. l. filiusfam.* 22. *ff. de solut. l. melior* 133. *ff. de reg. iur.*

69 At verò in hæreditatis aditione diuer-
sum est, cùm hæreditas ipsa, quæ per adi-
tionem acquiritur, & personæ defuncti
repræsentatio, quam hæres induit, indiui-
dua sit, *l. Pompon.* 8. *ff. de rei vendicat. l. non possumus* 7. *ff. si pars haredit. petat.* vnde
cùm hæreditas iuris nomen sit, *l. hæredi-*
70 *tas* 50. *ff. de petit. hæredit.* & in se omnia
bona, iuraque contineat, *l. si vnus* 27. *§. penult. ff. de pact. l. si quis* 7. *§. vlt. ff. de except. rei iudicat. l. nihil aliud* 24. *ff. de verb. significat. l. hæreditas* 63. *ff. de reg. iur.* & commo-
71 da & incommoda comprehendat, *l. si hæreditatem* 32. *ff. mandati, l. hæreditas* 119. *ff. de verbor. significat. iuncta l.* 1. *ff. de bonor. possess.* & idem sit adire hæreditatem, at-
que oneribus illis obligari, vt probat ele-
ganter textus *in l. eum qui* 51. *§.* 1. *ff. de acquir. hæredit.* optimè cum multis exornat
Valeron. *de transact. tit.* 5. *quæst.* 7. *per tot.*
vbi multos refert casus; non possunt one-
ra à commodis, neque actiones passiuæ ab
actiuis separari, quin ipsa hæreditas diui-
datur, & personæ repræsentatio in partes
separetur. Non potest ergo fieri, vt pater
pro commodis defunctum repræsentet, &
obligationes actiuæ ei acquirantur; filius
verò pro incommodis & obligationibus
passiuis adstringatur: in nihilum ergo va- 72
let aditio à filiofamilias facta, si paternus
iussus non præcedat; cùm quemadmo-
dum non valet, vt per eam patri acquira-
tur, ita valere non possit, vt per eam filius
obligetur; quod satis demonstrant iura
in l. filiusfamilias 92. *ff. de acquir. hæred.* ibi:
Nihil actum esse: & *in dict. l. si quis* 25. *§. Sed si mandauit* 11. *vers. Aliter*, ibi: *Non puto quicquam egisse:* & *in §. Sed si* 14. ibi: *Nihil agit adeundo.* His enim verbis prudentes 73
nostri vtuntur, quoties significare volunt
id quod agitur in nihilo valere, sed pror-
sus inutile, & inualidum esse, nulliusque
meriti, *l. si mulier* 21. *§. si metu, ff. de eo quod met. caus. l. quoties* 15. *ff. de seruit. l.* 1. *l. si id quod* 7. *in princip. ff. de rescind. vendit. l. si eum* 9. *l. sed interim* 11. *§. Si vxor, ff. de donat. inter, l. hæres* 21. *§. seruo, ff. de fideiuss. l. Modestin.* 76. *ff. de solut. l.* 3. *Cod. de contrah. stipulat.* & constat *ex l. Sulpitius* 49. *ff. de donat. int.* vbi nihil agi, & valere op-
ponuntur: & ita tradit Bart. *in dict. l. qui in aliena, in princip.* quem sequitur Ias. *num.* 3.
& Alex. *num.* 8. & probat eleganter Valen-
cia *lib.* 3. *Illustr. de acquir. hæred. tract.* 2. *à num.* 40. *cum seqq.*

Sed contra supradicta difficultatem facit 74
Marcian. *in l. cùm hæres* 52. *ff. de acquir. hæred.* vbi cùm filiusfamilias esset institutus,
& habens patrem furiosum, in cuius erat
potestate, adierit hæreditatem, perinde
habetur, ac si paterfamilias adiisset, in
tantùm, vt etiam ei permittatur seruos hæ-
reditarios manumittere. Et tamen in hac
specie patria potestas nec soluta, nec sus-
pensa erat, *l. patre furioso* 8. *ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* Quomodò ergo mi-
nùs tribuatur patriæ potestati existenti,
quàm patriæ potestati suspensæ.

Et augetur difficultas *ex l. furiosus* 63. 75
ff. de acquir. hæred. vbi Marcel. generaliter
docet furiosum hæreditatem sibi acquirere
posse per seruum & filium, quem habet
in potestate: quâ suppositâ contexturâ
duæ se offerunt considerationes. Prima
ad adeundam hæreditatem minimè iussum
paternum

paternum præcedere oportere, cùm furiosus iubere non possit; vel si id restringamus, itavt dicamus tunc talem iussum præcedere non oportere, cùm propter impedimentum pater non possit iubere, sequitur idem dicendum omninò esse in specie dictæ legis *si quis captiuatur*, cùm similiter propter impedimentum captiuitatis pater iubere non possit. Secunda nascitur ex eo, quod inter se videantur contrarij Marcian. *in dict. l. cùm hæres*, dum satis aperte affirmat, filium furiosi sibi, non patri hæreditatem acquirere, illiusque se dominum facere, cùm ex eo dicat seruos hæreditarios manumittere posse: & Marcel. *in d. l. furiosus*, dum non sibi, sed patri illam acquirere docet filiumfamilias.

76 Solutio constat ex eodem textu *in dict. l. cùm hæres* 52. ibi: *Interponens suam beneuolentiam Diuus Pius rescripsit.* Quod vt percipiatur animaduertere oportet, quod cùm furiosi nulla voluntas, nullum iudi-
77 cium, nullusque sensus sit, minimè potest assensum præstare, filioque iubere, vt hæreditatem sibi delatam adeat, *l. Si quis seruum* 47. *ff. de acquir. heredit. l. si tibi* 8. *§. vnius, ff. de opt. leg. l. cùm dotem* 22. *§. si maritus* 7. *ff. solut. matrim. l. furiosi* 40. *ff de reg. iur.* & cùm aliàs patria potestas per fu-
78 rorem non dissoluatur, *dict. l. patre furioso* 8. euenire necessum erat, vt vel inuitus pater æri alieno filio adeunte obligaretur, contra supradicta iuris principia; velut ipsemet filius propter furorem patris hæreditatis commodo priuaretur, quo aliàs frueretur, si pater iam à rebus humanis decessisset. Huic igitur inæquitati obuiam
79 itum est rescripto Imperatoris Antonini Pij, de quo fit mentio *in dict. l. cùm hæres*; quo effectum est, vt neque aditio filij furiosi patri damnum irroget, illumque æri alieno obliget, neque morbus patris filium hæreditatis commodo priuet; sed perinde filius hæres efficiatur, ac si à patre emancipatus, & paterfamilias factus adiisset: quapropter hoc in casu filius ipse sicut æri alieno obligatur, ita commodum, dominiumque hæreditatis sibi acquirit. Et
80 hic est verus sensus huius legis, quidquid dicant ibi Cuman. *in fine*, Socin. *in l. cùm filio* 11. *num.* 14. *ff. de leg.* 1. Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bon. matern.* 1. *part. num.* 62. Fachin. *lib.* 6. *cap.* 81. existimantes non concessisse Imperatorem filio rerum hæreditariarum dominium, sed tantummodò administrationem. Hoc tamen satis conuincitur ex eo,
81 quod prædictam facultatem adeundi hæreditatem ita *in dict. l. cùm hæres*, filio concessam legimus ex principali beneuolentia, vt perinde habeatur, ac si paterfamilias adiisset; quibus in terminis nemo est, qui non videat, filium non patri, sed sibi tanquam vero domino acquisiturum: & insuper quia ei permittitur seruos hæreditarios manumittere, quos vtrique manumittere haud possit, nisi illorum dominus effectus esset, *l. si seruo* 20. *ff. qui & à quibus*, *l.* 4. *&* 5. *Cod. de his qui à non domin. manumiss. sunt.* Et ita tenent Din. Bart. Bald. & Aretin. *in dict. l. Cùm hæres* 52. Ias. *in l. qui in aliena* 6. *§. interdum*, *num.* 13. *ff. de acquir. heredit.* Petr. Faber *in l. in ambiguis* 85. *circa fin. ff. de reg. iur.* Anton. Faber *in* 2. *tom. ration. in l. hæres* 51. *ff. de petit. hæred.* & elegantissimè probat Valenz. vbi suprà, *n.* 51. 82
Sed præfatam beneuolentiam Diui Pij, vel alterius Imperatoris concessam non legimus fauore filiifamilias apud hostem patrem habentis, ex eo forsitan, quia plus spei lex habeat de ciuibus suis ab hoste, in cuius manu sunt, per virtutem bellicam recuperandis, quàm de furiosi conualescentia; & ideò plus in eo casu tribuitur patriæ potestati suspensæ, quàm patriæ potestati existenti: & benè confirmari potest hæc solutio argumento legis *in bello, in principio*, ibi: *Quia spem reuertendi ciuibus in virtute bellica, magis quàm in pace Romani esse voluerunt*, vt rectè dixit Fab. *in dict. tit.* 11. *princip.* 7. *illat.* 9. *circa finem.* 83

Pro explicatione verò dictæ legis *furios.* (cùm tamen iam prima consideratio circa eam facta ex suprà dictis soluta maneat) notandum est, furiosum non posse hæreditatem adire, neque per se, neque per procuratorem, aut curatorem, vt in principio textus in generalire, quâ loquitur, satis ostendit Marcel. *iuncta l. per curatorem* 90. *ff. eodem tit. de acquir. hæred.* Sed neque bonorum possessionem edictalem pro eodem acquirere poterat, *l.* 1. *§. furiosi* 5. *ff. de success. edict.* *l.* 2. *§. Si quis ex liberis*, *ff. ad Tertyl.* immò neque hæreditas, neque bonorum possessio furioso deferebatur antequam sanæ mentis effectus illam posset adeundo consequi, *dict. l.* 1. *& dict. §. furiosi, d. l.* 2. *d. §. Si quis ex liberis*; cùm neque etiam curreret ei tempus adeundæ hæreditatis, vel petendæ bonorum possessionis, neque scientia curatoris noceret, sicut nec infanti filio patris, *l. vnica, ff. de bonor. possess. furi. l.* 3. *ff. quis ordo in bonor. possess. seruet.* Non enim delata hæreditas, vel bonorum possessio dicitur, nisi quamquis vel adeundo, vel agnoscendo possit acquirere, siue per se, siue per curatorem, *l.* 3. *§. acquirere, ff. de bonor. possess.* *l. delata* 151. *de verbor. significat. l.* 1. *Cod. qui admitti.* 84 85 86 87 88

admitti. Quod sanè procedebat in bonorum possessiore edictali. Receptum nam-
89 que erat, vt curator furiosi nomine decretalem bonorum possessionem accipere posset, quæ extra ordinem dabatur decreto Prætoris, vel Præsidis: & cùm neque ipso iure, neque edicto promitteretur, nec ius aliquod, nec dominium furioso tribueba-
90 tur, sed tantùm operabatur, vt interim dum furiosus in eo statu fuisset, temporis causâ in possessione esset, vt bonis frueretur, indeque se aleret: quapropter si postea furiosus resipisceret, hæreditatem de nouo adire, vel bonorum possessionem edictalem petere debebat, vt ius in illa successione consequeretur. Quod si in furore decessisset, bonorum possessio sine re erat, & in irritum recidebat, hæreditasque vel ad substitutum, vel ad proximum agnatum petinde defetebatur, ac si furiosus nunquam bona possideret; quippe decretalis bonorum possessio iuris nihil furioso tribuebat,
91 *dict.l.unica, ff. de bonor. possess. furios. dict. l.1. §.Furiosi, ff.de success. edict. dict.l.2. §.Si quis ex liberis, ff.ad Tertyl. l. heres* 15. *ff.de petit. hered. l.Licinius* 48. *§.vlt. ff.de leg.*2.
92 *l.final. §.tali, Cod.de curat. furios.* prosequitur Valenc. *vbi suprà, num.*49. *&* 50. vbi notat *in l.cùm heres* 35. *ff.ad Treb.* non fuisse necessarium decretum Imperatoris, vt curator furioso datus bonorum possessionem secundùm tabulas acciperet, sed potiùs vt bonorum illâ possessione acceptâ, quæ decretalis fuit, & ius non tribuerat, posset in fideicommissarium actiones transferre, quasi bonorum possessio ius tribuisset: quæ etiam fuit antiquorum sententia relata per Accurs. in eod. textu, *in verbo Bonorum possessione*.

93 Ad hæc igitur respiciens principia ait Marcel. *in d.l.furiosus*, acquirere sibi furiosum commodum hæreditatis non posse; quia nempe neque ipse adire eam, neque illius bonorum possessionem petere potest, ex suprà dictis. Et licèt in eodem textu ponantur verba illa, *ex testamento*, proculdubio idem erit in hæreditate extranei, si ab intestato deuoluatur (hæreditatem extra-
94 nei dicimus omnem illam, in qua furiosus suus hæres non est, & ad quam acquirendam vel agnitio, vel aditio requirebatur.) Continuantur in eodem textu verba, *Nisi necessarius patri, aut domino heres existat*; quippe quando furiosus, vel suus, necessarius huius est, statim hæres apparet, nec necessaria aditio est, *ad l.in suis* 11.*ff.de liber. & posthum.* Quod si necessarius tantummodò hæres sit, idem instans est delatæ, & acquisitæ hæreditatis, vt eleganter explicat Valenc. *d.lib.*3.*illustr.tract.*1.*de acquir.hered.*

*cap.*3.*n.*5. Sequuntur illa altera verba, *Per alium autem acquiri ei potest, veluti per seruum, vel eum quem in potestate habet*. Et hæc 95
sunt, quæ difficultatem faciunt, siquidem ex illis probatur, filiumfamilias furiosi adeuntem, non sibi, sed patri furioso delatam, & aditam hæreditatem acquirere. Anton.
Fab. *in rat.ad d.l.heres si, ff.de heredit.* prædicta verba referenda existimat non ad hæ- 96
reditatem, sed ad omnia cætera, quorum acquisitio neque factum, neque voluntatem furiosi exigat. Quâ admissâ interpretatione non pugnat Marcel. cum Marcian.
Sed displicet Fabriana hæc interpretatio, 97
quippe quantùm abhorreat à mente Consulti, nemo est qui non videat; inepta enim esset omninò contrapositio, quâ vtitur Consultus, si cùm per se hæreditatem furiosum acquirere non posse docuisset, per alium autem acquirere posse affirmasset, non ipsam hæreditatem, sed alia bona.
Quare meliùs eum Batt. *his* distinguen- 98
dum existimamus: aut enim filius adit suâ sponte, sine iussu curatoris; & tunc sibi acquirit, vt *in d.l.cùm heres*: aut cum iussu curatoris adit, & tunc acquirit patri, vt *in d. l.cùm furiosus*. Ratio est, quia cùm persona 99
filij, cui hæreditas delata est, vel bonorum possessio, compos mentis sit, habilis est, vt ei deferatur successio, & vt aditionis factum exerceat. Vnde iussus, qui tantummodò
requiritur, ne æri alieno inuitus pater obli- 100
getur, eiusve facultates oneribus hæreditariis implicentur, rectè potest à Curatore interponi, *l.*1.*§.Si curator, ff.quod ius*, licèt ipsemet curator adire hæreditatem non po-
tuisset, *d.l.per curatorem* 90. Et quod in præ- 101
fata specie præcedere debeat curatoris authoritas, satis ostenditur ex eo, quod in bonorum possessione per filium agnita (in qua sufficit ratihabitio, prout infrà) non anteà acquiri eam constet, quàm vel pater compos mentis effectus agnitionem comptobauerit, vel curator ratum habuerit, *l.vlt.* §.1. 102
*ff quis ordo in bonor. possess. seruet.l.*1. *Cod. qui admitti*. Et rectè per filium, vel seruum patri tunc furioso acquiritur hæreditas, quia propter morbum ad eam acquirendam, non de iure, sed solùm de facto habet pater impedimentum, *ad l. non minùs* 31, *ff.de hered. instituend.*

Quæ supradicta manent, procedunt 103
attento iure Digestorum; quid autem de iure Codicis sit? Dic breuiter de infante, idest de minore septem annis furioso idem dicendum, & statutum esse ac de infante non furioso, *in l.si infanti* 18. *Cod. de iur. deliber.* non enim est, cur minùs infanti furioso, quàm non furioso tribuatur. Quod si pubes sit furiosus, authoritate

Iuſtiniani hæreditatem illi delatam po-
teſt eius curator adimere; ſed hactenus
104 proficit agnitio, vt hæreditas, quandiu
furioſus viuit, per curatorem adminiſtre-
tur; ſi reſipuerit furioſus, & admiſerit hæ-
reditatem, ei reſtituatur: ſin autem in eo-
dem furore deceſſerit, aut compos mentis
factus hæreditatem repudiet, nihil illi in-
telligatur quæſitum, ſed hæreditas ad eos
reuertatur, ad quos peruentura erat, ſi
furioſus non obſtitiſſet, *l. vlt. §. 2. & §. tali, Cod. de curat. furioſ.* quod etiam in tutore
furioſi impuberis, qui infantiam exceſſit,
admittendum eſt. Proſequitur Donel. *lib. 7. comment. cap. 9. à verſ. Ergo furioſus.*

Sed vt ad ſpeciem dicti §. *Si capiatur,*
105 redeamus, ſubtilis circa eam difficultas eſt,
an filiusfamilias dum apud hoſtes pater
eſt, poſſit petere bonorum poſſeſſionem,
vel an ei poſſit fideicommiſſaria hæreditas
106 reſtitui. Et videtur affirmatiuè reſoluenda,
quippe quod quamuis bonorum poſſeſſio
commoda, & incommoda contineat, non
minùs quàm hæreditas, & per illius agni-
tionem oneribus hæreditariis quis vt hæ-
res obligetur, & ideo bonorum poſſeſſor
107 vicem hæredis gerere dicatur, *l. 1. & dua-
bus ſeqq. ff. de bonor. poſſeſſ.* & ipſa bonorum
poſſeſſio veniat hæreditatis appellatione,
108 *l. 138. ff. de verbor. ſignificat.* & in tantum à
pari procedere videantur, quod quamuis
conditio in ſpecifica forma adimpleri de-
109 beat, *l. qui hæredi 44. l. Mauia 54. ff. de condit. & demonſtrat.* tamen conditio dandi hære-
di impleri poſſit dando bonorum poſſeſſo-
ri, *l. in conditionibus 19. §. ſi patronus, ff. de condit. & demonſtrat. l. is qui in poteſtate 15.*
110 *§. ſi extraneo, ff. de legat. præſtand.* & ſic man-
datum de agnoſcenda bonorum poſſeſſio-
ne pertinet etiam ad adeundam hæredi-
111 tatem, *dict. l. ſi quis 25. §. ſed quid ſi manda-
uit 7. ff. de acquir. hæredit.* cùm tamen eius
112 fines diligenter ſint cuſtodiendi, *l. diligen-
ter 5. ff. mand.* & præterea qui bonorum
poſſeſſionem agnoſcit, & hæres exiſtere,
113 & pro hærede ſe gerere dicatur, *l. 1. Cod. vnde liber. l. puberem, Cod. de tur. deliber.* ni-
hilominus tamen in hoc differunt inter
alia, quod licèt vt filius poſſit adire hære-
ditatem præcedere debeat iuſſus paternus,
vt probant iura ſuprà citata, attamen in
bonorum poſſeſſionis petitione ſufficiat ſu-
114 perueniens poſtea ratihabitio, *dict. l. qui in aliena 6. verſ. Sed in bonorum poſſeſſione, l. ſer-
uo inuito 65. in princip. ff. ad Treb. l. 3. §. Acqui-
rere, ff. de bonor. poſſeſſ. l. vlt. in princip. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſeruet. l. penult. ff. rem rat.*
115 *haberi, l. vlt. Cod. qui admitti:* idque ex vul-
gari regula, quod ratihabitio mandato
comparetur, *l. licèt 56. ff. de iudic. l. cùm pro-
curatoris 12. in fine, ff. de ſolut. l. ſemper qui non prohibet 60. ff. de reg. iur. l. ei qui 7. in fine, Cod.
quod cum eo, l. vlt. C. ad Macedon.* quod etiam 116
ad delicta extenditur, *l. 1. §. ſed etſi 14. l. 3. l. cùm procurator 10. ff. de vi & vi armat. l. hoc
iure, §. maleficio, ff. de iureiur.* Cuius rei di- 117
uerſitatis ratio ex eo ſumenda eſt (relictis
quas alias tradunt DD. citati per Valenc.
d. c. 2. n. 56.) quia aditio hæreditatis ſiue, vt
olim, per ſolennem cretionem celebrare-
tur, ſiue per geſtionem pro hærede) nam-
que hos fuiſſe duos modos acquirendæ
hæreditatis, ſatis conſtat *ex l. Si quis 25.* 118
§. ſed quid ſi mandauit 7. ff. de acquir. hæred. l. & ſi quis 14. §. plerique 8. ff. de relig. Donel.
lib. 7. comment. c. 8. Valenc. aliis citatis vbi ſu-
prà, *n. 58.*) cùm ex lege XII. Tabularum, &
iure ciuili deſcenderet, ſtatim, & ipſo iure
adeuntem hæredem faciebat, & repræſen-
tationem defuncti perſonæ hæredi impo-
nebat, quam ſemel indutam exuere poſtea
hæres minimè poterat; quippe ſemel effe-
ctus hæres, vllo modo deſinere eſſe vale-
bat, *l. hæreditas 34. ff. de hæredib. inſtituend. l. ex* 119
*facto 43. §. vlt. ff. de vulgar. l. at Prætor 7. alias l. & ſi ſine, §. ſed quod Papinian. ff. de minorib.
l. ei qui ſoluendo 88. ff. de hæred. inſtituend.* vn- 120
de euenire neceſſum erat, vt ſi ante aditio-
nem, vel pro hærede geſtionem iuſſus pa-
tris ad illius validitatem non antecederet,
fruſtra poſtea interueniret, cùm ſemel
aditionem factam neque infirmare poſſet,
neque confirmare; & conſequenter iam
ære alieno inuitus pater teneretur, cùm non 121
poſſet pro parte defunctum repræſentare,
hoc eſt quoad commoda, & non quoad
onera: oportuit igitur ex hac iuris philoſo-
phia, & neceſſitate, vt omninò in filiorum-
familias ſeruorumve aditionibus paternus
vel dominicus iuſſus præcederet; & hac ra-
tione dicimus aditionem hæreditatis actum
legitimum eſſe, *l. actus legitimi 77. ff. de reg.* 122
iur. Quapropter debet fieri purè, ſemel, &
teſtato, & patris iuſſu præcedente, quia
neque poteſt conditionem admittere, ne-
que in ſuſpenſo eſſe, *l. cum qui 52. §. 1. ff. de acquir. hæred. d. l. actus legitimi.* Quare verba
illa, *Ea conditione adierunt hæreditatem*, de
quibus *in l. primi gradus 23. ff. quæ in fraud.* 123
creditor. ſignificant legem, vel conuentio-
nem ab hærede cum creditoribus factam,
vt certâ quantitate contenti eſſent; non
verò conditionem poſitam in ipſa aditio-
ne; quippe eam purè factam fuiſſe omni-
nò dicendum eſt, vt poſt Hotoman. & Petr.
Fabr. rectè intelligit Valenc. *vbi ſuprà, n. 57.*
Quæ quidem ratio deficit in bonorum 124
poſſeſſione. Namque cùm Prætor ipſo iure
hæredē efficere non poſſit, nec directas, ſed
vtiles tantùm tribuat actiones; neque enim
eſt

est successio in vniuersum jus, quod de-
functus habuit, quomodo definitur hære-
125 ditas *in l. Nihil alind 24. ff. de verbor. signifi-*
cat. sed potiùs jus retinendi, prosequendi-
que patrimonij, siue rei, quæ cuiusque
126 cùm moritur fuit, *l. 3. §. bonorum, ff. de bonor.*
possess. inde sanè fit, vt illius agnitio sus-
pendi rectè possit, & illius petitorij confir-
matio possit similiter ratihabitionem spe-
ctare. Quod exemplo confirmatur; nam-
que hæredi sub conditione instituto bono-
rum possessio dari solet, sine re tamen inte-
127 rim dum conditio existit, *l. 2. §. si sub condi-*
tione 5. & seq. ff. de bonor. possess. secund. tab.
& deficiente conditione substituto data es-
128 set hæreditas, *l. inter omnes 12. ff. qui satisdar.*
cog. l. Paulus 8. ff. de prætor. stipulat. cùm ta-
men adiri hæreditas pendente conditione
129 minimè valeat, *l. si heredi 5. & passim, ff. de*
condit. institut. quia semel adita auferri ab
instituto non potest, neque ad substitu-
130 tum pertinere, *l. ait Prætor 7. §. sed quod*
Papinianus 10. ff. de minoribus. Ex hac igi-
tur juris ratione emanauit, vt aditio, quæ
directò hæredem facit, non possit esse in
suspenso, atque ideo ad eam à filiofami-
lias celebrandam præcedere debeat pater-
nus iussus: econtrà verò, vt ratihabitio
subsequens bonorum possessionis agnitio-
nem confirmare possit; quia cùm non fa-
131 ciat directò hæredem, suspensionem po-
test admittere; nec verendum esset, quod
per obliquum pater æri alieno obligaretur,
dum actionibus vtilibus adstringitur; licèt
namque vtiles eundem effectum habeant,
132 ac directæ actiones, *l. actio 47. ff. de neg. gest.*
l. 1. Cod. de act. & obligat. l. 3. Cod. de nouat.
ex quo principio bonorum possessor vi-
cem hæredis habere dicitur, & ipsa bono-
rum possessio hæreditari assimilatur, vt di-
cunt jura suprà citata; Prætor tamen cùm
133 æquitatem semper præ oculis habeat, *l. sed*
cùm patrono 6. §. quamuis, ff. de bonor. possess.
& ipse sit, qui vtiles actiones per bono-
rum possessionem concedit, eas ita mode-
ratur & temperat, vt non aliter compe-
tant, quàm sequutâ patris ratihabitione.
Si ergo cessat ratio illa, ob quam filiusfa-
milias in specie dictæ legis *in bello 12. §. 1.*
non potest adire hæreditatem, à cessante
ratione videtur dicendum, posse bonorum
petere possessionem, & agnoscere, itavt
spectet patris ratihabitionem, si reuerta-
tur, vel remaneat filio acquisita, illo apud
hostes decedente.

134 Et idem dicendum videtur si de fidei-
commissariæ hæreditatis restitutione age-
retur: in ea namque etiam sufficit ratiha-
bitio, ex eadem ratione, quod actiones
vtiles in fideicommissarium à Prætore con-
cedantur. Quapropter similis est restitu-
tio bonorum possessioni, vt Marcian. scri-
bit *in dict. l. Seruo inuito, in princip.* & Præ-
tor non aliter teneri etiam fideicommissa-
riæ restitutioni patrem decernit, quàm
sequuta ratihabitione.

Quid ergo dicendum in supradicta 135
quæstione? Et relictis quæ non satis cla-
rè in ea docet Fab. *in dict. tit. 11. princip. 9.*
sic eam resoluendam existimo. Vel pa-
ter reuertitur ab hostibus, vel apud eos 136
decedit. Si reuertitur ab hostibus, & ra-
tam habet à filio agnitam bonorum pos-
sessionem, sibi acquirit; si verò ratam non
habet, deuoluitur hæreditas ad illos, ad
quos deuolui debet, vel substitutos, vel
hæredes ab intestato venientes. Quod si 137
pater decedit, cùm ante captiuitatem de-
cessisse dicatur (provt infra) tempore ag-
nitæ bonorum possessionis iam filius sui ju-
ris est: sibi ergo acquisiuisse intelligitur.
Quod si filius moriatur ante reuersum pa- 138
trem, vel in hac specie pater reuertitur,
vel decedit apud hostes. Si pater reuerti-
tur, filius qui decessit, tanquam filiusfa-
milias intelligitur decessisse: quapropter
idem dicendum, vt nempe si pater ratum
habeat, sibi acquirat: quod si ratum non
habuerit, sic etiam hæreditas deuoluatur
vel ad substitutos, vel ab intestato venien-
tes. Quod si filiusfamilias decedat, & po- 139
steà pater, cùm semper pater legis Corne-
liæ beneficio priùs decessisse intelligatur,
vtique filiusfamilias mori intelligitur. Eo-
dem modo bonorum possessio, quam ipse
agnouit, in irritum recidit, quia iam pater
illam ratam habere non potest, nec illius
hæres, *l. Bona 3. § acquirere 7. circa finem,*
ff. de bonor. possess. & idem dices circa fidei-
commissariæ hæreditatis restitutionem.

Cæterùm noua Iustiniani constitutione 140
in l. fin. Cod. de bonis quæ liber. constitutum
est, posse filiumfamilias hæreditatem ad-
uentitiam sibi delatam, etiam recusante
patre adire, ita vt tunc pleno jure filio
acquiratur, tam in vsufructu, quàm in
proprietate. E contrario etiam ipsi patri 141
conceditur hæreditatis aditio, si filius
eam adire recusauerit, ita vt in hoc
casu ad patrem pleno jure hæreditas
pertineat, & tam vsusfructus, quàm
proprietas eidem acquiratur, *dict. l. final*
in princip. Cùm igitur hodie ignorante
patre possit filius hanc hæreditatem adi-
re, cùm nullum patri damnum inferat,
neque enim periculum est, ne patrem
æri alieno inuitum obliget, cùm etiam 142
scienti, & consentienti vsusfructus tantùm

in hæreditate acquiratur, atque ita filius solus & hæres sit, & hæreditariis oneribus obligetur, argumento legis *Rectè dicimus* 25. *ff. de verbor. significat. l. final.* §. *Si autem as, Cod. de bonis quæ liber.* restat dicendum etiam correctam manere speciem dicti §. *captatur.* In sequenti verò §. vide multa ad eandem materiam postliminij attinentia.

---

§. II.

Prosequuntur iurium multorum explicationes circa eandem materiam.

SVMMARIVM.

1 L. non vt à patre 8. l. cùm duæ 14. §. non vt pater, ff. de captiu. *Quare pater reuersus recuperet filios, non vxorem:* & num. 2. *vide* num. 36. 37. & 39. 60. 61. 67. & 72.

9 *Aduertitur ratio Amaya* num. 3. 5. & 6. *Reprobatur* num. 11. 12.

4 *Matrimonium soluebatur captiuitate:* & num. 31. 32. *& ibi datur ratio.*

7 L. si quis posthumus 9. §. 1. filium, ff. de liber. & posthum. *explicatur ex Amaya. Vide tamen* ex num. 16. 18. 19. 25. & 26. *& vide* num. 22.

8 *Per captiuitatem non soluebatur matrimonium patroni: vide* n. 27. 28. & 29.
Ius patriæ potestatis non soluitur per captiuitatem, n. 10. 33. & 34.

11 L. illa institutio 32. §. 1. de hæred. instit. explicatur, & n. 13. 14. & 15.

17 *Rumpitur testamentum etiam quasi agnatione posthumi.*

20 *Iure testati filius nepoti obstat, qui nihil obstat iure intestati.*

22 *Et quod tempus sit expectandum.*

24 *Pater non tenetur nepotem instituere*, num. 23. *Nepos habet querelam ex persona filij.*

30 *Differentia ratio.*

33 *Vxor captiui etsi velit, non est in matrimonio.*

40 *Matrimonium totum pendet ex coniugum consensu: & vide* n. 45.

41 *Obiectio Amaya:* & n. 42. *& satisfit ei* num. 43.
Contractus quomodo sint voluntatis, n. 44.

46 *Lex* quidquid 48. de reg. jur. *retorquetur contra Amayam. Explicatur* n. 47.

49 *Iure ciuili matrimonium dissoluebatur diuortio*, n. 48. *& ibi explicatur lex* 1. de diuort. *in quo distet à repudio.*

50 *Vnde dictum.*

52 *Quomodo fieret*, n. 51. *quibus pænis plectatur*, & n. 54. *& quando non*, n. 55. *Explicatur lex* Si filius 5. ff. de diuort. l. filiæ 59. ff. solut. matrim.

62 *Vnde introducerentur caduca de lege Iulia, de vigesima* num. 62. *de Papinian.* & num. 66.

64 L. filiusfamilias 14. §. Diui 5. ff. de legat. 1. *explicatur*, n. 68. 69. & 70.

67 *Triennium viduis concessum quomodo numerabatur.*

77 *Triennium concedebatur mulieribus, quinquennia maritis:* & n. 78.

79 *Quid in filiisfamilias.*

80 *Lex* in bello 12. §. medio 3. ff. de captiu. *explicatur.*

81 *Seruus attento iure canonico potest contrahere matrimonium.*

82 *Quomodo illud possit contrahere vxor captiui.*

83 *Lex* Si me tibi 13. ff. de captiu.

84 *Adrogatus transit in familiam adrogatoris.*

85 *Lex* Sed etiam 14. ff. de adopt. *explicatur.*

86 *Et lex* 1. §. si postliminij 8. ff. de coniung.

87 *Finita adoptione nullum vestigium remanet.*

88 *Lex* 1. §. 2. ff. de coniung. *explicatur.*

89 *Lex* 1. Cod. de postlimin. *explicatur*, & n. 90. 94. 95. 96. 97.

91 *Explicatur lex* si apud hostes, ff. de captiu.

92 *Lex* Diui Seuerus 25. ff. de captiu.

EX suprà dictis autem pendet etiam ratio dubitandi *ad l. non vt à patre* 8. *l. cùm duæ* 14. §. *non vt pater*, *ff. de captiu.* in quibus Paul. & Pompon. scribunt, non vt à patre filium, ita & vxorem à marito jure postliminij recipi, sed tunc cùm & voluerit mulier, & adhuc post constitutum tempus nupta non fuerit: videbatur enim, non aliud juris in vxore, quàm in liberis constituendum esse, propter generalitatem, vt ita dicam, fictionis postliminij, vt retrò in ciuitate fuisse credatur quisquis ab hostibus redit, *l. retro 16. eod. tit.* 1 2

Amaya *lib. 2. obseru. cap. 1. à num.* 14. huius rei illam differentiæ rationem voluit esse, quoniam inter modos soluendi matrimonij præcipuus ille erat, qui ex captiuitate contingebat, *l. 1. ff. de diuort. l. si quis 56. ff. solut. matrim.* atque ideò cùm ipsum per se sit diremptum, mirum non esse ait, si non redintegretur, nisi nouus consensus 3 4

5 sus interueniat, nec postliminium ad hoc valeat; cùm in eo solum ea contineantur, quæ possunt suspendi, non verò quæ per ipsam captiuitatem rupta & finita sunt, *l. illa institutio* 32. §. 1. *ff. de hæred. instit.* ibi:
6 *Quia iure postliminij omnia iura Ciuitatis in personam eius retinentur, non abrumpuntur,* vt diximus *hoc cap.*

Expenditque etiam pro eadem solutione textum *in l. si quis posthumus* 9. §. *si filium, ff. de liber. & posthum.* quem sic ponderat. Species eius est: Auus exhæredauit filium, præteriuit nepotem, instituitque extraneum. Ante aditam hæreditatem mortuus est filius. Quæritur an nepos testamentum rumpat. Iulian. Pompon. & Marcel. negant rumpere; diuersumque esse ait Paul. si in hostium potestate filius sit, & decesserit in eodem statu: rumpit enim his casibus; & rationem assignat ibi, quòd moriente auo filij ius pependerit; non abscissum, vt
7 superiori casu, fuerit. Hæc verba mutare literam coëgerunt Anton. Fabr. *lib. 1. coniectur. cap. 12.* & *in Iurisprud. tit. 11. princip. 7. illat. 1.* legerentque quod moriente auo, illius, idest nepotis, ius pependerit. Sed sine literæ mutatione sic interpretatur Amaya *vbi suprà, num. 16.* vt nempe prædicta verba, *filij ius pependerit*, non sint referenda ad captiuum, sed ad nepotem: quasi dicat Consultus, filij ius in nepote pendebat, vt *in §. ab hostibus*, ibi: *Ius liberorum, Inst. quibus mod. ius patr. potest. soluit. l. apud 9.* ibi: *Filij iura, ff. de capt.* quia scilicet pendebat, an occupare posset, vel non primum suitatis gradum, & iura filij & suitatis consequi; an esset suus, hoc est filij ius, sicut dicitur ius sui, *in l. 1. §. ex his, ff. de liber. agnoscend. l. si impubes 7. §. 1. ff. de carbon. edict. §. vlt. Inst. de adopt.* & in hoc casu spes illa occupandi primum gradum non erat abscissa, sed pendebat; & adhuc non erat absque spe nepos tempore mortis aui, vt in superiori casu, quo
8 erat præcessus à patre. Expendit deinde textum *in l. in eo iure 45. §. final. ff. de rit. nuptiar.* vbi si patronus captiuus sit, non soluitur eius, & libertæ matrimonium. Ex quo Amaya sic infert *num. 17.* Ergo si contineri regulariter postliminio posset, suspenderetur dum captiuitas durat; siquidem ob specialem rationem reuerentiæ patronalis in eo casu sustinetur. Vnde ex sua natura non potuit in captiuitate pendere, sed aut debuit consistere, & valere, aut abrumpi, in quo medium non potuit interuenire.

9 Sed certè hæc solutio Amayæ animum non explet; quippe quæ non assignat rationem differentiæ, ob quam non possit pendere ius viri erga vxorem, vt postea postliminio restituatur; sicut pendet ius parris erga filios, & postliminio restituitur. Quemadmodum namque iure ciuili 10
matrimonium captiuitate finiebatur, ita etiam in rei veritate ius patriæ potestatis patris captiuitate soluebatur, quia pater, qui hostium seruus erat, haud poterat filios in potestate habere. Neque illud quod addit Amaya *num. 22.* videlicet inæquali- 11
tatem, quæ efficit, vt captiuitate matrimonium soluatur, *Nouel. 22.* quæ est *Auth. de nupt. §. sed & captiuitatis, & §. Si verò ab initio, collat. 4.* clariùs & apertiùs versari in indiuiduitate vitæ, quæ in matrimonio adest, quàm in ea, quæ datur inter patrem, & filium; cùm ea sit perpetua semper, hæc autem ad adquirendum tantùm habeat locum, *l. final. Cod. de impuber. l. placet 79. ff. de acquir. hæredit.* ad rem quid- 12
quam facit; quid enim hoc interest ad effectum, de quo agimus? cùm semper verum sit à parte rei, nec posse dari maritum seruum, attento iure ciuili, nec patrem seruum filios in potestate habentem; implicat enim cum seruitute patrisfamilias 13
ius solis Romanis Ciuibus debitum. Neque illa verba textus *in dict. l. Illa institutio 39. §. 1. ff. de hæred. instit.* quicquam pro Amaya faciunt; id enim solùm significant, ita postliminium omnia, quæ captiuus in Ciuitate habeat, retineri efficere, vt non abrupta (hoc est sublata) sed potiùs suspensa intelligantur: & ex eo docet ibi Gaius, eum 14
qui apud hostes est, rectè posse hæredem institui, quia licèt attentâ rei veritate, seruus sit hostium, & testamenti factio cum seruis ex persona dominorum introducta sit, *l. non minùs 31. ff. de hæred. instituend.* & pro comperto sit, hostes quorum seruus est, à nobis hæredes institui non posse, quæ fuit ratio dubitandi ad eum textum; nihilominus cùm spes postliminij omnia iura suspendat, suspendit etiam ius factionis testamenti passiuæ, cuius capti- 15
uus, antequam caperetur, expers non erat. Ideoque asserit Gaius, quod si seruus fugerit ab hostibus, adire poterit hæreditatem. Nihil ergo ex hoc textu deduci po- 16
test pro confirmanda Amayæ solutione: & similiter nihil deducitur pro ea *ex dict. l. Si quis posthumus 9. §. Si filium, ff. de liber. & posthum.* vt legenti statim apparet: immò verba illa (*filij ius pependerit*) meliùs intelliguntur, si ad ipsum filium, qui captiuus tempore testamenti erat, referantur. Sic ponendo speciem, præsupponendum est, non tantùm agnatione posthumi præ-

teriti testamentum rumpi, sed & quasi ag-
natione, idest successione in locum sui hæ-
17 redis, ex secundo capite legis Velleiæ,
vt si viuo patre filius moriatur, & in eius
locum nepos præteritus succedat, *l. Gal-
lus 29. §. sequenti parte 13. ff. de liber. & post-
hum. l. posthumos 13. ff. de iniust. rupt. §. Post-
humorum 3. Inst. de exhared. liberor.* quo
18 supposito finge: Filium exhæredo, extra-
neum instituo, nepotem ex filio præte-
reo; iustum est testamentum. At viuo, &
deliberante instituto filius decessit, & de-
inde institutus repudiauit, atque ita desti-
tutum est testamentum, cum nemo ex eo
19 hæres esse possit, *§. posteriori, Inst. quib. mod.
testam. infirment.* In hac specie filius, qui
antequam testamentum destitueretur, vi-
tâ functus est, non potest patri hæres esse:
nepos igitur suus hæres erit, quia in hac
hæreditate proximior est. Quod si post
mortem filij adierit scriptus hæres, præ-
teritio nepotis testamentum non rumpit;
nam successione in locum sui testamentum
rumpitur, eaque successio fit viuo testato-
re; scripto autem adeunte, nepos in sui
20 locum non succedit; quoniam filius eum
omninò præcessit mortis tempore, atque
ideò iure testati filius nepoti obstat, qui
nihil obstat iure intestati, vt omnia hæc
eleganter comprehendit Papinian. *in l.
scripto 6. ff. vnde liberi.* Probantque etiam
optima iura *in l. Si quis filios 6. ff. de iniust.
rupt. l. 1. §. Sciendum 8. ff. de suis & legitim.
hæred. §. Cùm autem 7. Inst. de hæredit. quæ
ab intest.* quibus iuribus addendi sunt Do-
nel. *lib. 7. cap. 2. vers. de testamento ita consti-
tuto:* & ibi Osuald. *lit. C. & in l. Gallus,
§. & quid si tantùm, 4. part. à num. 20. cum
21 seqq. ff. de liber. & posthum.* Colliges hinc
igitur ex dictis, in causa testati mortis
tempus spectandum, & item in causa in-
testati nullo facto testamento; facto au-
tem testamento, eoque destituto, non
mortis, sed destituti testamenti tempus
spectandum: & hic est sensus illorum ver-
22 borum dicti *§. si filium*, ibi: *Quoniam hæc
verba, si intestatus moritur, ad id tempus
referuntur, quo testamentum destituitur,
non quo moritur.* Rationem autem supe-
rioris conclusionis, nempe quare nepos
præteritus, si filius viuo auo moriatur,
rumpat testamentum, assignat Paul. ibi,
abscissum, vt superiori casu fieret, idest
per exhæreditationem filij; quia pater, vt
rectè testaretur, solùm debebat vel filium
instituere, vel exhæredare: quamuis ne-
23 potem à patre præcessum præterierit, *l. in-
ter cætera 30. ff. de liber. & posth. princip.
Inst. de exhared. liberor.* cum vulgaribus:
& faciunt ad præfatam rationem confir-
mandam iura *in l. filium quem in potesta-* 24
*te 20. §. videamus 1. ff. de bon. possess. contr.
tab. l. 1. §. Consanguineos 10. ff. de suis, & legi-
tim. hæred.* Habebit tamen in hac specie
nepos querelam ex persona filij, prout Iu-
stinian. constituit *in l. si quis filium, Cod. de
inoffic. testam.* Diuersumque est, ait Consul-
tus, si in hostium potestate filius sit, & de-
cesserit in eodem statu. Sic finge speciem. 25
Pater dum filium haberet apud hostes,
eum exhæredauit, præteritque nepotem:
filius in eodem statu captiuus apud hostes
decessit; docet Consultus, quòd in hoc ca-
su nepos rumpit testamentum ea ratione,
quòd moriente auo filij ius pependerit,
non abscissum fuerit: quasi apertiùs dice-
ret, postliminium suspensa conseruare iu-
ra filij, & non abrumpi. Vnde in suspenso
est, an filius captus ab hostibus tempore
mortis patris retineat necne primum sui-
tatis gradum, ad hoc vt nepos possit vel
rumpere, vel non rumpere testamentum:
quippe si filius redierit, cum semper retrò
in ciuitate fuisse fingatur, obstat nepoti,
& validum est testamentum aui, cùm fi-
lius in eo exhæredatus inueniatur. Quod
si filius non redierit, & mortuus censeatur
ab eodem captiuitatis instanti, præcisum
est nepotem rumpere testamentum, cùm
in vita aui in ius filij successerit, hoc est
primum suitatis locum occupauerit. Re-
ctissimis ergo, & elegantissimis verbis se 26
Consultus declarauit dicens, quod mo-
riente auo filij captiui ius pependerit, hoc
est pependerit propter spem postliminij,
an moriente patre in primo gradu esset,
vt nepoti obstaret; vel non, vt ei non ob-
staret suitatis gradus. Vides ergo, quo-
modo textus hic nihil continet, quod possit
ponderari pro Amayæ solutione.

Minùs sanè pro ea deducitur *ex d. l. in* 26
eo iure 45. §. final ff. de rit. nupt. ex qua de-
ducitur, valde controuersum fuisse apud
Consultos, an etiam in illa specie, sicut in
aliis, idem ius foret? vt constat ex illis
verbis: *Vereor ne possit ista connubium ha-* 27
berenubendo. Et ibi: *At qui Iuliani senten-
tiam probant.* Sed specialis est species hæc,
& specialitatis rationem expressit Consul-
tus sic: *Putat enim Iulianus durare eius liber-
tæ matrimonium, etiam in captiuitate, pro-
pter patroni reuerentiam.* Et ponderan-
da sunt verba, quæ statim sequuntur: *Cer-
tè si in aliam seruitutem patronus sit dedu-
ctus, procul dubio dissolutum est matrimo-
nium.* Cuius quidem rei differentiæ illa 28
ratio esse potest, quod in seruitute, quæ
captiuitate contingit, certior sit spes re-
deundi

deundi Ciuibus Romanis, vt iam suprà di-
29 ximus. Vnde notabis, quod licèt super nuptias non possit postliminij fictio aliquid operari, illius tamen qualisqualis ratio habita fuit, vt Iulian. patronali reuerentiæ tribueret, ne patroni cum liberta ipsius patroni captiuitate matrimonium solueretur; & ex eo seruitutem, quæ per eum contigerat, separauit ab aliis seruitutibus.

30 Reiectâ ergo solutione Amayæ, quæ minimè sustineri potest, minimeque fulcitur iuribus, quibus ad eam comprobandam motus fuit. Dicendum existimo, verum quidem esse attento iure ciuili, matri-
31 monium per captiuitatem dissolui, *l. 1. ff. de diuort.* ex ratione, quæ ponitur *in auth. de nupt. §. Sed etiam captiuitatis, collat.* 4. quod inæqualitas superueniens æqualitatem in nuptiis manere non sinat; quasi dicat,
32 quod cùm captiuus efficiatur seruus hostium, *§. Serui, Inst. de iur. personar.* seruitus superueniens dissoluit matrimonium, quia ius ciuile seruorum matrimonia non admittit, *l. 3. l. Lucius 27. ff. deposit. l. Proculus 67. ff. de iur. dot. l. humilem 7. Cod. de incest. nupt.* Fab. *in Iurisprud. tit. 9. princip. 3.*
33 *illat.* 5. qua ratione eleganter docuit textus *in l. in bello 15. §. sed captiui 4. ff. de captiu.* quod vxor captiui, etsi maximè velit, & in domo mariti remaneat, tamen non sit in matrimonio; quippe implicat hominem captiuum virum legitimum esse: notauit Barbosa *in 1. part. rub. num. 63. ff. soluto matrimonio.* deinde certum est, atten-
34 ta rei veritate, patrem captiuum patremfamilias desinere esse, filiosque non habere in potestate; quia similiter implicat, illum esse seruum, & patremfamilias, *l. lege 12. in fine, ff. de testam.* ibi: *Quia in potestate morientis non fuit, l. dum apud hostes 31. ff. de liber. & posthum.* quâ attentâ veritate ibi docet Paul. dum apud hostes est filius, patrem iure præteriisse, cùm si in potestate esset filius, haud valiturum esset, *l. final.*
35 *Cod. de sent pass.* implicat enim alium habere in potestate, qui in alterius est potestate, *l. sic euenit 21. ff. ad l. Iuliam de adulter.* Sed nihilominus verum est postliminio à patre filios recuperari, non verò vxorem à marito.

36 Huius tamen differentiæ illa vera ratio est, quia vt sint liberi in potestate parentum, iuris dumtaxat efficitur potestate, non verò consensu liberorum, *§. Ius autem, Inst. de patr. potest.* & ex eo non nisi
37 patris voluntate dissolui potest patria potestas, nisi vel mors, vel captiuitas, vel quid aliud simile illam dissoluerit, iuxta tradita per totum titulum *Inst. quibus mod. ius patr. potest. soluit.* At matrimonium totum pendet ex coniugum consensu, & 38
voluntate, *l. Nuptias 30. ff. de reg. iur.* bonus textus ad vtrumque intentum *in l. patri furioso 8. ff. de his qui sunt sui.* Vnde cùm captiuitate iure ciuili finiatur matrimonium, meritò reintegrari non potest sine nouo consensu. *dict. l. cùm duo 14. §. 1. ff. de captiu.* & cùm patria potestas tota iuris sit, meritò etiam postliminij spe suspenditur, dum pater apud hostes est, & meritò eo reuerso eiusdem beneficio recuperatur. At verò, cùm matrimonium totum facti 39
sit, cùm ea, quæ animo & consilio peraguntur, in facto consistant, *l. consilio 7. §. vlt. ff. de curat. furios.* nec marito apud hostes captiuo spe postliminij suspendi potest, nec eo reuerso illius beneficio recuperari; quippe, vt etiam iam diximus, postliminio quæ facti sunt non continentur. Hanc rationem tradiderunt Cuiac. *Nouel. 12.* Anton. Fab. *dict. tit. 11. princip. 8. illat. 8.* & ante eos Barbosa *in dict. 2. part. rub. sol. matrimon. num. 64.*

Hanc tamen rationem impugnare contendit Amaya vbi suprà, *num. 11.* sequenti argumento, videlicet quod in omnibus contractibus etiam consensus à principio requiritur, licèt postea sequi debeat factum traditionis, vt ex eo dominium ac-
quiratur, *l. id quod nostrum, ff. de reg. iur. iunctâ l. si tibi homo 86. §. & cùm seruus, ff. de leg. 1. l. traditionibus, Cod. de pact. §. per traditionem, Inst. de rer. diuis.* ita similiter in matrimonio consensus debet à princi-
pio interuenire, licèt postea sequatur concubitus, qui pro traditione habetur, nec requiritur consensus perseuerantia; aliàs eo ipso, quod coniuges dissentirent, matrimonium non esset, contra *legem quidquid 48. ff. de reg. iur.* de quo vide multa iura, de quibus Ego ipse *forens. cap. 14. n. 44. & 45.* Ergo quemadmodum dominium acquisitum per contractum recuperatur postliminio, ita similiter à marito vxor recuperari debet.

Cæterùm argumentatio hæc omninò sophistica est; quippe illud in aliis contractibus procedit, vt cùm à principio sint voluntatis, ex postfacto fiant necessitatis; 43
& ideo sufficit, quod à principio amborum contrahentium perficiantur consensu, vt ex postfacto vnius non dissoluantur dissensu, *ad l. sicut 5. Cod. de obligat. & act.*
Secus erat in matrimonio, attento iure ciuili, cùm inter inuitos neque contraheretur, neque retineretur, *l. si patre 22. ff. de rit. nuptiar. l. 1. ff. de diuort.* bonus textus *in l. Titia 134. ff. de verbor. obligat.* ibi: *Quia in*

45 *inhonestum visum est vinculo pœna matrimonia obstringi, siue futura, siue iam contracta.* Optimus textus *in l. neque ab initio* 14. *Cod. de nupt.* ibi: *Vnde intelligis liberam facultatem contrahendi, atque distrahendi matrimonium, transferre ad necessitatem non oportere*, prout notat benè Fab. *vbi suprà.* Quapropter rectè dominium acquisitum contractibus, cùm totum iuris sit (non sicut possessio, prout infra) & spe postliminij suspenditur, & illius beneficio recuperatur; non ita verò matrimonium, quod propter continuatum consensum requisitum & in fieri, & in facto esse, totum facti est.

46 Neque obstat textus ab Amaya adductus *in dict. l. quidquid* 48. *ff. de reg. iur.* quin immò in contrarium retorquetur. Hæc lex coniungenda est cum lege 3. *ff. de diuort.* prout ibi notat Cuiac. vbi idem Iurisconsult. Paul. author huius dictæ legis *quidquid*, & *eod. lib.* 35. *ad Edict.* ait diuortium esse quod fit animo perpetuæ dissensionis, sicut quoque matrimonium
47 est, quod fit animo perpetuæ & indiuiduæ consuetudinis. Vnde infert, quod quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non priùs ratum est, quàm si perseuerantiâ apparuerit indicium animi fuisse: inde per calorem misso repudio, si breui reuersa vxor est, nec diuertisse videri docet, vtpote si iratus vir dixerit vxori: *Res tuas tibi habeto; reddito claues; facessas domo.* Si vxor abierit à ianua, id sanè non priùs habebatur pro diuortio, quàm si in eadem voluntate vir perseuerasset, aliàs dicitur friuisculum, vel fribusculum, vel iurgium friuolarium, dissidium, & nonnunquam noxa: notat Cuiac. *in d. l.* 3. *ff. de diuort.* Quare similiter si vxor, quæ repudium miserat, breuiter reuertebatur, non erat diuortium. Hæc est sententia vtriusque textus: & si benè perpendas, infertur potiùs, semper matrimonium in fieri, & in facto esse à coniugum voluntate, attento iure ciuili pendere, vt sic semper teneas in facto consistere, ne vel spe postliminij suspendatur, vel illius beneficio restituatur.

Quod meliùs confirmabis si aduertas, apud Romanos matrimonia iam contracta non solùm captiuitate, seruitute, vel morte, sed etiam diuortio dissolui consueuisse, *l. 1. & per totum ff. de diuort.* in quo textu
48 notabis eleganter Paul. separasse captiuitatem à seruitute, vt etiam fit in edicto, *ex quibus causis maior. in integer. restit.* propter spem postliminij; quæ facit vt captiui non omninò existimentur esse serui, cùm non sint desperati serui, *l. inter stuprum* 101. §. 1. *l. inter diuortium* 191. *ff. de verbor. significat.* vbi idem Paul. ducet, di- 49
uortium à repudio distare, tanquam genus ab specie, quippe repudium nomen erat generale, cùm repudiaretur tam sponsa, quàm vxor: diuortium autem nomen speciale erat, quia fieri dicebatur tantùm inter maritum & vxorem, quasi in diuersas partes essent, *l. 2. ff. de diuort. l. 1.* 50
& per totum Cod. de repud. & vel fieret ex mala causa, quando vno tantùm volente diuortium celebrabatur, altero inuito, & 51
absque aliqua causa, sed solùm ex mera voluntate, quod quidem fieri posse videtur probare textus *in l. 2. Cod. de inutil. stipulat. l. neque ab initio* 14. *Cod de nupt. l. cùm hic status* 32. §. *si diuortium* 10. *ff. de donat. inter*, ad cuius speciem pertinet quæstio, de qua Paul. *in l. ea quæ* 57. *ff. de donat. in-* 52
ter; ita tamen vt diuertens pœnis mulctaretur, de quibus *in l. consensu* 8. §. *vir quoque, vers. Nisi, Cod. de repud.* Vnde explicationem accipere rectè existimat Amaya 53
vbi suprà, à num. 42. iura *in l. si filius* 5. *ff. de diuort. l. filia mea* 59. *ff. solut. matrim* quæ aliter non intelligenda fore notat, nisi tunc temporis sine causa diuertens amissione dotis plecteretur: probatque egregius textus *in l. Lucius Titius* 38. *ff. solut. matrim. l. si ità* 19. *ff. de verbor. obligat.* ibi: *Quia contenti esse debemus pœnis legum, &* cætera: siue, inquam, fieret diuortium bonâ gratiâ, quod tunc dicebatur celebrari, quando fiebat propter occasionem ratio- 54
nabilem superuenientem, cuius rei exemplum sumi potest *ex l. vxoris 6. ff. de diuort. auth. de nupt. §. Sed etiam captiuitas, collat. 4. l. vxor 7. Cod. de repud.* & *ex l. vitricus* 61. *cum seqq. ff. de donat. inter.* Sed con-
tra huiusmodi diuortia bonâ gratiâ facta 55
nulla pœna erat interposita, immò impunè fieri poterant, *dict. l. vxoris, in fine, ff. de diuort.* in vtroque tamen casu cogitanti videri poterit, vtique matrimonia & in fieri, & in facto esse à coniugum mutuo consensu pendere, vt sic semper dicamus in facto consistere, itavt nec possint suspen-
di, nec postliminio recuperari. Aduerte 55
tamen supradicta de repudiis tradita cessauisse post legem latam *consensu* 8. *Cod. de repud.* in qua attento iure ciuili licitæ diuertendi causæ fuerunt expressæ; & ideo Iustinian. *auth. de nupt. §. distrahuntur, col-*
lat. 4. tantùm repudium bonâ gratiâ admi- 57
sit, si vtroque coniuge expressè consentiente celebraretur; quod etiam admisit *in l. vnic. §. final. Cod. de rei vxor. act.* confirmando legem Anastasij, de qua *in l. si constante*

constante 9. Cod. de repud. qui ex hac tan-
tùm causa diuortium bona gratia cele-
bratum, impositum, & licitum esse vo-
luit, *Auth. vt liceat matri, & auiæ, §. qui*
verò ex consensu, collat. 8. è qua desump-
ta est Authentica *Sed hodie, Cod. de repud.*
58 Permittit tamen Iustinian. huiusmodi di-
uortium bonâ gratiâ, si causâ religio-
nis ingrediendæ celebratum esset inter
coniuges; quem casum etiam admisit ius
canonicum *in cap. Cùm sis, & in cap. Sig-*
59 *nificauit., de conuers. coniug.* pro cuius ex-
plicatione vide quæ eleganter adducit
Barbos. *dict. 2. part. rub. à num. 6. cum seqq.*
& pro illustrandis supradictis de diuortiis
bonâ, vel malâ gratiâ factis, videndi sunt
Couar. *de sponsal. 2. part. cap. 7. §. 4. à num. 2.*
Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disput.* 1. Cuiac.
in l. vnic. §. sileat, Cod. de rei vxor. act. An-
ton. Fab. *in Iurisprud. tit. 9. princip. 3. illat. 16.*
Barbos. *in dict. 2. part. rub. ferè per totam,*
Amaya *dict. cap. 2. à num. 36. vsque ad fi-*
nem capitis.

60 Sed vt redeamus ad speciem dictæ le-
gis *non vt à patre*, & illius explicationem,
animaduertendum illud in eo textu eum
Cuiac. *ad Nouell. 22. de nupt.* Triboniano
imputandum sensisse Fab. *tit. 11. princip. 1.*
illat. 8. quod de constituto tempore di-
citur, ibi: *Adhuc alij post constitutum tem-*
pus nupta non est; quasi transcriptum sit,
vt vetus ius nouo conformaret *in auth.*
de nupt. §. sed etiam captiuitatis, collat. 4.
61 mihi tamen alia mens est circa interpre-
tationem illorum verborum dictæ legis
non vt à patre; puto namque ex inscrip-
tione eius, quæ est *ad l. Iul. & Pap.* lu-
cem afferri ilis posse. Quod vt intelliga-
tur scire oportet, antiquitus cùm intesti-
nis & ciuilibus bellis Respub. & ciuibus &
pecuniis exhausta esset, iuris Authores
62 operam dedisse, vt vtrique malo felici-
ter mederentur, vnde caducorum ob-
seruatio introducta fuit, *l. 2. §. captiosas,*
Cod. de veter. iur. emend. l. vnic. in prin-
cip. Cod. de caduc. tollend. lataque fuit sub
Augusto lex Iulia de vigesima, per
quam ex hæreditatibus & legatis vige-
sima pars deferebatur Fisco, vt tradunt
63 Petr. Gregor. 1. *part. syntag. lib. 3. cap. 22.*
num. 5. Cuiac. *lib. 9. obseru. cap.* 24. de qua
lege intelligendus est textus *in l. filius-*
familias 114. §. Diui 4. ff. de legat. 1. ibi:
Sed hac neque creditoribus, neque Fisco
fraudi esse. Cuiac. *vbi suprà*, & *lib.* 5.
obseru. 16. Fachin. *lib. 4. controuers. cap. 50.*
64 *vers. Nec difficile.* Idem etiam Augustus
iam senior legem Papiam Popeam ro-
gauit, vt ad matrimonia frequentanda
ciues inuitaret, vt aduertit Alciat. *lib. 3.*
disput. cap. 6. Duar. *lib. 1. disput. cap.* 4.
qua lege cœlibes ex testamento extra- 65
nei quidquam capere prohibebantur, ni-
si intra centum dies proximos legi parê-
rent, vt constat ex Vlpiano *in fragment.*
tit. 17. & docet Cuiac. *in l. vnic. in prin-*
cip. Cod. de caduc. tollend. & in paratitl.
Cod. de infirm. pœn. cœlibat. Hoc igitur 66
modo cœlibatus plectebatur; viduis ta-
men triennij spatium permissum erat, quo
impunè cœlibem vitam degere potuis-
sent, vt docet Vlpian. *in fragm. tit.* 14. &
& Cuiac. *in not. ad dict. tit.* qui ex bonis
Authoribus probat loco biennij, de quo
fit mentio apud Vlpian. triennium repo-
nendum esse.

Quo præmisso, non improbabiliter in-
telligi posse existimo dictam legem *non vt* 67
à patre, dum Paul. docet vxorem à ma-
rito reuerso recuperari, non ipso iure,
sed si ipsa vxor voluerit cum eo reinte-
grare finitum matrimonium, & post con-
stitum tempus alij nupta non sit, hoc est,
vt ego interpretor, post triennij curricu-
lum, quod viduis relictum erat, in quo
cœlibatum impunè agerent: quod trien-
nium numerandum erat à tempore capti-
uitatis, quâ matrimonia dissoluebantur, ac
si morte dirimerentur; namque seruitus
mortalitati ferè comparabatur, *l. seruitu-*
tum 209. ff. de reg. iur. cui addes Cuiac.
lib. 18. obseru. cap. 13. Fab. *lib. 2. semest.*
cap. 5. l. si quis sic 56. ff. sol. matrim. & his 68
sic notatis rectè constat sensus dictæ legis
non vt à patre, qui ita conflandus est.
Vxor non recuperatur à marito reuerso
ab hostibus; sed si mulier voluerit, recu-
perabatur, ita tamen vt velit antequam
post tempus cœlibatui permissum alij
nupta non sit; quod si voluerit, nullâ cau-
sâ probabili interueniente, inquit vltimus
versiculus, pœnis dissidij tenebitur. Fab.
etiam *vbi proximè*, hîc mutauit literam, 69
loco illius verbi, *voluerit*, reponens, *no-*
luerit; & fateor dicta tali emendatio-
ne, & mutatione optimè litteræ sensum
currere, vt sic diceret Paul. quod si
mulier noluerit redintegrare matrimo-
nium cum marito ab hostibus reuer-
so, non interueniente aliqua iusta cau-
sa, pœnis dissidij tenebitur, ac si ma-
lâ gratiâ eum repudiasset. Sed has emen- 70
dationes vetat iuris religio: quare exi-
stimo sensum illorum verborum esse,
quod si voluerit mulier alij nubere,
pœnis dissidij tenebitur, ac si primum
maritum sine causa repudiasset. Neque
enim insolens, aut nouum est in iure

vt quamuis matrimonium sit solutum, nihilominus mulier alij nubere impunè non possit, vt videre est in exemplo mu-
71 lieris viduæ. Namque licèt reuerà morte mariti dissolutum sit matrimonium, si tamen intra annum luctus alteri nuberet, plectebatur pœnis legis 1. *Cod. de secund. nupt.* de qua re videbis optimè Amayam *lib. 1. obseru. cap. 2. à num. 11.* Quid autem hodie in hac specie seruetur, disponit textus *in cap. vlt. de secund. nupt.* & apud nos Ordinatio Regia *lib. 4. tit. 106.* & apud Hispan. lex finalis, *tit. 12. part. 4.* de qua materia vide citatos per Barbos. *ad dict. ordinat.* & vltra eos Surdum *cons. 175. in princip. & ferè per tot.* Acosta *in cap. Si pater, 1. part. verbo Lega-*
72 *uit, à num. 33. de testam. in 6.* Et sanè id ita prudentes statuerunt, vt nempe solatium esset miseris captiuis spes illa aliquo modo relicta vxoris recuperandæ. Et idem credo dicendum, si mulier alij nubere noluisset, nollet tamen matrimonium cum pristino iure redintegrare; teneretur namque & cœlibatus post tempus permissum currentis, necnon diffidij pœnis.

73 Veriùs sanè redolere videtur manum Triboniani dicta lex *vxoris 6. ff. de diuort.* vt agnoscit Cuiac. *ad Nouel. 22. vers. Sed vt memini, col. mihi 3. & lib. 62. Digest. Iuliani in dict. l. vxoris*, quò loci Triboniano præfatam legem tribuit, generaliter agnoscens dispositionem, quæ ab illo versiculo continetur, nondum viguisse Iuliani tempore, sed ab aliis Imperatoribus desumptam in legem reductam fuisse à Iustiniano *in dict. Nouel. 22. §. Sed etiam captiuitatis*; & sic intelligit illa verba ibi: *Hoc enim & nuncupatis bonâ gratiâ transactionibus à præcedentibus connumeratum est. Nos quoque in*
74 *hoc consentimus*, &c. Quid dices? Si liberum esset arbitrium, Cuiacium sequerer; sed vetat, prout iam dixi, iuris religio, nobis relicta Iurisconsultorum fragmenta prophanare. Dic ergo nihil noui Iustinianum constituisse, sed po-
75 tiùs verba illa, *à præcedentibus*, &c. relatina esse ad sapientes, idest Iureconsultos, prout intelligit ibi Gloss. *lit. N.* & sequitur Amay. *vbi suprà, à num. 27.* Ait ergo Iulianus *in dict. l.* vxores eorum qui in hostium potestate peruenerunt, non posse aliis nubere temerè si-
76 ne pœna, cùm incurrant in diffidij pœnam, iuxta supradicta; & ex hoc solùm posse videri nuptarum loco retineri, non quia matrimonium non sit dissolutum, neque quia suspendatur aut restituatur postliminio, sed quia causatiuè videatur durare, quod scilicet mulier metu incurrendi pœnam, alteri non possit nubere: & sub eodem prætextu, & causatiuè loquendo diffinit generaliter Iulianus quod dum certum est maritum viuere in captiuitate constitutum, absque incursu prædictarum pœnarum non potest mulier alij nubere: & hoc significant illa verba, *nisi mallent ipsæ mulieres causam repudy præstare.* Quod si incertum fuerit, an viuat, vel non, & transactum sit quinquennium, posse mulierem impunè nubere docet. Et hæc est sententia Iuliani *in dict. l. vxoris*, quam sequitur Iustinianus *in dict. §. captiuitatis.*

Ex quibus nota differentiam temporum, de quibus fit mentio *in hac l. &* 77
in dict. l. non vt à patre; quod scilicet triennij tempus, de quo fit mentio *in dict. l. non vt à patre*, fuit concessum legibus caducariis mulierum honestarum fauore, ne non nubendo incurrerent indignationen legis Papiæ, & Popeæ: quinquennium verò de quo hìc agitur, & *in dict. §. captiuitatis*, fuit con- 78
cessum maritorum fauore, vt captiuorum calamitas adiuuaretur, ne & libertate deperdita, spe quoque dilectæ vxoris consequendæ priuarentur. Quapropter ex ipsismet caducariis legibus mulier non nubens intra triennium ab illarum pœnarum rigore excusabatur; post triennium verò eousque ad quinquennium computandum à captiuitatis tempore iure necessitatis excusabantur; cùm licèt vellent alij nubere, haud temerè, idest absque pœnis possent. Non fuit autem insolens in his articulis, qui ad captiuorum, & absentium iura pertinent, huiusmodi temporum præscriptio, vt videmus *in l. vxor 7. Cod. de re-* 79
pud. l. si nepos 9. §. final. cum legib. seqq. ff. de rit. nupt. vbi filiofamilias, qui aliàs nisi consentiente patre iustas nuptias contrahere non potest, *princip. Inst. de nupt.* conceditur triennium, intra quod si pater non reuertatur, possit contrahere, & sic vt iura iuribus intelligantur, intelligendus est textus *in l. in bello 12. §. Me-* 80
dio 3. ff. de captiu. reiecto Fabro *in Papinian. tit. de nupt. princip. 4. illat. 5.* qui in citatis iuribus, cùm de trennio mentionem faciant, Triboniani manum agnouit.

Hodie tamen quæ de matrimonio diximus, apud Catholicos non obtinent; namque

namque ficut in Chriſto Ieſu, neque li-
ber, neque ſeruus eſt à Sacramentis Ec-
cleſiæ remouendus; ita neque inter ſer-
uos matrimonia debent vllatenus prohi-
beri; & ſi contradicentibus dominis, &
inuitis contracta fuerint, nullâ ratione
ſunt propter hoc diſſoluenda, vt inquit
Summus Pontifex *in cap.1. de coniug. ſer-*
81 *uorum.* Quare cùm attento iure canonico
ſeruus poſſit illud contrahere, hinc etiam
effectum eſt, vt vxor capriui adhuc vi-
uenre mariro non poſſit inire matrimo-
nium, niſi certa ſit de morte viri, *cap.
in præſentia 19. de ſponſalib. cap. Dominus 2.*
82 *de ſecund. nupt.* de qua re videndi ſunt
Sanch. *de matrim. lib.2. diſput.46. & 47.*
& *lib.7. diſp.19. num.13.* Gutrier. *eod. tract.
cap.51. per totum*, & *lib.2. practicar. quæſt.7.
& 8.* Barboſ. *in rub. dict.2.part.num.71.ff. ſo-
lut. matrim.* Cened. *collect.* 171. alter Bar-
boſ. *in dictis iuribus*, Cuiac. *lib.62. Digeſtor.
Iuliani, in dict. l.vxoris 6.* Quare attento
iure Canonico omninò ceſſat diſpoſitio
dictæ legis *Non vt à patre.*

Deinde fluit ex ſupradictis, quod ſi me
tibi adrogandum dederim, cum filium ha-
berem apud hoſtes, tuque emancipaueris,
& ex poſtfacto filius meus redierit, hunc
83 tibi nepotis loco futurum, teſte Paul. *in l.ſi
me tibi 13.ff.de captiu.* Ratio eſt, quia ſi tem-
pore adrogationis filius in ciuitate foret,
mecum in poteſtatem, & familiam adro-
garoris tranſire debuiſſet ex vi adrogatio-
nis, de qua *in §.penult. Inſt. de adopt.* & in
ſpecie probat textus *in l.ſi paterfamilias 15.*
84 *ff.de adopt.* vnde cùm poſtliminio reuer-
ſus ſemper in Ciuitate fuiſſe fingatur, *dict.
l.retro 16. ff.de captiu.* meritò id iuris ob-
ſeruatum fuit. Neque his obſtat textus *in*
85 *l.ſed etiam 14. ff. de adopt.* vbi Pompon.
ſcribit, quod etiam nepos ex filio apud
adoptiuum patrem conceptus & natus,
per emancipationem omnia iura perdit:
quia non eſt intelligendus de emancipa-
tione filij; namque emancipato filio, non
exit nepos de poteſtate aui, *l. liberum 28.
ff. de adopt.* cui Addes Oſuald. ad Donel.
lib. 2. cap. 26. lit. C. & adoptio ipſam na-
turam imitatur, *§. Minorem 4. Inſt. de
adopt.* ſed de emancipatione ipſiuſmet ne-
potis, vt benè ſentit Ioan. relatus per
Gloſſ. *in dict. l.Sed etiam, lit.A.* Illud ta-
men animaduertendum eſt, filium reuer-
ſum ex eadem ratione, ſi de aui natura-
lis hæreditate partienda agatur, per edi-
ctum Iuliani *de coniung. cum emancipatis li-*
86 *beris eius*, coniungendum eſſe patri ſuo
emancipato, *l. 1. §. ſi poſtliminy 8. ff. de
coniung. cum emancip.* quod tamen ſecus eſ-
ſet, ſi reuerſus filius ſolummodo adoptio-
nis virture filius emancipati eſſet, *l. pe-
nult. ff. eod.* quia cùm finita adoptione nul-
lum veſtigium priſtinæ adoptionis rema-
neat, *l. in omni 13. ff. de adopt. l.Senatoris* 87
*filius 6. ff.de Senatorib. l. ordine 15. §. vlt.
cum lege ſeq. ff. ad municipal.* apparet iam
adoptiuum non eſſe ex liberis emancipa-
ti, vt *in dicta l. penult.* dicitur. Quod ta-
men edicti æquitas poſtulabat, *dict. l. 1.
& §.1. ff.de coniung.* & ita Accurſ. præ-
ſentit, licèt non æquè explicuerit *in di-
cta l.ſi me, verbo Reuerſum.* Illud quo-
que (quando in hanc rem incidimus)
ſcire oportet, edictum hoc non compe-
tere filio teſtatoris in adoptionem alij da-
to, in cuius familia reperitur tempore
mortis patris ſui naturalis, niſi ſit hæres
inſtitutus ab eo, in quo melior eſt con-
ditio filij emancipati, *l. 1. §. & in adoptio-
ne, ff. de coniung. cum emancip.* cuius rei,
ni fallor, ea eſt ratio, quia ad hoc edi-
ctum vocatur filius per bonorum poſſeſ-
ſionem contra tabulas, *l.1. §. vlt. ff. ſi tab.* 88
teſtam. nulla extab. docet Cuiac. *in recitat.
ad dict. tit. de coniung. in dict. l. 1.* quæ à
Prætore non datur filio in adoptionem
dato, *§. at hi qui, §. poſt mortem, & § ea-
dem, Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt.* ne ſit in
adoptiui patris poteſtate, ad quos bona
naturalis patris perueniant, vtrum ad li-
beros eius, an ad agnatos, *dict. §. poſt
mortem.* Meritò igitur ad hoc edictum
non vocatur. Si verò inſtitutus ſit à patre
narurali, iungendus eſt nepori filio ſuo,
qui cum tunc à patre ſuo acceperit hæ-
reditatem, illam adoptiuo patri acceptam
ferre nequit. Hoc autem non procedit
quando nepos in poteſtate retentus patri
ſuo naturali in adoptionem ab auo datur;
quia tunc iuxta Prætoris mentem, qui
emancipationem æquitatis intuitu flocci-
pendet, *§. Emancipati, & §. Minùs,
cum ſeq. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſtat. deſ.*
non ad extraneum, ſiue alienam fami-
liam tranſire videtur nepos, ſed in
propria remanere; ſicque & ad bono-
rum poſſeſſionem contra tabulas, & ad
edictum de coniungendis admittitur, *l.fi-
nal. §. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.*
facit lex *non tantùm 3. §. Idemque 8. ff.
eodem.*

Venit etiam ex dictis interpretandus 89
textus *in l. 1. Cod. de poſtlimin. reuerſ.* ad
quem pertinet lex *Apud hoſtes 9.* lex *Di-
ui 25. ff.de captiu.* in iſta quæſtione, vtrum
nempe ſi mulier cum mariro ab hoſtibus
capiatur, & ibi concipiat, & pariat, par-
tus editus, ſi ad ciuitatem perueniat, po-

tiri num debeat postliminij iure? Et quidem dicendum videbatur, postliminium non habiturum, quia illud inuentum est, vt captis ab hostibus subueniatur; partus
90 autem iste captus non fuit. Sed quidem licèt ita in præfata specie dicendum foret mero iure, æquitate tamen attenta contrarium constitutum est ab Imperat. Sener. & Antonin. cujus rei extant fragmenta in dictis juribus suprà citatis, videlicet ex persona parentum, ita vt si vterque ab hostibus redeat, postliminium quod vtrique conceditur, partui proficiat, vt tam patri, quàm matri hæres sit, *dict. l. 1. Cod. de postlimin. reuers.* & sic in-
91 telligendus est textus *in dict. l. Apud hostes 9. ff. de captiu.* cum Fabro *dict. princip. 11. illat. 11.* ibi: *Nempe si cum parentibus redierit, non etiam si solus:* textus etiam *in l. ab hostibus 15. §. non minus, ff. ex quibus caus. maior.* Videndus etiam Cuiac. *lib. 69. Digestor. Iuliani, in l. qui in vtero 26. ff. de stat. homin.* Quod si patre defuncto apud hostes, cum matre tantùm redierit; quantùm ad matrem erit partus legitimus, cùm matris postliminium ei proficiat; sed quantùm ad patrem pro spurio habendus
92 est, *dict. l. Diui Seuerus 25. ff. de captiu. l. 1. §. interdum, vers. sed si apud hostes, ff. ad Tertyl.* Tum quia reuerà, attento jure ciuili, cùm inter seruos matrimonium non consistat, *princip. Inst. de nupt.* natus non est sub matrimonio, qui in captiuitate conceptus, & editus est. Tum etiam quia cùm pater decedens apud hostes ab instanti captiuitatis mortuus intelligatur, quia sine marito est mater, partus hic pro
93 spurio habetur, *dict. l. Diui, ff. eod. tit.* Quid autem sit dicendum, si cum patre solo, & absque matre redierit? Non est id absque dubitandi ratione; quia si attendimus ad tempus, in quo revera partus hic & conceptus, & editus fuit, non potest nasci legitimus; quippe eo in tempore vterque parens seruus erat hostium: sin verò attendimus ad iuris fictionem, habeudus est partus quasi sine matre aliqua natus, quippe quia licèt reuerà mater obiisset post editum partum, nihilominus tamen fingitur mortua in instanti captiuitatis, ac proinde multò antequam partus hic in
94 lucem prodierit. Quomodo ergo censendus sit partus, hic non statim apparet. Quidam dixerunt postliminium in hac specie partui competere ex persona patris, quia stant simul quod aliquis possit alicuius esse filius legitimus, qui tamen vxorem non habeat, *l. & qui vxoris 30. ff. de adopt.* & ita opinatus est Ioan. relatus per Gloss. *in dict. l. 1. verbo Nam fictio,* & *in dict. l. ab hostibus 15. dict. §. non minus 1. verbo Non minus, ff. ex quibus caus. maior.* Meliùs dicendum existimo, hunc 95
partum quoad iura successionis habendum esse tanquam spurium, vel ad minùs tanquam illegitimum, etiam respectu patris, cum quo ab hostibus deuenerit; quippe filius naturalis & legitimus solus est ille, qui ex iustis nuptiis procreatur, *l. filium eum definimus, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.* Planè partus hic si ad verum tempus, in quo conceptus est, & editus attendamus, non potest dici procreatus ex iustis nuptiis, cùm matrimonium inter seruos non consisteret, & quod præcesserat legitimum, captiuitate solutum erat, iuxta suprà latè dicta. Sin verò ad fictionem attendamus, licèt pater reuersus beneficio postliminij retrò in ciuitate semper fuisse credatur, mater tamen mortua censetur à captiuitatis instanti. Non ergo quando natus est, attenta iuris fictione matrem habet: ergo veluti spurius nascitur. Cæterùm quoad statum pro libero 96
habendum esse existimo, quia licèt ex matre capta nasceretur reuerà, ac proinde in hac consideratione seruus nasceretur, *§. autem, Inst. de iur. personar.* quia tamen mater fingitur mortua antequam capta sit, verum erit dicere, suppositâ dictâ fictione, partum, cùm reputandus sit tanquam absque matre natus, editum non fuisse ex ancilla matre; qui autem non nascitur ex ancilla, ingenuus est, *princip. Inst. de ingen.* Et si ratio hæc dubietatem aliquam patiatur, ex eo fauore libertatis respondendum est, *l. quoties 20. ff. de reg. iur.* Quod si partus conceptus esset in ciuitate, 97
licèt post captiuitatem parentum ederetur, & licèt etiam solus rediret, postliminio ex persona propria frui deberet. Nam tunc cùm conceptus in fauorabilibus pro nato iam habeatur, *l. qui in vtero 7. ff. de stat. homin. l. vel si vno 7. ff. de ventr. in possess. mittend. l. quæ dicimus 231. ff. de verbor. significat.* sequitur quod rediens postliminium habere debeat, vt in specie probat textus *in l. qui in vtero 26. ff. de stat. homin.* Cæterùm hæc omnia abolita existimo canonico iure, cùm matrimonium apud seruos constet, attentâ illius dispositione; ideóque vtrique parenti legitimus erit hæres.

§. III.

§. III.

De aliorum iurium explicatione tractatur, & etiam de effectu indulgentiæ, & restitutione Principis, & de deportati successione.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur lex* si necem 4. §. si deportatus 2. ff. de bon. libertor.
2 L. si ex tribus, §. si filium, ff. de bonor. possess. contr. tab.
3 *Vtrum spes impetrandæ à Principe restitutionis sit consideranda.*
4 *Deportatus restitutus recuperat patriam potestatem.*
5 *Quare consideretur spes postliminij, non verò restitutionis.*
6 *Fiscus succedit in bonis deportati.*
7 *In quo distinguantur deportatus, & relegatus.*
8 *Quæ perdat deportatus:* & num. 9. 10. 11. 18. 19. 20. 36. 79. 96. 80.
12 *Deportato potest legatum relinqui à milite.*
13 *Vel alimentorum nomine.*
14 *Idem in damnatis ad metallum.*
15 *Seruis rectè alimenta legantur.*
16 *Explicatur textus* in l. Solent 3. ff. de alim. leg. cum l. legatum 10. ff. de cap. minut. & num. 17.
20 *Interpretatur textus* in l. Quoties 14. ff. de nouat. cum l. Nouatio 24. eod. tit. & num. 21. 24. & 28.
22 *Hæreditas iacens personam defuncti repræsentat.*
23 *Heres intelligitur succedere à tempore mortis.*
25 *Fiscus non repræsentat personam deportati.*
26 *Sed vendicat bona cum suis oneribus.*
27 *In quibus obligationibus succedat.*
29 *Deportatus quando noceat filiis in iurepatronatus:* & num. 30.
31 *Eximitur deportatus etiam ab obligationibus naturalibus.*
32 *Interpretatur textus* in l. final. ff. de duob. reis, cum l. Si debitori, ff. de fideiuss. & num. 33.
34 *Pro capto ab hostibus dari potest fideiussor.*
35 *Nullum simile est idem.*
37 *Interpretatur lex* cognationum, §. consumitur 3. ff. de var. cognit. *& vsque ad num.* 40.
41 *Interpretatur lex* Ex ea 121. §. in insulam, ff. de verbor. obligat. *& numer.* 50.
42 *Agitur de intellectu legis* Gallus 29. ff. de liber. & posthum. *& num.* 43. 44. 45. 49. *&* 51.
46 *In conditione necessaria inspicitur effectus* & num. 48.
52 *Interpretatur lex* commodissimè 10. ff. de liber. & posthum. *& n.* 58.
53 *Conditiones voluntariæ specificè sunt adimplendæ.*
54 *Interpretatur lex* Si fundus 13. ff. de condit. & demonstrat. *lex* qui filio 22. ff. de manumiss. testam. *lex* seruus decem 68. de solut.
55 L. Sticum 95. §. vsumfructum, de solut. *& n.* 56. & 57.
59 L. cùm pater 77. §. hæreditatem 4. ff. de leg. 2. *& num.* 66. *&* 70.
60 L. ex facto 17. §. si quis rogatus 2. ff. ad Treb. *& num.* 61.
62 *Electio meri facti est.*
63 L. eum quidam 24. ff. de leg. 2. *remissiuè.*
71 *Expenditur pro Costa dicta lex* Ex facto 17. num. 67. 68. & 69. *& vide remissiuè.*
72 *Expenditur etiam pro Costa lex* Cùm quis 38. ff. de solut.
73 *Conciliatur cum aliis iuribus remissiuè.*
74 *Confirmatur ratione intellectus Costæ.*
75 *Quæ facti sunt, personæ coniuncta videntur.*
77 L. res vxoris, de donat. inter, *remissiuè.*
78 *Quando casus mortis ad deportationem extendatur.*
81 L. si mandauero tibi 22. §. is cuius, ff. mandat. *& num.* 88.
82 *Actiones sunt inuenta à iure ciuili*, & numer. 91. 92. & 93.
83 *Relegato vtrum omnia bona possint auferri*, & num. 84.
85 *Deportatio poterat fieri bonis omnibus relictis.*
86 *Vel solùm parte bonorum adempta, vbi lex* 1. ff. de fideiuss. *explicatur.*
87 *Deportato bona non adimuntur, sed reseruantur certis personis.*
89 *Mandatum est contractus iuris gentium.*
90 *Interpretatur lex* 2. Cod. de bon. proscript.
94 *Deportatus agere potest.*
95 *Prætor peregrinus quibus ius dicebat.*
97 *De differentiis inter deportatum & relegatum, vide remissiuè.*
98 *Interpretatur lex* intercidit 69. ff. de condit. & demonstrat.
99 *Et an hodie stet in suo robore*, & n. 100.

101 *Quando cedat legatum conditionale.*
102 *Intelligitur lex ultima*, Cod. de sent. pass.
103 *Quid remittatur deportato per indulgentiam Principis.*
104 *Conciliatur lex* generalis 7. eum l. indulgentia 9. Cod. de sentent. pass.
105 *Princeps non restituit ad bona, nisi speciali beneficio.*
106 *Et restituuntur quæ simul ceciderunt in Fiscum.*
107 *Indulgentia quando restituat famæ, & honori.*
108 *Quando restituat filium patri, vel seruum domino, vel è contra :* & n. 109.
110 *Restitutus quæ recuperet :* & num. 112. & 113. 114. & 115. 116.
111 *Tantùm affert restitutio, quantùm abstulit læsio.*
117 *Restitutio an intelligatur solùm contra pœnam, an verò etiam & bona recuperet, remissiuè.*
118 *Quid si rebellis restituatur ad patriam.*
119 *An publicatis bonis rei principalis liberetur eius fideiussor; vide remissiuè.*
120 *Quando restitutus non teneatur creditoribus.*
121 *Quando restitutio prosit, vel non ad bona etiam penes tertium alienata, vide remissiuè.*
122 *Quid circa fructus.*
123 *Quæstio textus* in l. fin. Cod. de sentent. pass.
124 *Patria potestas, nec dignitas est, nec bonorum appellatione continetur :* & numer. 126.
125 *Filiusfamilias nec in bonis, nec in dominio habetur.*
127 *Resolutio quæstionis textus* in dict. l. fin. *ex sententia Papiniani.*
128 *Non potest valere testamentum filiifamilias.*
129 *Quid si filius sit deportati.*
130 *Testamentum iure factum quando rescindatur, si testator postea ius testamenti faciendi desierit habere.*
131 *Quid de testamento facto à filio captiuo.*

1 FLuit etiam ex dictis interpretatio ad textum *in l. Si necem* 4. §. *si deportatus* 2. *ff. de bon. libertor.* vbi Paul. docet, quod si deportatus patronus sit, filio eius competit bonorum possessio in bonis liberti, nec impedimento esse ei talem patronum, qui mortui loco habetur; & dissimile esse si patronus apud hostes sit: nam propter spem postliminij obstare liberis suis docet, quod
2 etiam docuit Vlpian. *in l.* 1. §. *Si ex tribus* 4. *ff. de bonor. possess. cont. tab.* vbi filium captiuum facit parem aliis fratribus in successione patris : *& in* §. *filium* 8. *ff. de bonor. possess. contr. tab.* ponit casum in eo qui filium habebat, & ex eo nepotem, cuius filius cùm esset emancipatus, vel etiam adhuc sub patriæ potestatis nexu existens, deportatus est: & cùm quæsitum esset, an nepoti noceret, vel non? Respondit Consultus verius esse in vtroque casu, idest siue emancipatus, quâ in specie iungebatur nepoti, siue filiusfamilias adhuc esset, quâ in specie nepoti obstabat, & eum præcedebat, nepotem admittendum esse, reddens ibi rationem : *Deportatos enim mortuorum loco habendos.* Et ratio dubitandi fuit, quia quemadmodum spes postliminij consideratur, vt filius obstet nepoti, quia potest in ciuitatem reuerti, ita spes restitutionis impetrandæ à Principe videtur eodem modo consideranda, vt apud eundem Vlpian. consideratur *in l. intercidit* 59. §. 1. *ff. de condit. & demonstrat.* in cu-
ius specie si alicui legaretur, si Consul fue- 3
rit, & in insulam deportaretur, docet Vlpian. interim non extingui legatum, quia restitui in ciuitatem potest. Et magis fulcitur ratio hæc dubitandi ex decisione textus *in l. vlt. Cod. de sent. pass.* quò loci
Constantin. ex sententia Papiniani decre- 4
uit, patrem restitutum pristinum patriæ potestatis ius recuperare, ita vt indulgentiæ restitutio, bonorum ac dignitatis, & omnium amissorum sit recuperatio. Sed contrarium docuerunt disertissimè Paul.
in dict. §. *si filium*; & ratio differentiæ in eo 5
consistit, quod semper nostri iuris Authores habuerunt spem postliminij pro certissima; quippe cùm posita esset in virtute Populi Romani, si quis esset captus ab hostibus, eum existimabant se mox recuperaturum; quod non erat in restitutione impetranda à deportato, propterea quod talis restitutio pendebat ex beneficio & indulgentia Principis, de qua certam spem animo concipere nullo quis argumento potest : quis namque audebit sibi certò vel cuiquam polliceri de animo, aut indulgentia Principis principali? Ideo ergo in prædictis iuribus spes postliminij attenditur, non verò spes obtinendæ à Principe restitutionis : & ita tradit, & explicat Cuiac. *in recit. ad tit. de bonor. possess. contr. tab. in dict. l.* 1. *dict.* §. *si filium* 8. *& lib.* 42. *Pauli ad edict. in dict. l. si necem* 4. *in gloss. dict.* §. 1. quod etiam optimè iam tradiderat Bart. *in dict.* §. *qui habebat*, *in* 1. *solut.* docens spem impetrandæ restitutionis esse de iure speciali, & ex eo non debere attendi, argumento legis *ergo* 4. *in princip. ff. de*

ff. de fideicom. libert. ſpem verò poſtlimi-
nij eſſe de iure communi, & ideo attendi
debere.

Neque obſtant quæ in contrarium pro
ratione dubitandi ſuprà adduximus; nam-
que pro explicatione dictæ legis *intercidit*,
6 notandum eſt, rectè Iureconſultos compa-
raſſe deportatum mortuo, ea ratione, quia
fiſcus in eius bona omnia, in vniuerſum-
que ius ſuccedit, & nunquam deportatur
aliquis, quin ſimul & bona eius omnia
publicentur. Fiſcus igitur in ius vniuer-
7 ſum deportati ſuccedit, *l. tutela 7. §. vlt.
ff. de capit. minut. l. actiones 65. §. publica-
tione 12. ff. pro ſoc. l. habere licere 57. ff. de
euict. l. ſi marito 31. l. ſi maritus 36. ff. ſolut.
matrim. l. 2. Cod. ad leg. Iul. de vi public. l. ſi
vt proponis 5. Cod. de bon. proſcript. l. eius
qui 8. §. 1. ff. de teſtam. l. fin. §. 1. ff. de inter-
dict. & releg.* in quo inter alia deportatus
à relegato diſtinguitur, quòd deportatio
Ciuitatem, & bona adimat, relegatio non
ita, niſi ſpecialiter adimantur, *l. relega-
torum 7. §. ad tempus 4. ff. de interdict. &
releg. l. deportatorum 8. Cod. de pœn.* de qua
diſtinctione agit Ouid. *triſt. 5. eleg. 11.* ibi:

*Nec vitam, nec opes, nec ius mihi ciuis
ademit.
Qui merui vitio perdere cuncta meo.*

Cùm autem viuentis nullus ſit ſucceſſor
vniuerſi iuris, viuus cui aliquis eſt ſucceſ-
ſor vniuerſi iuris, pro mortuo neceſſariò
habetur. Rurſus comparatur mortuo,
8 quia Ciuitate mulctatur, *l. inter pœnas 6.
l. deportatus 15. ff. de interdict. & releg. §. mi-
nor. 2. Inſt. de capit. minut.* cunctaque per-
9 dit, quæ iuris ciuilis ſunt, *l. Sunt quidam 17.
ff. de pœn.* ibi: *Vt ea quidem quæ iuris ſunt ci-
uilis, non habeant, quare factione teſtamenti
10 priuantur, l. eius qui 8. §. 1. ff. de teſtam. l. 1.
Cod. de hæredib. inſtituend. l. 3. §. hi quibus 2.
11 ff. de legat. 3.* nec eis legari poteſt, *l. ſi de-
portati 7. in princip. ff. de legat. 3.* niſi à mi-
12 lite relictum ſit, *dict. l. ſi deportati 7. §. 1.*
quod tamen iure ſingulari valet, *l. idem
eſt 13. §. & deportati 2. ff. de teſtam. milit.*
vel niſi quid alimentorum, veſtiarij, aut
13 calcerij nomine relinquatur ex conſtitu-
tione Antonini, de qua *in l. cùm Vlpian. 16.
ff. de interdict. & relegat.* quod etiam in
14 damnatis ad metallum procedit, *l. is cui
annua 11. ff. de aliment. vel cibar. legat. l. 3.
ff. de his quæ pro non ſcript. hab.* Surd. *de ali-
ment. tit. 7 quæſt. 39.* quemadmodum etiam
ſeruis noſtris, quibus aliàs legamus inuti-
liter ſine libertate, rectè tamen alimenta
15 relinquimus ſine libertate, *l. ſeruos 17.
ff. de aliment. vel cibar. legat. l. ſeruo alie-
no 113. §. 1. ff. de leg. 1. l. quidam, §. illo, Cod.
de neceſſar. ſeru. hæred. inſtit.* Surd. *tit. 8. pri-
uileg. 7.* quod tamen intelligitur ſi iam de-
portato alimenta relicta fuerint; nam ſi
alicui cùm ciuis eſſet, annua alimenta re-
linquerentur, & is in inſulam deportare-
tur, annuum alimentorum legatum fini-
retur; finitur namque non tantùm lega-
tarij naturali morte, ſed ſi ipſe alio quouis 16
modo in ciuitate eſſe deſierit: & ſic intel-
ligendus eſt textus *in l. ſolent 3. ff. de alim.
& cibar. leg.* Et ratio eſt, quia illi legato
tacita conditio ineſt, quandiu legatarius
in eadem cauſa manſerit, argumento tex-
tus *in l. cùm quis 38. ff. de ſolut.* licèt minima
interueniente capitis diminutione tale le-
gatum perſeueraret, quin in facto potiùs
quàm in iure conſiſtit, *l. legatum 10. ff. de
capit. minut.* quo modo hæc iura facilè in 17
amicitiam rediguntur, vt dictam legem 3.
intelligas de media, vel maxima capitis
diminutione, niſi aliud ſuadeat teſtatoris
ſententia: at dictam legem *legatum*, de mi-
nima capitis diminutione, iuncto Cuiac.
lib. 10. quæſt. Pauli in dict. l. is cui annua 11.
neglecto Surdo *tit. 5. quæſt. 1. num. 11.* quia
loquitur contra dictam legem *ſolent*. Iuſ- 18
que patriæ poteſtatis perdit, *§. cùm au-
tem 1. Inſt. quib. mod. ius patr. poteſt.* & ob
eandem rationem deportatus ſtipulationis
contractum inire non poteſt, *d. l. quoties 14.* 19
ff. de nouat. Ex quo fit, quod ſi ſtipulatio-
ne contracta promiſſor euenientis condi-
tionis tempore deportatus inueniatur,
euaneſcit ſtipulatio; quia non eſt perſona
habilis, in qua poſſit conſiſtere, *dict. l. quo-*
ties 14. ff. de nouat. & conſequenter dedu- 20
cta ſtipulatio fuit ad eum caſum, à quo
non potuiſſet incipere; quæ ſolet eſſe cau-
ſa extinctionis, vel interitus omnium
actuum ſimilium, *l. pro parte 11. ff. de ſeruit.*
cum ſimilibus vulgaribus: cuius quidem
contrarium omnino eſſet, ſi promiſſor de-
ceſſiſſet; nam tunc quamuis ante aditam
hæreditatem conditio extitiſſet, nouatio
fieret, *l. nouatio 24. ff. de nouat.* Et ratio
differentiæ eſt, quia in hoc ſecundo caſu 21
hæreditas iacens inuenitur, quæ iure ciui-
li perſonam defuncti repræſentat, *l. hæ-
reditas 50. in princip. ff. de pet. hæredit. l. non* 22
*minùs 31. §. 1. ff. de hæredibus inſt. l. hæredi-
tas 34. l. hæreditas 61. ff. de acquir. rer. do-
min.* & ideò perinde habetur, ac ſi in hæ-
redis perſona conſtitiſſet, cuius vicem
ſupplet, & officium gerit hæreditas: & ſi-
cut ille poſt aditionem à morte teſtatoris
ſucceſſiſſe intelligitur, *l. hæres 54. ff. de ac-* 23
*quir. hæredit. l. ſi ex re 28. in fine, ff. de ſtipu-
lat. ſeruor.* ita & illa ante aditionem efficit,
perſonam defuncti repræſentando, quod
hæres

hæres postea effecturus est, l. hæres 22. ff. de
24 vsucap. in qua significatione dicitur à Pompon. in dict. l. nouatio 24. interim hæreditatem personam hæredis sustinere, vt satis acutè ante nos vidit Valencia lib. 2. Illustr. tract. 3. cap. 1. num. 32. quod in fisco respectu deportati considerari haud potest, quia licèt in vniuersa eius bona succedat, non tamen repræsentat deportati
25 personam, neque illius verè hæres, aut bonorum possessor est, l. 1. §. Idem Pompon. ff. depositi, l. inter eos, in fine, ff. de fideiuss. sed quidam successor anomalus, bona cum sua causa, idest cum suis oneribus &
26 obligationibus vendicans, l. ex facto 17. §. ex facto, ff. ad Treb. l. 2. ff. de capit. minut. d. l. marito 31. cum suprà citatis. Vnde solummodò succedit in obligationibus iam
27 contractis, l. 2. & 3. ff. de sent. pass. & restitut. l. 1. Cod. de fideius. d. l. si vt proponis, Cod. de bon. proscript. l. 3. l. si ademptis, Cod. de sentent. pass. non tamen in illis obligationibus, vel contractibus, qui nondum exiterunt, & quos deportatio, vel pœna ex-
28 tinxit, d. l. quoties 14. ff. de nouat. & ita post antiquiores rectè explicat Valenc. vbi suprà, num. 34. omisso Cuiac. qui lib. 3. respons. Papin. in l. inter eos, §. vlt. ff. de fideiuss. & in recit. ad tit. ff. de verbor. obligat. & in l. ex parte 121. §. in insulam, distinguendum existimauit, vtrum conditio extiterit ante occupata bona à Fisco, vt non valeat stipulatio, d. l. quoties 14. in fine, ff. de nouat. an verò extiterit post occupata, vt tunc valeat ex ratione textus in dict. l. nouatio 24. ff. eod. tit. Similiter deportatus ita perdit iuspatronatus, vt etiam in eo filiis damnum inferat, si liberti ab ipso depor-
29 tato patre proueniant, l. iura libertorum 4. ff. de iurepatronat. non sic verò si ab auis, aut proauis proueniant, l. eum qui 3. ff. de interdict. & releg. & sic cum Glossa in se-
30 cunda solutione in dict. l. 3. lit. Q. iura hæc in amicitiam redigi existimo: sequitur Pac. lib. 6. quæst. 64. Osuald. ad Donel. lib. 2. cap. 19. lit. B. qui etiam videndus est pro conciliatione dictæ legis 4. cum l. 1. Cod. de bon. libertor. omisso Cuiac. & Decian. per eum adductis in d. lit. B. Eximitur etiam ob eandem rationem, quippe mortuo comparatur deportatus in obligationibus etiam naturalibus; quapropter pro obligatione ab eo contracta ante deportatio-
31 nem, cùm tota & ciuilis & naturalis in Fiscum transferatur, iuxta supradicta, fideiussor pro ipso deportato intercedere non potest, vt eleganter docet Papinian. in l. si debitori 47. ff. de fideiuss. cui non obstat tex-
32 tus in l. final. ff. de duobus reis, in illis verbis: Et ideò si aqua & igni interdictum est, alicuius fideiussor postea ab eo datus tenetur. Nam interpretandus est ita, vt verbum illud alicuius, sonet idem atque alterius, vt significet fideiussorem non pro deportato, sed pro altero correo datum fuisse, cum Cuiac. lib. 9. quæst. Papiniani in dict. l. Si debitori. Quod si loco illius verbi alicuius, le- 33
gatur, alicui, vt in Pandectis Florentinis, & vt legendùm demonstrat recta sermonis norma, nec enim interdictum personaliter scribi potuit, nec alicuius interdictum dicitur, sed alicui, vt constat ex l. is cui 18. ff. de testam. l. vlt. de pœn. l. 3. §. 1. ff. de Decur. prædictus versiculus non est referendus ad correum deportatum, sed ad alterum in ciuitate manentem, cum Valenc. post Gloss. ibi lib. 1. Illustr. tract. 4. cap. 9.
num. 7. Sed hæc in capto ab hostibus cessant; 34
nam cùm propter spem postliminij pro mortuo non habeatur, pro illius obligatione apud nos contracta & fieri potest constitutum, & dari fideiussor, l. hactenus 11. ff. de constit. pecun. Omitto multa alia exempla, quia faciliora, in quibus in iure nostro deportatus pro mortuo habetur.

Sed quia non in omnibus rebus ita fit, ex eo sanè non absolutè docent iura, deportatum mortuum esse, sed mortuorum loco haberi, idest mortuis comparari, vel similem esse; & cùm malum simile idem sit, l. quod Nerua, ff. depositi, l. actionis ver- 35
bo, ff. de oblig. & act. fit exinde, vt in multis aliis rebus pro mortuo non fit; namque libertatem non perdit, l. capitis, final. ff. de capit. minut. §. minor. Inst. eod. quod intel- 36
ligendum est, vt solùm significetur, pœnæ deportatum non effici seruum, sicut aliàs efficitur qui maximam patitur capitis diminutionem, sed certè Quiritum libertatem amittit, cùm ea omnia non possit facere, quæ efficere possunt Ciues Romani. Et sic intelligendus est Callistrat. in 37
l. cognitionum 5. §. consumitur 3. ff. de var. & extraordin. cognit. cum Pichard. post notam Cujacij ibi, in princip. ad tit. Inst. de cap. diminut. sub num. 9. quod etiam tradit Fab. in Iurisprud. tit. 9. de nupt. princip. 1. illat. 3. circa finem. Nisi malis cum eodem Cuiac. dicere lib. 3. obseru. cap. 10. solum Callistr. 38
in d. §. Consumitur, deportatum seruum fieri scripsisse, dissentientem à cæteris omnibus. Quo sensu retento non obstat textus in l. non facile 4. §. vlt. ff. de gradib. non enim ibi Modestinus Callistrato similis est, vt minùs benè hæc duo iura adiunxit Pichard. vbi proximè; sed id solùm docet, eum cui aqua & igni interdictum est, vel qui aliquo modo capite deminutus est,

ita vt

ita vt ciuitatem & libertatem amitteret, cognationes, & affinitates omnes, quas antea habebat amittere; & vt versiculus ille, *Aut aliquo modo*, *&c.* ad maxi-
39 mam referatur capitis diminutionem: quod tamen explicabis cum Pichard. *in §. Quod autem 6. eod. tit.* vel meliùs dic
40 cum Glossa *in secunda solut. lit. P. in dict. §. Consumitur*, quod magna capitis diminutio comprehendit maximam, & mediam, vt aliàs *in l. 1. in fine, ff. de vsufruct. legat. l. 1. §. capitis 8. vers. Proinde, ff. ad Tertyl.* & quod dicit, *libertas*, exemplum est de maxima; item quod dixit, *veluti*, est exemplum de media, interposito puncto loco virgulæ: & notat insuper, quod alij codices loco *veluti*, habent *vel*, quâ positâ literâ, planior est sensus hic. Sic etiamsi stipulatus fuerim de te, cùm morieris, mihi decem dari, his verbis significatur mors naturalis, non mors ciuilis, quæ contingit deportatione in insulam; & ideo nec committitur stipulatio, si bonis ademptis deportatus in insulam & ad peregrinationem reductus fueris; sed committitur te moriente, & claudente diem extremum, vt eleganter docet Papinian. *in l. ex ea par-*
41 *te 101. §. in insulam 2. ff. de verbor. oblig.* Et ratio est, quia deportatus sibi moritur deportatione, & sibi solummodò mortui loco est, non verò aliis, cùm aliis reuera viuat. Non potest ergo stipulatoris fauore committi stipulatio promissoris deportatione; quia respectu stipulatoris reuerâ deportatus viuit, qui tamen solum ei, cùm moreretur, promiserat. Et ita desumo, licèt ita non explicet Cuiac. *lib. 11. respons. Papinian. in dict. l. ex ea*, & *in dict. §. in insulam.* Neque cum Papiniano
42 hic pugnat Scæuola *in l. Gallus 29. §. & quid si tantùm, ff. de liber. & posthum.* vbi secundùm concordem Doctorum sententiam casus mortis ad deportationis casum, & similes extenditur. Relictâ namque in-
43 terpretatione Costæ *in dict. §. & quid si tantum, 5. part. num. 1.* Connani *lib. 1. comment. cap. 4. num. 5.* Duareni, & Cuiac. *in eod. text.* existimantium Scæuolam docere formulam Galli in casu mortis conceptam posse ad similes casus extendi, ita vt in deportationis, vel emancipationis casu à testatore rectè concipiatur, quos reprehendunt Anton. Fab. *lib. 5. coniectur. cap. 3.* Boët. Epon. *in dict. §. & quid si tantùm, num. 3.* & post eos eleganter Valenc. *lib. 3. illustr. tract. 4. ad tit. ff. de liber. & posthum. cap. 13. num. 12.* de hoc enim dubitari
44 nullo modo poterat, nec indigebat le-

gis Velleiæ exemplo, aut inductione, quâ Consultus vtitur, sed potiùs sequuto Accurs. Bart. Alex. Angel. Paul. Cost. Ias. & cæteris antiquioribus relatis à Gilken. *in dict. §. & quid si tantùm, num. 3.* Boët. Epon. *ibidem num. 3. & 4.* Fachin. *lib. 10. controuers. cap. 45.* cum quibus Valencia *vbi suprà*, qui omnes optimè tenuerunt Scæuolam affirmare formulæ conceptionem in mortis filij casum à testatore ipso factam ita accipiendam, & extendendam esse, vt aquæ & ignis interdictionis, vel deportationis, vel emancipationis casum comprehendat; & denique omnes illos in quibus filius, vel alter suus hæres, à quo præceditur posthumus, qui hæres est institutus, suus hæres esse desinit, vt sicut lex Velleia omnes casus complectitur, quibus quis suus hæres esse desinit, *§. nunc de lege, & §. sequenti parte, dict. l. Gal.* ita & formula Galli Aquilij eodem modo à testatore concepta, quò & à Gallo Aquilio concepta fuit ex sententia, & mente tam ipsius Consulti, quàm testatoris, similiter omnes casus comprehendat, quibus filio suo hærede de medio sublato posthumus incipit suus hæres esse, siue per mortem naturalem
id accidat, siue per ciuilem: adhuc enim non pugnat Scæuola cum Papiniano; nam resolutio Scæuolæ illud habet fundamentum, quod institutio, vel substitutio in vnum casum facta, etiamsi per 45
modum conditionis fiat, comprehendit 46
similes casus, in quibus idem resultat effectus, si modò conditio necessaria sit, non voluntaria; quia in conditione necessaria non inspicitur via, vel modus, sed tantùm rei effectus, vt probatur elegantibus iuribus *in l. mulier 22. ff. ad Treb.* vbi conditio & casus mortis patris ampliatur, & extenditur ad casum emancipationis liberorum. Quod etiam probatur *in l. si ita esset 25. ff. quando dies leg. ced.* & hic etiam est verus sensus textus *in*
l. fideicommissa 11. §. si cui ita 11. ff. de leg. 3. iuncta gloss. ibi lit. D. & probatur 47
etiam *ex l. si mater 3. Cod. de institut. & substitut.* & ita tenet Bartol. *in dict. §. &*
quid si tantùm, numer. 3. & 5. & *in l. 1.* 48
ff. de vulgari, num. 33. vbi Rip. *num. 80.* Alex. *num. 8.* Ias. *numer. 26. & seq.* Bald. *in l. vlt. num. 7. Cod. de instit. & substitut.* Alber. *in rub. de vulgari, numer. 23.* Menoch. *cons. 442. & cons. 621.* & *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 65.* Surd. *cons. 236. num. 26.* Mantic. *de coniectur. lib. 3. tit. 19.* Alex. Trentacinq. *de substitut. 1. part. cap. numer. 25.* Boët. Epon. *in dict. §. &*

. si tantùm, *num.* 8. Costa *ibidem*, 5. *art. num.* 2. plures relati à Fusar. *de substitut. quæst.* 31. Fachin. *lib.* 10. *controuers. cap.* 45.

49 Hac igitur ratione *in dict.* §. *& quid si tantùm*, mortis casus à testatore expressus similes alios comprehendit; quia conditio illa in formula Galli à testatore concepta, *Si filius meus, me viuo, moriatur*, necessaria est, & non modum respicit, sed effectum illum ostendit, qui ex morte resultat, scilicet vt nepos posthumus, suus posthumus sit, & in casum, quo suus fuerit, instituatur; quia aliter illius facta institutio non valeret. Cùm igitur hic effectus æquè resultet per deportationem, & alios similes casus, per quos filius desinit suus hæres esse, necessariò ad omnes debet extendi; itavt licèt testator in mortis tantùm casum institutionem conceperit, rectè tamen instituisse iudicatur in casum deportationis, & similes. Quod tamen non potest verificari in spe-
50 cie textus *in dict.* §. *si in insulam*, cùm tam ex propria significatione, quàm ex mente contrahentium stipulatio, de qua ibi, & casus illius solùm in naturali morte verificetur: & cùm in specie dicti §. *& quid si tantùm*, Scæuola de interpretanda voluntate testatoris tractaret, & de casu mortis ad similes extendendo, quibus filius suus hæres esse desiisset, & lex Velleia omnes casus rumpendi abstulisset, dum non de aliquo speciali loqueretur, sed de omnibus generaliter, quibus filius
51 suus hæres esse desiisset, *dict. l. Gallus*, §. *nunc deleg. &* §. *sequenti parte*, meritò interpretationem sumpsit *ex dict. l. Velleia*, ex qua constabat conditionem illam, *si filius meus me viuo moriatur*, à testatore appositam necessariam esse, non voluntariam, & in ea testatorem non ad modum implendæ conditionis, sed potiùs ad finem, seu effectum respexisse, atque ideo omnes comprehendere casus. Qua solutione desumpta à Donello *ad dict. l. Gallus*, & *in dict.* §. *& quid si tantùm*, satisfit obiectioni, quam aduersùs communem interpretationem dicti §. *& quid si tantùm*, quam tuemur, opponunt Anton. Fab. *lib.* 9. *coniectur. cap.* 13. Pichard. *in lect. ad l. Gallus*, *dict.* §. *& quid si tantùm*, *num.* 27. Gaspar Schifordeger,
52 *quæst. forens. lib.* 3. *tract.* 17. *quæst.* 5. Nec his contrarius est Pompon. *in l. commodissimè* 20. *ff. de liber. & posthum.* quia cùm pater possit posthumum simpliciter & absolutè hæredem instituere, si exprimit vnum casum sub ea conditione voluntaria, videtur eum instituere; quapropter non fit extensio de casu ad casum, quia non admittitur talis extensio in voluntariis conditionibus, in quibus via & modus propositus principaliter attendi-
tur, vt specificè adimpleatur, *l. qui hæredi* 44. *l. Mauius* 55. *ff. de condit. & de-* 53
monstrat. l. qui liberis 8. §. *hæc verba*, *ff. de vulgar.* & non effectus, nisi contrarium colligatur ex testatoris voluntate, quâ conditiones reguntur, *l. cùm pater* 77. §. *dulcissimis*, *ff. de leg.* 2. *l. in conditionibus* 19. *l. pater Seuerinam* 101. *in princip.*
ff. de condit. & demonstrat. Et ita intelli- 54
genda sunt iura *in l. si fundum* 13. *ff. de condit. & demonstrat. l. qui filium* 22. *ff. de manumiss. testam. l. seruus decem* 68. *ff. de solut.* quibus cauetur impleri conditionem dandi pupillo, si tutori detur. Nam cùm datio pecuniæ solutionem eius contineat, & non rectè pupillo sine tutoris authoritate soluatur, §. *final. Inst. quib. alien. licet, vel non*; inde coniecturamus in hac conditione testatorem ad effectum respexisse: & licèt ex verbis persona pupilli comprehendatur, ex testatoris tamen voluntate, & mente tutoris, & curatoris personam comprehendi, ne pecunia ex imbecillitate pupilli depereat, *dict. l. si seruus* 68. *ff. de solut.* Nec est necesse, vt in rem pupilli pecunia sit versa, vt com-
munis Interpretum sententia existimauit 55
ex responso Papiniani *in l. Stichum* 95. §. *vsumfructum*, *vers. nam si & furiosi*, *ff. de solut.* nam vt ingeniosè Costa *vbi suprà*, *num.* 30. & *lib.* 2. *selectar. cap.* 10. *num.* 2. interpretatur, Papinianus eo in loco non requirit, vt pecunia in rem pupilli, vel furiosi versa sit eo in casu, in quo conditionis implendæ causa, quæ posita erat in persona pupilli, tutori, vel curatori soluitur, sed potiùs in altera illa specie, cuius comparatione Labeo, & Pegasus vtebantur, scilicet cùm pupillo, vel furioso adiectis solutionis causâ, tutori vel curatori debitor soluit; quo certè casu non aliter liberatur, quàm si pecunia in rem pupilli vel furiosi versa fuerit.
Differentiæ autem ratio manifesta est; 56
nam qui pupillo, vel furioso legauit, vel conditionis implendæ causâ dari iussit, attendit ipsius pupilli commodo, & acquisitioni dominij in illius persona radicandi. Quod omne vt effectum sortiretur, & pecunia ob imbecillitatem consilij pupilli non periret, prudenter introduxerunt per voluntatis testatoris interpretationem, vt conditio in persona pupilli sine tutoris authoritate non impleretur, in persona

verò

verò tutoris impleri possit, qui domini loco habetur, cùm benè administrat tutelam, *l. qui fundum 7. §. Si tutor 3. ff. pro emptore:* atque adeò qui rectè, & secundùm Iurisconsultorum doctrinam conditionem impleuit, non indiget vt pecunia in pupilli vel furiosi vtilitatem conuertatur; sicut nec debitor pupilli, qui tutori soluit, indiget ad liberationem, vt pecunia in rem pupilli vertatur, *l. Lucius 46. §. Tutela 5. ff. de administrat. tut. l. quod si fortè 14. §. Curatoris 7. ff. de so-*
57 *lut.* At verò qui sibi aut pupillo stipulatus est, nullum commodum, nullamve acquisitionem dominij, nullamque obligationem in personam popilli solutionis causâ adiecti contulit, *l. quod stipulatus 10. ff. de solut.* ideoque cùm nihil pupilli intersit, an nummi pereant, necne, & factum solutionis in eius personam collatum fuerit, facultatem habet debitor pupilio soluendi, & si ei soluat, à credito liberatur, *l. si stipulatus 11. ff. de solut.* nec potest tutori, vel curatori soluere, qui in stipulatione comprehensus non fuit; nec facultas illi soluendi stipulatione competit; atque ideo cùm pupillo soluere potuerit, etiam sine tutoris authoritate, si nihilominus tutori soluerit, non aliter liberabitur, quàm si pecunia in rem pupilli versa fuerit, vt elegantet Consultus docet *in dict. §. vsumfructum*, vt sentit Costa *vbi suprà*; & Sarmient. *lib. 5. select. cap... num.* 3. Redeundo igitur ad dictam legem *commodissimè*,
58 sumes ex dictis, ex eo in eius specie non fieri extensionem conditionis de casu ad casum, quia conditio de qua ibi, voluntaria erat: at verò conditio, de qua *in dict. §. & quid si tantùm*, necessaria est ad institutionem nepotis, tanquam sui hæredis, cùm non aliter vt talis possit hæres institui, nisi patre de medio sublato; mirum ergo non fuit, vt iuxta supradicta de casu ad casum extenderetur. Videndus Sarmient. *vbi suprà.*

59 Sic etiam deportatus non habetur pro mortuo in specie textus *in l. cùm pater 77. §. hæreditatem 4. ff. de leg. 2.* Cuiac. *lib. 8. respons. Papiniani, in dict. l. cùm pater*, & *in hoc dict. §. hæreditatem*, sic ponit speciem. Pater filio hæredi instituto electionem dedit, vt filiis suis, qui nepotes sunt patris, idest filiis nepotibus suis, vel cui ex his velit, cùm moreretur hæreditatem restitueret: post mortem patris filius in insulam deportatus est ex delicti causa; dixit Papin. quod licèt deportatione amisisset testamenti factionem, quia desinit esse ciuis, & factus est peregrinus; non tamen amisisse ius eligendi cui liberorum hæreditatem paternam restitueret, ea ratione, quia electio pendet ex animi iudicio, quod in deportato post pœnam manet integrum, & facti est electio potiùs quàm iuris; & idcircò deportatione non amittitur, quia deportatio amittit ea, quæ sunt iuris, non ea quæ sunt facti, *l. legatum, ff. de capit. diminut.* Et notat hoc Papiani responsum, nominatim ex hoc libro, etiam in testimonium attulisse Vlpian. *in l. ex facto 17. §. si quis rogatus 2. ff. ad Trebell.* Et ne iuris princi- 60
piis videantur obstare verba illa dicti *§. si quis rogatus: Cui liber factus*, &c. quoniam vt suprà dictum est, deportatus non fit seruus, vt expectari debeat eius libertas, sed retinet libertatem, & ciuitate plectitur sola, loco illorum verborum legendum, aut reponendum existimat, *cui liberorum fideicommissum restitui velit*, quod etiam iam notauerat *lib. 3. obseru. cap.* 10. Docent ergo Consulti in his duobus locis huius fideicommissi conditionem, vt præcipuè Papinianus ait, non existere ante mortem filij naturalem, minimeque adimpleri illius deportatione, cùm post deportationem possit eligere cui liberorum fideicommissum restitui velit, vt tunc electus post illius mortem admittatur, cæteris exclusis: quod si neminem elegerit, omnes ad fideicommissum pro virilibus vocari docet lex *vnum ex familia 66. §. si duos 4. ff. de legat.* 2. Aliud tamen dicendum esse docet Vlpianus supradicto loco, filio in metallum damnato, quæ pœna in omni iure semper morti comparatur, damnatumque plectit ciuitate, & libertate. Ex qua differentia resultat, quod non solùm damnatus in metallum non potuit eligere, sed etiam quod persequutio fideicommissi filiis eius competat, non expectatâ illius naturali morte. Et certè sententia Cuiacij circa hæc iura antiquiorum ferè omnium fuit, & communis est, licèt diuersimodè se habeant in explicatione illorum verborum, *cui* 61
liber factus, dicti *§. si quis rogatus*, vt videre est ex Accurs. ibidem, *lit. T.* Cuman. Alex. Socin. Clar. & Rip. quorum dicta refert, & reprobat eleganter subtilissimus Costa *in dict. §. & quid si tantùm, 2. part. sub num. 20. à vers. & primum, vsque ad num.* 23. ex cuius dictis necessariò, licet vnicè, à magno discedo Cuiac. circa prædictorum iurium intellectum, & interpretationem.

Existimo ergo prorsus dicendum cum subtilissimo Costa *vbi sup. à num.* 15. cuius etiam intellectum probare videtur Peregrin. *de iure fisci lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 6. verum
61 quidem esse in communi sententia electionem, de qua quærimus, meri facti esse; quod extra dubium est ad speciem textus *in dict.* §. *hæreditatem*, & *in dict.* §. *si quis rogatus*, quibus locis electio liberæ voluntatis explicationi committitur; ac
63 proinde refertur ad conditionem, *l. cùm quidam* 24. *ff. de leg.* 2. ad cuius materiam, quæ in vsu frequentissima est, vide Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 4. *&* 5. & ibi addentes, Castil. *lib.* 2. *cap.* 6. *à num.* 51. *& lib.* 5. *cap.* 67. vbi plenissimè: quod satis apertè probat textus *in dict.* §. *si quis rogatus*, ibi: *Parère conditioni.* At conditiones facti sunt, *l. qui heredi* 44. *ff. de condit. & demonstrat.* ibi: *Quia quæ facti sunt*, &c. Et hac ratione eleganter Papinian. *in dict.* §. hæreditatem, potestatem implendæ conditionis, & eligendi, non ius, sed facultatem magis appellauit. Et eadem sanè ratione conuincitur, quam in contrarium ponderat textum Garc. adductus, & reprobatus in hac parte per Cost. *vbi suprà, à num.* 14. malè existimans electionem iuris, non facti esse. Sed nihilominus cum supradicto subtilissimo Costa exi-
64 stimo deportatum si durante pœna elegerit, & in eo statu decesserit, nullius momenti fore electionem: & in eo concordes sumus cum communi sententia, vt teneamus deportatum posse eligere, vt sic verificetur facultatem eligendi non esse per deportationem amissam; discordes verò, quia vt electio sortiatur effectum, existimamus omninò necessarium esse, deportatum iam restitutum mori, aliàs si adhuc deportatus moriatur, nullius momenti esse electionem factam ab eo, tanquam à deportato, idest ab homine, qui diuersus iuris censurâ reputatur ab eo, cui testator electionem commisit.
65 Et hic est plenissimus sensus illorum verborum dicti §. *si quis rogatus*, ibi: *Papinianus lib.* 8. *responsor. etiam deportato tribuit eligendi facultatem, cui liber factus, idest à pœna restitutus, fideicommissum restitui velit.* Quippe eligendi facultatem deportatio non peremit, & vsque ad mortem naturalem, quo tempore fideicommissi dies cedit, liberum erit eligere aliquem, scilicet ex eis, qui eo tempore vixerit, non verò aliquem iam mortuum ex eis ante diem fideicommissi cedentem; nam cùm is, patre non eligente, aliis qui pro virilibus admittuntur, partem facere non possit, ex regula legis *hæres meus* 79. §. 1. *ff. de condit. & demonstrat.* consequens est, vt nec possit eligi; nam in eum destinario ditigi debet, qui fideicommissum inter cæteros habiturus est remotâ electio-
ne, vt eleganter ratiocinatur idem Pa- 66
pinian. *in dict. l. cùm pater*, §. *A filio* 10. Et hic est sensus dicti §. *hæreditatem*, ibi: *Virilis autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint, cùm de aliis eligendis potestas non fuerit.* Quæ etiam adaptantur ad eum casum, in quo deportatus, quin restituetur à Principe, decesserit; siue enim de facto elegisset, siue non, cùm nullius tunc temporis reddatur momenti præfata electio, qui extiterint illius filij die fideicommissi cedente, ad illud admittentur. Et illa verba: *Cùm de aliis eligendis potestas non fuerit*; inculcant rationem, quâ expressiùs vtitur idem Papinianus *in dict.* §. *A filia*, à contrario sensu, vel meliùs à correlatiuorum regula, vt quemadmodum solùm in terminis habilibus eligi possunt extantes, ita solùm extantes admittantur, remota electione.

Probatur ergo Acostæ, quem sequor, 67
intellectus ex eodem Vlpiano *in dict. l. ex facto* 17. §. *ex facto*, *ff. ad Treb.* vbi interpretatur conditionem illam, *si siue liberis decesserit*, non pertinere ad illos liberos, qui durante pœna ex deportato sunt concepti, ex ea ratione, quia hi quasi ab alio concepti reputantur; pœna namque deportationis, quæ ciuitatem, & ciuitatis iura propter crimen ademit, efficit vt deportatus alius quàm qui fuerat, esse videatur; testator autem de liberis sui hæredis intellexit, qui idem maneret. Cæterùm nihil magis facti est, nihilque magis naturale, quàm liberos habere: ergo idem dicemus in voluntatis explicatione, in qua electio consistit, vt nempe si à deportato fiat, non prosit quasi ab alio fa-
cta, cui testator commiserat. Ex qua pon- 68
deratione & similitudine rectè concludit idem Costa *vbi suprà, à num.* 33. quod si pater ante deportationem elegerit vnum ex filiis tunc existentem, voluntas illa explicata, antequam per deportationem alius haberetur, electionem efficiet vtilem; satis enim factum conditioni videbitur exemplo filij ante deportationem concepti, qui si tempore mortis superfuisset, faceret deficere conditionem. Et in-
super addit *n.* 34. quod durante deportatio- 69
ne pater non poterit mutare, aut reuocare electionem antea factam, ac proinde si in eo statu decedat, fideicommissum habebit solus filius ante deportationem electus.

Et

70 Et ita interpretatur illa verba textus *in d. §. hereditatem*, ibi: *Quo interea in insulam deportato*. Nam explosa communi interpretatione, quâ exponitur illud verbum, *interea*, idest dum viuit, melius intelligitur illud verbum, *interea*, idest antequam elegerit: quasi si elegisset, nec mutasset voluntatem ante deportationem, & deinde in insula non restitutus decessit, non posset fieri virilis inter eos, qui mortis tempore ei superfuerunt; siquidem nihil obstaret electioni ita factæ, quæ à testatore collata non videtur in mortis tem-
71 pus. Prosequitur optimè Costa vbi suprà, *à num.* 35. Pro latiori verò explicatione textus *in d. §. ex facto*, videbis Amayam *lib. 1. obseru. cap. 12. per totum.*

72 Probatur insuper prædictus intellectus *ex l. cùm quis* 38. *ff. de solut.* vbi Africanus scribit, Titio qui adiectus solutioni fuit, non posse rectè solui, si aquæ & ignis interdictionem passus esset, ea ratione quòd tacitè inesse stipulationi conditio videretur, si in eadem causa adiectus maneret. Igitur si in principio inesse conditio intelligitur stipulationi, quæ stricti iuris est, multò magis idem recipietur in testamentis, in quibus testantium voluntates ampliùs interpretamur, *l. in testamentis, ff. de reg. iur.* vt videlicet facultas eligendi alicui data intelligatur, si in eodem statu remanserit; ac proinde denegata, si non remanserit: sicut non remanet deportatus, quia ex ciue in peregrinum transfertur.

73 Pro intellectu verò dictæ legis *cùm quis* 38. cum lege *Sticum* 95. §. *vsumfructum* 6. *ff. eod. tit. de solut.* & cum lege *eum qui ita* 56. §. *qui sibi* 2. *ff. de verbor. obligat.* omisso Ant. Fab. *lib. 10. coniectur. cap.* 10. qui inter Iureconsultos dissensionem agnoscit, videndus est Cuiac. *tract. 2. ad African. in d. l. cùm quis*, & *lib. 28. quæst. Papiniani, in d. l. Sticum*, & *in d. §. vsumfructum, & in comment. ad tit. ff. de verb. obligat. in d. l. Cùm quis* 55. *vers. liberatur*: vel meliùs sequenda est communis resolutio, de qua vltra Gloss. & ordinarios in dictis locis optimè Doncl. *in d. l. cùm quis* 55. *ff. de verb. obligat. & lib. 16. comment. cap. 10. vers. Finitur autem, & vers. in hac tamen.* Etiam sunt videnda quæ scribit Castil. *lib. 4. cap. 59. à num. 36.*

74 Tandem ratione confirmatur prædictus relatus intellectus, quippe quod electio meri facti est; quæ autem facti sunt, per alium explicari haud possunt; personæ enim coniuncta videntur, *l. final. ff. de con-*
75 *dit. & demonstrat.* Sed vt remanet probatum, in interpretanda testatoris voluntate hæres per deportationem alius habetur homo. Igitur deportatus quasi alius eligere non poterit. Cæterùm si testator in alicuius, quem iam sciret esse deportatum, voluntate posuisset cui ex certis fideicommissum restituendum esset, tunc planè diceretur voluisse testatorem, quod deportatus eligeret, & potuisse deportatum voluntatem, quæ meri facti est; sine vlla difficultate explicare; quod sanè confirmari potest argumento textus *in dict. l. eum qui* 56. §. *qui sibi*, in illis verbis: *Emancipato, &c.* & *in d. l. Sticum*, §. *vsumfructum*, secundùm intellectum Cuiac. iura hæc intelligentis de Titio solutioni adiecto, capite tamen iam minuto stipulationis tempore.

Sic etiam deportatus non habetur pro 76
mortuo in specie textus *in l. res vxoris* 6. *Cod. de donat. inter*, & *in l. sed si* 13. §. 1. *ff. eodem*: ad cuius intellectum videbis Anton. Fab. *in Iurisprud. tit. 11. de nupt. princip. 1. illat.* 3. Cuiac. *lib. 3. obseru. cap.* 10. Steub. *in cap. Si pater, 1. part. verbo Ligauit, num. 5.* Sanch. *lib. 6. disp. 10. à num. 5.* Guttier. *canon. lib. 2. cap. 10. num. 42.* sed vltra omnes eorum intellectum assequutus fuit Pinel. *lib. 2. selectar. cap. 2. per totum.*

Vlterius deportatus non habetur pro 77
mortuo in specie textus *in l. Statius Florus* 48. §. *Cornelio Felici, ff. de iur. fisci*; secundùm communem Doctorum traditionem, qui ibi supponunt matrem deportatam. Sed pro illius certiori & meliori intellectu videndus Amaya *lib. 1. obseru. cap. 11.* qui per totum caput tam doctè, quàm acutè contra omnes inuehitur, & posteà edicit *à num. 24.* & existimat interpretationem quam affert, ex penetralibus sui ingenij productam esse. Et si mea cogitatio non me fallit, potiùs est Accursij, vt videre est in casus positione; & Cuiacij, qui eam expressè nimis docuit, & *in dict. §. Cornelio Felici*, ibi: *Sed bona sua aliquâ ex causa confiscata sunt, sine capitis diminutione*, vt in specie legis *Si mandauero*, §. *is cuius, ff. mandati*, & *in l. 7. §. at*, (qui restitutus est ex Basilicis) *ff. de bon. damnator.* & ibi posuit initio hæredis bona fuisse confiscata sine capitis diminutione.

Sed quia non possumus hîc comprehendere omnes species, nec per eas discurrere in quibus casus mortis ad deportationis casum extendatur, vel non, pro 78
regula constituimus, toties casum mortis ad casum deportationis extendi, quoties idem ex deportatione resultat effectus, qui vtique resultaret ex morte; toties autem non extendi, quoties deportatio non eundem producit, quem mors produxisset

effectum. Pró qua conclusione exornan-
da, & explicanda videndi sunt Barbos.
1. *part. l.2. in princip. num.* 155. *ff. solut. ma-
trim.* Surd. *cons.* 90. *à num.* 6. *cum seqq.* ele-
ganter Honded. *cons.* 62. *per totum vol.* 1.
ibi omninò videndus cùm se occasio obtu-
lerit. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 94.
& ibi addentes: Mier. *de maioratib.* 2. *part.
quæst.* 3. *num.* 55. *&* 56. Cost. *in d.* §. *& quid
si tantùm*, 2. *part. ex num.* 7. *cum seqq.* Fa-
chin. *controuers. lib.* 10. *cap.* 45. Peregrin. *de
fideicommiss. art.* 28. *num.* 63. Guttier. *cano-
nic. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 43. Pichard. *ad dict.
l. Gallus*, *cap.* 7. *à num.* 43. Fab. *lib.* 9. *conie-
ctur. cap.* 3. & *lib.* 10. *cap.* 15. *cum plurib.* Ca-
stil. *lib.* 3. *cap.* 12. *ferè per totum*, & *de vsu-
fruct. cap.* 66. *num.* 18. Amaya *lib.* 1. *obseru.
cap.* 11. Chumas. *de solut. disp.* 10.

79 Illud autem certissimum est, deporta-
tum non haberi pro mortuo quoad ea,
quæ sunt iuris gentium; quia licèt perdat
ea, quæ à iure ciuili proueniunt, non ta-
men amittit ea, quæ sunt iuris gentium,
quia sibi per legem hæc non fuerunt ab-
80 lata, *l. sunt quidam* 17. *ff. de pæn.* potestque
illos, qui iuris gentium sunt, contractus
celebrare, & ex eis sibi acquirere, *l. si
mandauero tibi* 22. §. *is cuius* 5. *ff. mandati.*
Hunc textum multi intelligunt non so-
lùm in deportato, sed potiùs in eo, cuius
bona fuerunt publicata citra capitis dimi-
nutionem, atque ita de relegatis exau-
81 diendum, quos refert Osuald. *ad Donel.
lib.* 17. *cap.* 4. *lit. G.* inter quos est Cuiac. *in
l. si mutus* 8. *ff. qui testam. facer. & lib.* 32. *ad
edict. Paul. in d. l. si mandauero*, & *in d.* §. *is
cuius bona.* Mouentur ex illis vltimis verbis,
ibi: *Quia publicatis bonis, quidquid postea ac-
quiritur, non sequitur fiscum.* Quæ sanè de
deportatis intelligi non possunt, propter
textum *in l.* 2. *Cod. de bon. proscript.*

82 Fulcirique potest hæc interpretatio ex
eo, quod actiones inuentæ sunt à iure ci-
uili, cùm ex legibus XII. Tab. compo-
nantur, *l.* 2. §. *deinde ex his legibus*, *ff. de ori-
gin. iur.* legis autem XII. Tab. capita præ-
cipua iuris ciuilis sunt, §. *constat*, *& seq.
Inst. de iur. nat.* & quia iuris ciuilis actiones
sunt, passim ciuiles appellantur, *l.* 13. §. *sed
si gratis*, *ff. naut. caup. l. in commodato* 17.
§. *sicut*, *ff. commod. l.* 1. §. 1. *ff. de obligat. &
act.* §. *Sed istæ quidem*, *Inst. de act.* quibus &
alijs argumentis post Gloss. *in l. ex hoc iure*,
verbo Obligationes, *ff. de iust. & iur.* & *in
d. l. actionum verbo aut ciuiles*, *vers. item
nota*, & *in d.* §. *sed istæ quidem*, *Inst. de act.*
tenet ita Bart. *in d. l. hoc iure*, *num.* 3. pluresf-
que alij DD. quos refert Pichard. *in rub.
de act. num.* 16. sed in specie textus *in d.* §. *Is
cuius*, mandati actio datur mandatori: non
potest ergo de deportato loqui, cùm illa-
rum rerum, quæ iuris ciuilis sunt, inca-
pax sit, *d. l. sunt quidam* 17. Neque sequu-
ta hac interpretatione obstabit si dicas, re- 83
legato omnia bona auferri non posse,
quòd sic eriperetur libero ciui vita, vt ex-
presse tenet insignis Gouean. *in l.* 11. §. 3.
num. 2. *ff. ad leg. falcid.* contrarium nam-
que verum est; interdum quippe ipsis re- 84
legatis bona adimi probat textus *in l. rele-
gatorum* 7. §. *ad tempus* 4. *ff. de interdict. &
releg.* melior textus *in d. l. Chirographis* 56. §. 1.
ibi: *Bonis ademptis relegatus erat*, *ff. de ad-
ministrat. tutor.* Sic etiam poterat fieri de-
portatio bonis omnibus relictis (licèt aliter 85
per viam regulæ, vt suprà diximus) quin
ad fiscum transirent, *l. relegatus* 14. §. *vlt.
ff. de interdict. & relegat.* vel solùm parte 86
bonorum adempta, *l.* 1. *Cod. de fideiuss.* vbi
verbum *exulandi*, deportationem arguere
rectè ostendit Cuiac. *lib.* 5. *obseru.* 35. &
notat Osuald. *ad Donel. vbi suprà*, *lit. G.* &
hodie deportato bona non adimuntur, sed 87
reseruantur illis personis, de quibus *in
auth. Bona damnatorum*, *Cod. de bon. proscript.*
(licet adhuc incapax maneat illorum,
quæ iuris ciuilis sunt. Peregrin. *de iur. fisci
lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 7.) Sed licèt hæc in re vera 88
sint, nihilominus tamen verba dicti §. *is
cuius*, generalia ac indefinitè concepta, ad
speciales illos, eosque rariores casus re-
stringere incongruum est. Quare prædi- 89
ctum textum cum communi Doctorum
de deportato intelligendum existimo, vt
capax sit illorum contractuum, qui iuris
gentium sunt, inter quos mandatum nu-
meratur. DD. *in l. ex hoc iure*, *ff. de iust. &
iur.* recteque possit ille contrahere, & ex
contractu agere. Neque huic interpreta- 90
tioni communi obstat textus *in d. l.* 2. *Cod. de
bon. proscript.* quia supradicta illa verba di-
cti §. *is cuius*, *Quidquid postea adquiritur,
non sequitur fiscum*, intelligenda sunt quan-
diu deportatus viuit; sed cùm hæredem
habere nequiret, eo mortuo itidem pu-
blicabantur, & sic intelligit dictam le-
gem 2. Glos. post Azon. *in* 2. *solutione*,
verbo Non sequitur, *in d.* §. *Is cuius*: & ita
etiam conciliat Pacius 4. *part. quæst.* 87. Pi-
nel. *in rub. cod. de bon. matern. num.* 2. dein- 91
de non obstat secunda consideratio, quia
ita demùm verum est, actiones esse de iu-
re ciuili, si accipiantur prout certis formis
contineri solebant; quo in casu quocum-
que ex contractu oriantur, siue ex eo qui 92
iuris ciuilis est, siue ex eo, qui à iure gen-
tium originem trahit, ciuiles semper dici
rectè poterunt, vel etiam dicuntur, ita vt
discrimi

discriminentur ab eis, quæ à Prætore in-
troducuntur, quoties prouenient ex illis
93 obligationibus, quæ iuris ciuilis sunt. Si
actiones accipiantur prout sunt ius agendi
in iudicio, prosequendique quod sibi de-
betur, *princip. Inst. de act.* iuris gentium
sunt, *l. rerum* 25. ibi: *Nam iure gentium, &c.*
ff. rer. amotar. l. indebiti 15. ibi: *Conditio na-*
turalis est, ff. de condict. indebiti, prout opti-
mè multis citatis docet Pichard. *in rub. de*
94 *act. à num.* 17. *vsque ad* 22. Cùm igitur de-
portato mandati contractus permissus sit,
rectè ex eo contractu mandati actio, tan-
quam præmissæ obligationis sequela ei
competit, & quidem vtilis, non directa,
idest efficax, & non ex formula solenni,
cùm in ea consideratione Iuris Ciuilis sit.
Notat cum aliis Osuald. *ad Donel. in d. lit. G.*
quem non citat, licèt sequatur Pichard.
95 *vbi suprà, num.* 20. Et quod exul idest de-
portatus, Cujac. *lib.* 15. *obseru.* 35. agere pos-
sit, probat textus *in l. Papinianus* 20. *in prin-*
cip. ff. de minorib. facitque ratio legis *eas*
obligationes 8. *ff. de capit. minut.* Nec solis ci-
uibus Romanis agendi ius fuisse constat
inde, quod Romæ certè fuit Prætor pere-
grinus, qui aliis non ciuibus ius dicebat,
l. 2. §. *post aliquot* 28. *ff. de origine iur.* notat
96 rectè Osuald. *in dict. lit. G. circa finem.* Pro
ea verò materia, quod deportatus non
perdat ea quæ iuris gentium sunt, ac pro-
inde possit contractus ex eo prouenientes
celebrare, videbis Peregrin. *de iur. fisci*
lib. 3. *tit.* 5. *per totum:* Farinac. *in* 1. *p. praxis*
criminal. quæst. 102. *per totam*, vbi *num.* 156.
& seqq. refert, & communem ex aliis te-
statur, deportatum ad pias causas testari
posse. Videndi ad materiam citati per
Ciarlin. *lib.* 2. *cap.* 161. *à num.* 25. Scac. *de iu-*
97 *dic. lib.* 2. *cap.* 9. *à num.* 1067. pro differen-
tiis verò inter deportatum & relegatum
videbis Fabr. *in Papinian. tit.* 11. *princip.* 8.
Farinac. 1. *tom. quæst.* 19. *à num.* 14. *& in*
fragm. lit. B. num. 82.

98 Sed cùm omnia notauerimus, nondum
tamen solutionem dedimus textus *in l. in-*
tercidit 69. *ff. de condit. & demonstrat.* cuius
occasione supradicta omnia prænotaui-
mus. Videmus namque, quod in illius
specie spes restitutionis à Principe impe-
trandæ consideretur, contra supradicta à
nobis pro explicatione textus *in l. si ne-*
cem 4. §. *si deportatus, ff. de bonis libertor.* Sed
congrua solutio videtur desumenda ex
epigraphe huius textus, quæ est Vlpian.
lib. 13. *ad legem Iul. & Pap.* vt nempe di-
camus odio caducarum legum, ibi depor-
tatum non haberi pro mortuo, sed immò
spem impetrandæ à Principe restitutionis
considerari, vt euitarentur caducariæ le-
ges, ne deportato habito pro mortuo le-
gatum in fiscum caderet: & ita intelligit
Cuiac. *lib.* 42. *ad edict.* Paul. *in d. l. si necem* 4.
& in §. 1. vbi coniungit etiam §. 2. *ff. de bo-*
nor. possess. contra tab. in l. 1. §. 8. *& ad tit.*
ff. de verb. obligat. in l. ex ea parte, §. *in insu-*
lam, & *lib.* 3. *obseru. cap.* 1. Sed cùm hodiè
caduca sint sublata per Iustinian. *in l. vnic.*
Cod. de caduc. tollend. illud dubitari poterit,
an in suo robore stet decisio dictæ legis *in-*
tercidit, vt si nempe aliquid sub conditio-
ne Titio relictum sit, & Titius fuerit de-
portatus, habendus sit pro mortuo, & de- 99
ficiat relictum, & apud hæredem maneat;
an verò attendi debeat restitutionis spes,
& pendente conditione non deficiat lega-
tum, quia pendente conditione posset Ti-
tius restitui. Facit dubitandi rationem so-
lutio, quam cum Cuiac. præstitimus *ad*
d. l. intercidit. Cùm enim iam hodie, sicut
antea, non studeant Prudentes ad euitan-
das caducarias leges, cùm ipsarum pœnæ
iam abolitæ sint, à cessante ratione videtur
dicendum legatum deficere, & apud hæ-
redem remanere. Contrarium tamen ve-
rius existimo ex supradicto illo principio, 100
quod tunc deportatio morti æquiparatur,
cùm ex ea idem atque ex morte resultat
effectus, qui sanè in specie proposita re-
sultare non potest; nam cùm legatum con-
ditionale non cedat, nisi conditione exi-
stente, *l. Si post diem* 5. §. *Sed si sub condi-* 101
tione 2. *ff. quando dies leg. cedat*, par est vt
tunc attendatur, an viuat, vel non lega-
tarius, argumento textus *in l. Sed si condi-*
tioni 6. §. *Solemus, ff. de hæred. instit.* Quod
si eo tempore adhuc in deportatione fue-
rit, tunc cùm adhuc incapax capiendi ex
testamento inueniatur, sanè pro mortuo
habebitur, cùm tunc, vt ad sensum patet,
idem resultet effectus ex deportatione, qui
ex morte resultaret. Et hæc resolutio sine
dubio est de mente Bart. *in d. l. intercidit,*
num. 2. dum post Dyn. & Iacob. de Aren.
docet, quod in his, quorum dies cedit,
ipse manens in deportatione habetur pro
mortuo, secus in his, quorum dies cede-
ret ipso restituto.

Ex suprà dictis etiam resultat solutio
ad textum *in dict. l. vlt. Cod. de sent. pass.* vi- 102
delicet quod licèt facta, & impetrata à
Principe restitutione recuperet omnia de-
portatus, ea tamen restitutio tanquam ex-
traordinaria, non consideratur ad suspen-
dendum, sicut consideratur quæ ex post-
liminij beneficio speratur. Breuiter tamen
quædam non inutilia notabis circa expli-
cationem huius textus.

Agitur

Agitur hic de ea quæstione, in cuius diuisione dissentiebant à Papiniano Paul. & Vlpian. Sed à Constantino Imperatore approbatur Papiniani sententia. Deportatus est quidam paterfamilias, & postea fuit restitutus: & notat hic differentiam. Nam aut deportato Princeps indulgentiam concedit, quo casu pœnam tantùm remittit; aut exilium condonasse intelli-
103 gitur, *l. final. Cod. de gen. abolit. vers. Indulgentia*, *l. cùm patrem* 2. *l. tutor* 4. *l. si ademptis* 5. *l. generali* 7. (de euius conciliatione cum lege *indulgentia* 9. vide ibi Gloss. *in prima solutione*) *Cod. de sent. pas.* vel potiùs vide meliùs Cujac. *ad eundem tit. statim à principio*: non bonorum restitutionem, nisi speciale beneficium super hoc fuerit
104 impetratum, *dict. l. cùm patrem* 2. *circa finem*, *l. Si pater vestes* 9. quæ specialiter loquitur in patria potestate, *eod. tit.* Sanè
105 vix vnquam restituuntur quæ semel ceci-
106 derunt in fiscum, *l. vnic.* §. 2. ibi: *Non tamen pecuniam recipit*, *ff. ad legem Iul. de am-*
107 *bit. l. 2. Cod. de bon. proscript.* quare indulgentia non restituit famæ & honori, nisi sit dictum specialiter, *dict. l. generali* 7. nec restituit filium patri, vt in eius potestatem
108 reuertatur, nec seruum domino, *l. in insulam* 6. *l. frustra* 8. *Cod. eod. tit. de sent. pass.* nec patrem filio, vt filium recipiat in pri-
109 stinam potestatem, *l. si pater* 9. *eod. tit.* Aut, inquit, deportato restitutionem concedit Princeps; tunc namque restitutus bona recuperat, honorem, dignitatem, famam, item & patriam potestatem, & iuspatro-
110 natus, *l. 1. dict. l. final. in princip. Cod. eod. l. etiam* 3. §. *si deportatus*, *ff. de bon. libertor. l. 1. ff. de sent. pass.* §. *Cùm autem* 1. *Inst. quibus mod. ius patr. potest. solut.* cui tamen addes omninò Donel. *lib. 2. comment. cap. 27. vers. Quod tamen*, vbi probat filiumfamilias deportatum & restitutum, nisi volentem in patriam potestatem non restitui; ea scilicet ratione, quia tantùm adfert resti-
111 tutio, quantùm abstulit læsio, *l. quod si minor* 24. §. *restitutio*, *ff. de minoribus*, *l. videamus* 38. §. *in Fauiana* 4 *ff. de vsur.* Seu vt elegantissimè loquitur Imperat. *in dict. l. vlt. vers. final.* vt tantùm ad restitutionem indulgentia valeat, idest in integrum restitutio, quantùm ad correctionem sententia valuit; & sicut deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentia restitutio bonorum, ac dignitatis, immò nominum amissorum omnium sit recuperatio, & filij emancipationem à patribus officio iudicis petant, & libertatem non damnationis, sed lenitatis paternæ testem habeant. Rursus inter indulgentiam, & plenariam restitutionem illud etiam distat, quod restitutus ex indulgentia nec habet pristinas actiones, nec pristini creditores aduersus eum agere pos- 112
sunt; transierunt namque omnes obligationes, tam actiuæ, quàm passiuæ in fiscum, apud quem etiam post indulgentiam cum aliis bonis remanent, *l. si debitori* 47. *ff. de fideiuss. l. 2. in princip. ff. de capit. minut. l. si vt proponis* 5. *Cod. de bon. proscript. l. si adempt.* 5. *Cod. de sent. pass. l. si deportatus* 2. *l. in insulam* 13. *in priori casu*, *ff. eod. tit. l. si seruus* 30. *ff. de obligat. & act.* & traditur ratio *l. vlt.* §. *vlt. ff. quæ in fraud. creditor.* Quando verò fit plenaria restitutio 113
ad omnia bona, quemadmodum actiones restituuntur, & competunt sicut ante sententiam restituto deportato, ita etiam in eum obligationes passiuæ restituuntur, vt aduersùs eum agere rectè possint creditores pristini, quia ipso iure restitutio bonorum & actionum restitutio est, *l. tutor* 4. *in finalibus verbis*, *Cod. de sentent. pass. l. Princeps* 21. *ff. de vsur. d. l. in insulam* 13. *in secundo casu.* Quod adeò verum est, vt si re- 114
stitutus bona respuat sibi à Principe concessa & restituta, non idem iuris sit, sed ipso iure redeat in obligationem creditorum, non ideo magis ac ex restitutionibus, *d. l. si deportatus* 2. *vers. Sed cùm ei facultas*, *l. si deportationis* 12. *Cod. eod. tit.* Vtrum verò in hoc casu gaudere possit cessionis auxilio? Licet aliqui negauerint, communior 115
tamen affirmatiua resolutio est, vt optimè, & breuiter resoluit Cost. *in l. Gallus*, §. *& quid si tantùm*, 2. *part. sub num.* 42. *vers. in qua specie*, *ff. de liber. & posthum.* cum aliis Farin. *quæst.* 25. *num.* 182. Quod si aliquam 116
bonorum quotam recuperauerit, pro rata portione eo beneficio gaudebit; non sic si aliquid singulare ei Princeps ex indulgentia concessit, tunc enim in nihilo tenebitur, *l. si debitor* 3. *Cod. de sent. pass.* de quo puncto post Gloss. in legibus suprà citatis, & DD. *in dict. l. Gallus*, *d.* §. *Et quid si tantùm*, *& in d. l. final. Cod. de sent. pass.* videndi sunt Cuiac. *ad illum tit. Cod. de sent. pass. vers. valde notanda sunt*, & *lib.* 18. *respons. Papiniani in dict. l. in insulam* optimè Fab. *in Papinian. tit.* 11. *princip.* 3. *illat.* 3. *per tot.* Lara 1. *tom. decis.* 8. *à num.* 70. vbi *num.* 70. resoluit, quod si restituatur deportatus, non recuperat legatum, aut fideicommissum, cuius conditio extitit antequam restitutione Ciuitatem recuperaret, per textum *in l. eum qui post* 164. *ff. de condit. & demonstrat.* Peregrin. *de iur. fisci lib.* 5. *tit.* 2. *à num.* 17. *vsque ad finem tituli*; vbi multas pertractat quæstiones ad materiam pertinentes,

nentes, præcipuè à *num.*25. vbi an in dubio restitutus intelligatur solùm contra pœnam, an verò etiam vt bona recuperet: de qua latissimè Farinac. *quæst.6. à num.27.*
117 *à verf. circa primum*: & *à num.*28. an restituatur ad relicta in testamento ante damnationem: & *à num.*67. disputat, quid dicendum si rebelles restituantur ad patriam vigore pacis sequutæ; an nempe recupe-
118 rent bona sua per Principem confiscata, & aliis personis concessa? Videndus etiam qui optimè de re agit, Gratian. *tit.* 3. *cap.*423. *per totum*: Pichard. *in dict. §.cùm autem, num.*5. *Inst. quib. mod. ius patriæ potest. soluit.* Giurb. *conf.*45. *per totum*, vbi *à num.*6. disputat, an publicatis bonis rei principalis, liberenter necne eius fideius-
119 sores? De qua etiam Caball. *caf.* 234. *à num.*33. Farinac. *quæst.*25. *à num.*177. vbi *num.* 181. limitat non procedere quando confiscatis bonis debitoris fiscus (sic dictante statuto, seu aliqua speciali consti-
120 tutione) emisisset proclama, vt creditores infra certum tempus compararent, & docerent de suo credito; quo elapso, & de credito non dicto, ampliùs ad aliquid petendum non admitterentur; tunc enim liberto similiter tenet actionem non dari contra debitorem etiam restitutum ad bona: de quo puncto agit eleganter Cabal. *resol. crimin. caf.*233. *per totum*: & videndus etiam pro hac materia *resol.*234. Ciarlin. *lib.*2. *cap.*168. *à num.*13. Quando verò & quomodo restitutio hæc à Principe concessa prosit, vel non ad bona etiam penes tertium alienata, videndi sunt optimè de re agentes Aceurs. *in dict. §.& quid*
121 *si tantùm*, 2. *part. à num.*36. *vsque ad n.*70. Pichard. *in §. si is qui* 3. *à num.*3. *Inst. de eo cui libert. cauf. bon.* Menoch. *de recuperand. remed.*10. *à num.*110. Farinac. *lib.*2. *decis. criminal.*197. *à num.*4. *& quæst.*6. *à num.*33. vbi latissimè Peregrin. *de iure fisc. lib.*5. *tit.*2. *à num.*34. *cum multis sequentibus*, Giurb. *conf.*44. *à num.*42. vbi an ad officia: & *decis.*58. *à num.*6. & eum multis *ad statuta, cap.* 1. *gloss.*4. *part.*1. *num.*110. Paschal. *de viribus patriæ potestatis lib.*1. *cap.*8. *à n.*205. Cyriac. *controu.*310. *num.*119. *& contr.*342. *num.*5. *lib.*2. Mart. *de success. part.*3. *q.*14. *art.*1. Ciarlin. *lib.*2. *cap.*161. *à num.*119. *& c.*168. *ferè per totum*: Clar. *in §. final. quæst.*59. *n.*5. Cassan. *conf.*26. *num.*15. Rol. à Valle *vol.*4. *conf.*45. *per totum*, Altograd. *conf.*98. *n.*63. *lib.*1. Surd. *conf.*189. *à num.*9. & *conf.*203. *à num.*8. *à verf. si verificat.* Mieres *de maiorat.*4. *part. quæst.*23. *à num.* 58. *cum multis seqq.* Morl. *in empor.* 1. *part. tit.*5. *de in integ. restitut. quæst.* 2. *à num.*5. Gratian. 2. *tom.*

*c.*209. *à num.*3. & Nos omnes allegauimus practicè circa restitutionem ob initam pacem *in comment. ad Ord. tom.*1. *ad proæm. gloss.*55. & *in alleg. impressa super demo de Villareal, n.*56. *& seqq.* Reinos. *obser.*6. *à n.*11. *cum seq.* Cabed. 1. *part. decis.*192. Ægid. *in lib.*1 *Cod. de sacrosanct.*6. *part.* §.3. *n.*3. Capye. Galeot. *respons. fiscal.* 13. & me citato hoc loco Portugal. *de donat. Reg. cap.*29.

Quid autem circa fructus dicendum, 122
videndi sunt Peregrin. *dict. tit.*2. *à num.*61. Couar. *lib.*1. *variar. cap.*3. *à num.*15. Costa vbi suprà, *à num.*71. Pinel. *in l.*2. *part.*2. *c.*4. *à num.*20. *Cod. de resand. vendit.* Pichard. *in §. extraneis autem* 5. *à num.*44. *Inst. de hæred. qualit. & different.* Gomez *vbi suprà*, *d. n.*8. Rol. vbi suprà, *à n.*8. Clar. *q.*59. *n.*7. Giurb. *decis.*89. *à n.*14. Mart. *de success. leg. p.*3. *q.*4. *art.*1. *n.*13. *&* 14. Mieres *d. quæst.*23. *à n.*96. Cabed. 1. *part. decis.*144. *à n.*1. Reinos. *d. obseru.*6. *n.*31. & Nos diximus *dict. gloss.*55. & me citato hoc loco Portugal. *vbi sup.*

Sed redeundo iterum ad speciem textus 123
in dict. l. final. Cod. de sent. pass. illam sic ponimus: Deportatus est quidam paterfamilias, & cùm postea esset restitutus plenariâ restitutione, iuxta supradicta, filius eius testamentum condidit, quærebatur an testamentum illud valeret, necne? Et quidem Vlpian. & Paul. valiturum testamentum existimabant, ea forsitan ratione, quod restitutio dignitatis, & bonorum nihil nisi dignitatem, & bona redderet restituto; patria verò potestas, neque dignitas sit, neque bonorum appellatione contineatur. Si 124
ergo patria potestas non recuperatur, nihil est, quod testamento obstet, cùm à patrefamilias conditum proponatur. Quod verò patria potestas non sit dignitas, ex eo probari videtur, quia alioquin dicendum esset, minorem dignitatem, aut minùs dignitatis habere patrem posteaquam filium emancipauerit, quàm antea habuisset; quod falsum esse nemo est, qui non videat. Quod autem bonorum appellatione non contineatur, probatur ex eo, quod locupletior videri non potest pater, si filiumfamilias habeat in potestate, quàm si illum non habeat, *l. pretia rerum* 63. *ff. ad leg. Falcid. l. nemo prada* 168. §.1. *ff. de reg. iur.* Non potest ergo patria potestas in bo- 125
norum appellatione contineri; cùm enim filiusfamilias liber homo sit, nec in bonis, nec in dominio habetur, cum illius non possit haberi commercium, *l.* 1. §. *si id quod, ff. de obligat. & act. l. liber homo* 103. *ff. de verb. obligat.* Et sanè hæc Vlpiani & Pauli sententia, & ratiocinatio videtur comprobari per eundem Papinianum *in*

l.impuberi 40. *ff.de administrat. tutor.* vbi ait nullum esse priuilegium militis in dando tutore, quia militum imperitiæ venia datur tunc tantùm, cùm de bonis suis testantur; tutela autem non ob militiæ præmium, inquit, sed iure patriæ potestatis mandatur. Apertè ergo his verbis significat Papinian. patriam potestatem esse quid merè personale, quod bonis adnumerari nullo modo possit.

127 Contrarium tamen existimauit Papinian. cuius sententiam Constantin. sequutus fuit, ea videlicet ratione, quod non modò durum, sed etiam absurdum videretur ei, cui patria, cui ciuitas, cui dignitas, cui bona omnia restituta sunt, non restitui patriam in liberos suos potestatem; & præcipuè cùm patria potestas non tantùm patri fauorabilis sit, sed etiam filio, cuius quoque interest reuerti in patriam potestatem, & sui hæredis iura, quæ per patris deportationem amiserat, recuperare. Igitur Papiniani sententiam, quasi benigniorem & fauorabiliorem, amplexus fuit Constantin. sanxitque, vt filius esset in potestate patris, cui dignitas, ac bona restituta sunt: & hoc modo rectè respondetur quæstioni propositæ de validitate testamenti, reprobatâ Gloss. *in dict. l. vlt. lit. A.* & in casus positione, quæ ponit ibi non solui quæstionem propositam. Si enim respondetur filium in patriam redire potestatem, vtique respondetur illius testamentum non valiturum; cùm non possit
128 valere testamentum filiifamilias, *l. qui filiusfam.* 19. *ff.de testament. l.cùm is*, §.1. *ff.de donat. caus. mort. iuncta l.filiusfam.* 6. *in fine*, *ff. de donat. l.senio* 3. §. 1. *l.nemo*, & *lege* 11. *Cod. qui testam. facer. poss. l.final.* §. *filiis autem*, *Cod. de bon. quæ liber. princip. Inst. quib. non est permis. facer. testam.* Quod verò ita sit species ponenda, maximè demonstrant verba illa, *remeante patre decessit*, idest suis laribus & bonis omnibus iam restituto, vt optimè intelligit Fab. *dict. titul.* 11. *princip.* 3. *illat.* 8. *col.* 2.

129 Quod si filius testamentum fecerit durante patris deportatione, vtique validum erit, etiamsi pater posteà ad omnia restituatur, & consequenter etiam patriam recuperet potestatem: quippe cùm testamentum perfectum sit tempore quo testator sui iuris erat; sicut enim reliqua alia gesta sustinentur, ita & testamentum sustineri debet, *dict. l. final.* §. *ita tamen*, *Cod. de sentent. pass.* & à fortiori si filius obiisset ante patris restitutionem. Glos. *in dict. l.final. verbo Rata sunt*, *vers. Sed si facto testamento*: & ratio elegans est, quia testamentum, quod quis iure perfecit, non rescinditur, si posteà ius testamenti faciendi habere desierit, nisi id contingat per capitis diminutionem, vt probatur per textum *in l.is cui*; *lege* 12. *ff. qui testam. facer.* vbi is, cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non potest, & si fecerit, ipso iure non valet; quod tamen interdictione vetustius habuerit testamentum, hoc valet: & *Nouel. verbo Monachis.*

Cùm tamen monachus testari non possit, non rescinditur testamentum antea factum, *l.qui in potestate* 6. §.1. *ff. qui testam. facer. l.*1. §. *si quis autem* 9. *ff.de bonor. possess. secund. tab.* quibus habetur, quod si quis post testamentum iure perfectum cœperit esse furiosus, vel surdus, vel mutus, testamentum non fit irritum. Cùm ergo patre restituto, & recuperante patriam potestatem filius non aliquam patiatur capitis diminutionem, consequens est vt dicamus illius quod antea fecerat testamentum valiturum: probat optimè Cuiac. *ad Mum. tit. Cod.de sentent.pass. vers. Vltimò est notandum.* Et in hoc discriminatur paterfamilias deportatus, & restitutus à patrefamilias capto, & reuerso. Namque captiuo reuerso, etiamsi filiusfamilias decessisset durante illius captiuitate, irritatur filij testamentum conditum captiuitate
durante, & à fortiori si reuertatur filio vi- 131
uo; quia restitutus fingitur non deportatus, ac proinde verum est dicere factum fuisse à patrefamilias. At verò si pater captus sit ab hostibus, & ab eis reuertatur, fingitur nunquam captus; suppositaque factione cohærenter dicitur testamentum à filiofamilias factum fuisse, ac proinde inutile esse, *l.*2. §. *si quis decesserit* 3. *ff. vnde legitimi*, *l.si pater* 15. *ff.de suis & legit. heredib.* Et hæc sufficiant pro horum iurium explicatione.

---

§. IV.

Alia iura circa eandem materiam explicantur. Agitur etiam de possessione & peculiis, & quibus acquirantur, & an filius possit de illis disponere.

SVMMARIVM.

1 *Liber homo redemptus veluti pignoris nexu retinetur: vide rationem* n.5. *potestque vindicare successionis iura*, n.2. *Partus nascitur ingenuus ex ingenua redempta,* &

& tamen retinetur pignoris nexu, n.3.
Liberi hominis nullum est commercium, & num.4.
6 *Libertas est res inaestimabilis.*
7 *Intelligitur lex* Senatus 43. §.vlt. ff. de legat.1.
8 *Intelligitur lex* Si quis ingenuam 21. in princip. ff. de captiu. & n.10. & 11.
9 *Natalibus non officit manumissio.*
11 *Matrimonium non datur iure ciuili, nisi inter Ciues Romanos.*
13 *Matrimonium praesumitur ex sola consuetudine.*
14 *Intelligitur lex* Si patri redempto 15. ff. de captiu. *& n.*22.23.
15 *Pretium à quocumque offerri potest, vt dissoluatur hic pignoris nexus.*
16 *Pignus durat dum durat res pignorata.*
17 *Et eâ peremptâ perimitur.*
18 *Instans in quo quis moritur, magis vitae, quàm morti tribuitur.*
19 *Hoc quasi pignus tandiu durat, quandiu vtile, & luibile est.*
20 *Oblatio solutionis habet vim solutionis.*
21 *Et quomodo.*
24 *Intelligitur lex* Si quis praegnante 27. de captiu. *& n.*25.26.27.
28 *Agitur de intellectu legis* Si postliminio, penult. ff. de captiu.
29 *Sine possessione non potest dari vsucapio, & continuari*, num.31.
30 *Captus ab hostibus non potest possidere.*
31 *Per captiuitatem interrumpitur possessio.*
33 *Possessio ex sua natura tota facti, non iuris est.*
34 *Ratio ob quam possessio postliminio non restituitur.*
35 *Explicatur lex* 3. §.1. ff. de bonor. possess.
36 *Iura quibus probatur possessionem iuris esse.*
37 *Exceptio debet esse de regula.*
38 *Reprobantur distinguentes inter possessionem in fieri, vt sit facti; & in facto esse, vt sit iuris*: & num.39.40.42.43.44.& 45.
41 *Conciliatur lex* Possessionem 29. ff. de acquir. possess. *cum lege* Pupillus 11. ff. de acquir. rer. domin.
46 *Reprobantur alij distinguentes, vt alia possessio sit, quae multum facti, alia quae multùm iuris habeat.*
47 *Reprobantur ciuilem possessionem vocantes eam iuris est, & naturalem vocantes eam facti.*
48 *Probamus dari duas possessionis species*, & num.56.
49 *Quae sit naturalis, quae verò ciuilis.*
50 *Explicatur lex* Nemo 10. Cod. de acquir. possess.
51 *Vsufructuarij, coloni, & similes an possideant*: & num.52. & 53.
54 *Vsufructuario an competant interdicta possessoria*: & num.55.
57 *Explicatur quomodo possessio facti, & iuris sit*, & num.62.
58 *Quid sit possessio.*
59 *Vnde dicatur.*
60 *Dilucidatur lex* 3. §. Ex contrario 3. ff. de acquir. possess.
61 *Multis modis possessio adquiritur.*
63 *Dilucidatur lex* Possessio 49. ff. de acquir. possess. *& num.*135. 141. 142. 143. 144. 145. & 190.
64 *Explicatur quomodo intelligatur, quod soles dici, non possideri iure ea quorum possessionem ius non probat.*
65 *Agitur de intellectu legis* peregrè, de acquir. possess. & num.89. 90. 92. 93. 94. 95. & 97.
66 *Thesaurus quid sit.*
68 *Cui acquiratur, explicatur vniuersa materia*, & num.69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 83. 84. 85. 86. 87. & 89.
80 *Loci religiosi quomodo sint, vel non in alicuius dominio.*
91 *Res mobiles quatenus possideantur.*
94 *Quid in seruis*, & num.99. 100. 101. 102. 103. 104. & 105.
96 *Prohibitum est sepelire pecuniam vt cadauer.*
98 *Possessio non potest esse apud duos.*
106 *De possessione animalium, quae abire, & redire solent.*
107 *Explanatur lex* Liber homo 54. §. final. ff. de acquir. rer. domin. *& num.*108.
109 *Lex* Ancilla, de furt. *& num.*111.
110 *Furtum non fit sine contrectatione.*
112 *Per seruum fugitiuum dominus possessionem, & dominium acquirit.*
113 *Interpretatur lex* Si seruus meus 15. ff. de publican. *& num.*114.
115 *Seruus fugitiuus non perdit peculium, perdit tamen illius liberam administrationem.*
116 *Agitur de intellectu legis* Serui, & filij 17. §. & illud, ff. de furt. *& num.*117. 118. 119. 120. 121.
124 *Quando contra dominum serui competat noxalis actio.*
125 *Expenditur lex* Seruus 27. §. Serui autem, ff. ad leg. Aquil. *& num.*128. *Explanatur* n.129.130.131.& 132.
126 *Refertur intellectus Cuiacij, & exploditur*, & num. 127.

EX supradictis autem deducitur etiam interpretatio ad textum optimum *in l. Si quis ingenuam 21. ff. de captiu.* Sed antequam illius speciem ponamus, illud prænotare omnino oportet, liberum hominem captum ab hostibus, postea que pretio redemptum, non manere seruum donec & quousque pretium à redimente datum ipse reddiderit, sed solummodò magis in causam veluti pignoris constitui, *l. 2.* ibi: *Magis in causam pignoris constitui, quàm in seruilem conditionem esse detrusi videntur: l. si liberum 11. cum duabus sequentib. l. commercio 16. l. liber captus 17. Cod. de postlimin. reuers.* bonus textus *in l. qui testamento 20. §. 1. ff. qui testam. facer.* ibi: *Verùm etiam ad eum, quem redemit ab hostibus, quamuis placeat hunc seruum non esse, sed vinculo quodam retineri, donec pretium soluat.* Et *l. 3. §. si quis eum 3. iuncto §. antecedenti, ff. de liber. homin. exhibend.* Et ea ratione etiam antequam restituatur, pro eo data successionis iura sibi vendicare fauore ingenuitatis potest, *l. is qui liber 19. Cod. eod. tit.* Ob eandemque rationem licèt eo in tempore fœmina in seruo conceperit, partus nihilominus tanquam ex ingenua ingenuus nascitur, *dict. l. commercio 16. Cod. de postlimin.* Licèt autem liberi hominis nullum sit

sit commercium, ob idque non minus pignorari haud possit, *l.* 1. §. *si id quod da-*
4 *ri 9. ff. de obligat. & act. l. liberi hominis* 70. *ff. de contrah. empt. iuncta l. sed & quod* 9. *l.* 1. §. *eam rem, ff. qua res pignor.* ideò tamen in hac specie quasi aliud pignus valet, non quia seruus ille maneat, sed quia publicè interfuit ita ius constitui, vt inuita-
5 rentur ditiores ad captiuos liberandos; & quia non esset æquum ante pretij pro libertate hostibus dati restitutionem vendicare se in plenam libertatem, rem aliàs inæstimabilem, inde effectum est, vt quasi pignoris ius in libero homine lo-
6 cum habeat, vt pretio exsoluto dissoluatur, *l. si pater* 34. §. 1. *ff. de donat. iuncta l. libertas* 106. *ff. de reg. iur.* Et in hoc sensu docet Vlpian. *in l. Senatus* 43. §. *vlt. ff. de leg.* 1. eum qui ab hostibus redemptus est, legari sibi posse, non quia
7 per hoc legatum redemptus libertatem consequatur, cùm redemptis seruus non sit, sicut consequitur seruus, si à domino suo legatus sibi fuerit, *l.* 2. *Cod. de commun. seru. manumiss.* sed quia proficiat legatum ad liberationem vinculi illius quasi pignoris, quod in eo habebat qui redemerat.

8 His igitur sic prælibatis, iam fas est ingredi speciem textus *in dict. l. Titius ingenuam* 21. *in princip.* quæ sic se habet: *Titius ingenuam ab hostibus captam redemit, eam apud se habuit vt ex ea filios susciperet, & postea ex se natum tanquam filium naturalem cum matre manumisit.* In hac, inquam, specie docet Vlpian. ignorantiam patris & matris minimè filij ingenuitati obstare, quia cùm reuera ex matre ingenua natus sit, ingenuus est, *princip. Instit. de ingen.* & opinata illa seruitus, tam à patre, quàm à matre ingenuitati non obest; quia cùm ingenuus aliquis natus sit, non officit ei in seruitute fuisse, idest in statu seruili,
9 nec quod postea manumissus sit: sæpissimè enim constitutum est natalibus non officere manumissionem, *l.* 2. *Cod. de manumiss. vindict.* §. *final. Inst. de ingen.* Et hic est
10 sensus illorum verborum: *Ideoque eam, quæ postliminio reuersa erat libera & ingenua, ingenuum peperisse constat.*

11 Sed dices, implicare hæc verba, quibus vtitur Vlpian. dum Titium maritum vocat, ibi: *Ignorantia mariti.* Quippe si Titius maritus fuit, non potuit habere redemptam in seruili statu, cùm sine matrimonio non possit quis esse maritus, nec dari possit matrimonium iure ciuili, nisi inter liberos, Ciuesque Romanos, *l. cum ancillis, Cod. de incest. nupt. auth. de nupt.* §. *Si verò, in vers. Si verò ab initio, collat.* 4. *princip. Inst. de nupt.* Sed respondendum est cum Gloss. ibi, illud verbum, *mariti*, non ad realitatem & veritatem referendum esse, sed potiùs ad hominum opinionem: quippe credebatur Titium cum redempta matrimonium contraxisse. Ex quo ergo Titius non habuit redemptam, vt ex ea, tanquam ex vxore filios susciperet, vt sic eum ea matrimonium contraxisset, prodest illa optio, vt ei pignoris vinculum remissum intelligatur, vt in aliquo prosit: & hic est sensus illorum verborum. Exinde intelligi 12
oportet remissum matri pignoris vinculum, ex quo de ea suscipere liberos optauerat; quia ad huius remissionem sufficit qualecunque iudicium, *l. fœdissima* 7. *l. si is qui te* 13. *l. liber captus* 17. *Cod. de postlimin. reuers.* Quod si Titius optasset ingenuam non redemptam, sed virtute militum recuperatam, cùm tunc ei pignoris nexu non teneatur, sed potiùs illum statum quem captiuitatis causâ amiserat, recipiat, vtique ex illa optione legitimum 13
resultaret matrimonium, quod ex sola consuetudine præsumitur, *l. in libera* 24. *ff. de rit. nupt.* Et hic est sensus vltimi versiculi, ibi: *Quod si publicè*, vsque ad finem principij.

Explicandus etiam ex supradictis venit 14
idem Vlpian. *in l. si patri redempto* 15. *ff. de captiu.* vbi si pater redemptus ante luitionem defunctus sit, posse filium ei suum hæredem existere docet, non solùm si post mortem patris offerat redemptionis quantitatem, sed etiam si nihil offerat.

In priori parte transit Vlpian. sine difficultate: namque vt ex supradictis visum est, redemptus si ante ab hostibus captiuitatem ingenuus erat, remanet ingenuus, & solùm quodam veluti pignoris nexu retinetur à redemptore, donec redemptionis suæ pretium soluat. Quare rectè ingenuo patri suus sit hæres filius; & si ipse patris redempti pretium reddiderit, dissoluet illum quasi pignoris nexum, quo pater tenebatur, cùm pretium illud non 15
solùm ab ipso redempto, sed ab alio quolibet offerri, vel solui possit, *l. cum & postliminij*, ibi: *A te, vel ab alio recipere, Cod. de postlimin. reuers.*

Sed in secunda parte maximam habet 16
difficultatem: namque certi iuris est, quandiu res pignorata durat, durare etiam pignus, si pecunia soluta non sit, *l. si rem* 9. §. *omnis* 3. *ff. de pignorat. act. l. Grege* 15. §. *etiam* 5. *ff. de pignorib. & hypothec. l. debitor sub pignore* 59. *ff. ad Treb.* Non poterit ergo ius illud pignoris finiri, nisi mortuo redempto; tunc enim quasi perempta

te pignoratâ, consequens erat vt pignoris ius in ea radicatum finiretur, ex regula
17 legis *Is qui* 45. *ff. de oblig. & act. l. ex legati causa* 23. *cum similibus concordantibus, ff. de verbor. obligat.* Et tamen Vlpianus docet, adhuc viuente redempto ius illud pignoris extinctum fuisse, vt demonstrant verba illa, *hunc dum moritur, quasi iure pignoris finito, nactum postliminium, & sine obligatio-*
18 *ne debiti obiisse.* Illud namque instans, in quo quis moritur, magis vitæ, quàm morti tribuendum esse docet textus *in l. vlt. ff. de condit. instit.* Respondendum tamen est, pignus hoc non ex conuentione aliqua descendere, sed naturale prorsus esse, idest introductum ratione naturali, vt videlicet ratione illius redemptor seruum sibi habeat redemptionis, quòd pro redem-
19 pto expendit pretium, argumento textus *in l. Iulianus* 13. §. *offerri* 8. *ff. de act. empt.* Vnde consequens est, vt tamdiu duret, quamdiu vtile, quia luibile fuerit. Cæterùm eo ipso, quod redemptus mori incipit, iam non est luibilis; quia in eo instanti lui non potest: quippe licèt in instanti possit fieri oblatio solutionis, quæ vicem solutionis habeat ad conditionem adim-
20 plendam, *l. vlt. ff. de condit. institut. l. Arescusa* 15. *in fine, ff. de stat. homin.* & ad redimendum hoc, de quo agimus, pignus possit per alium offerri pecunia, *d. l. cùm & postliminy* 6. *Cod. de postlimin.* reuerà tamen vt redemptio effectiuè consequatur,
21 non sufficit oblatio, sed insuper vel numeratio, vel depositio requiritur, *d. l. Cùm & postliminij, l. acceptam* 29. *Cod. de vsur.* Quæ omnia sanè in instanti illo mortis fieri non possunt. Rectè ergo dissoluitur hoc pignus, adhuc viuente redempto; & ideo
22 etiamsi filius post patris mortem pretium non offerat patri, suus erit hæres, cùm extincto pignoris nexu iam postliminio rediisse pater intelligatur. Et hanc solutionem tradit Anton. Fab. *in Pap. tit.* 11. *princip.* 4. *illat.* 3. *col. mihi* 3. ad quem locum se
23 remittit *tit.* 11. *princip.* 7. *illat.* 14. Vel potiùs dic verè quidem illud pignoris ius redempti morte dissolui, quippe tunc extinguitur res pignorata: sed cùm principium instantis mortis adhuc viuente redempto fiat, licèt ipsius instantis finis mors ipsa sit, ex eo Vlpian. docet subtilius dici posse, hunc dum moritur (quia viuens moritur, cùm iam mortuus mori non possit) quasi iure pignoris finito nactum postliminium, & ex eo vtitur illo verbo, *quasi*, quia reuerà non finitur nisi morte ipsa contingente. Et hic sine dubio videtur mihi verus & germanus Vlpiani sensus *in d. l. Si pater.*

Explicandus etiam ex supradictis venit 24
textus *in l. si quis prægnante* 23. *ff. de captiu.* cuius hæc est species. *Titius relicta vxore sua prægnante captus fuit ab hostibus, & eo existente in captiuitate peperit vxor filium, qui postea adhuc patre captiuo vxorem duxit (idest transacto eo tempore, quo absque patris consensu poterat filiusfamilias vxorem ducere, de quo diximus iam) ex qua filium genuit, quo genito reuersus fuit auus ab hostibus.* In hac specie docet Iulian. auum hunc omnia iura nepotis nomine obtinere. Et fuit 25
ratio dubitandi, quia cùm auus apud hostes esset tempore quo nepos conceptus fuit, videbatur nepotem præfatum illius aui nec agnatum, nec cognatum dici posse, argumento textus *in l.* 1. §. *Sciendum* 8. ibi: *Si modò mortis tempore vel in rebus humanis, vel saltem concepti fuerint, l. Titius* 6. *in finalib. verbis, iuncta l. seq. ff. de suis & legitim. hæredib. l.* 1. §. *Si quis proximus ei* 8. *ff. vnde cognati*, ibi: *Quia non fuit proximus cognatus ei, quo viuo nondum animal fuerit, l. vlt. ff. de ventr. in possess. mittend.* Contrarium tamen, & rectè respondet 26
Iulian. *in d. l. si quis prægnante*, idque postliminij potestate; nam cùm propter eam captiuitatis memoria deleatur, semperque viuens auus in ciuitate fuisse credatur, *l. Retro* 16. *ff. de captiu.* cum iam sæpissimè superioribus capitulis citatis, perinde res habetur, ac si existente auo in Ciuitate filius natus esset; & consequenter habetur etiam nepos, ac si natus esset existente auo in ciuitate; quapropter auo nascitur. Et hic est sensus finalium verborum dictæ legis *Si quis* 23. quibus supplet 27
Faber dictionem, *&*, & ita legit, *Ac si et filius natus in ciuitate fuisset, dict. tit.* 11. *princip.* 7. *illat.* 16.

Infertur etiam ex supradictis interpre- 28
tatio ad Paul. *in l. Si postliminio, penult. ff. de captiu.* In principio textus conclusionem proponit Labeo his verbis: *Si postliminio redisti, nihil dum in potestate hostium fuisti vsucapere potuisti.* Circa quæ verba, & circa quam conclusionem aduertere oportet, in vtroque sensu, in quo accipi potest, verissimam esse. Quippe si accipiatur conclusio eo in sensu, vt captus ab hostibus non possit inchoare vsucapionem, 29
nullam prorsus dubitationem accipit: namque sine possessione non potest dari vsucapio, *l. sine possessione* 25. *l. iusto errore* 44. §. *final.* ibi: *Cùm prius esset, vt quod vsucaptum diceretur, possessum fore: ff. de vsucap. l.* 2. *Cod. de præscript. longi tempor.* Non potest autem possideri captus ab hostibus, cùm ab alio possideatur, *l. Sic eueniet* 21.

niet 21. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. liber ho-
30 *mo 54. §. final.* ibi: *Quia nec possidere intelligitur qui ipse possideretur, ff. de acquir. rer. domin. l. 1. §. Sed & per eum*, ibi: *Sed nec vero domino, aut sibi acquiret, qui ab alio possidetur; l. cùm heredes 23. §. 1.* ibi: *Nec enim possunt videri aliquid possidere, cùm ipsi ab alio possideantur, ff. de acquir. possess.* Meritò ergo in hoc sensu absque dubio procedit prædicta conclusio, quam optimè ponit Vlpian. *in l. ait Prætor 23. §. 1. ff. ex quibus caus. maior. & in l. qui in seruitute 160. ff. de reg. iur.* ibi: *Qui in seruitute est vsucapere non potest; nam cùm possideatur, possidere non videtur.*

Sed etiam verissima est conclusio, si accipiatur eo in sensu, vt dicamus captum ab hostibus non posse continuare vsucapionem, ad illamque non restitui postli-
31 minio, etiamsi ab hostibus redeat. Prioris partis illa est ratio, quia non datur vsucapio sine continuata possessione, *l. 3.* ibi: *Per continuationem possessionis; l. naturaliter 5. l. si is qui pro emptore 15. in princip. l. possessio 20. l. nunquam 31. §. 1. ff. de vsucap. l. 1. & 2. Cod. de prescript. long. tempor.* Per captiuitatem verò interrumpitur, im-
32 mò perditur possessio, *dict. l. si is qui pro emptore, l. qui vniuersas 5. §. Item quod 3. ff. de acquir. possess.* ibi: *Aut si is qui possidet in alterius possessionem peruenit*, cum aliis iuribus citatis numero antecedenti. Non potest ergo captus ab hostibus vsucapionem continuare. Secundæ verò partis illa est ratio, quia possessio ex sua natura tota facti, non
33 iuris est, *l. 1. §. Si vir vxori 4.* ibi: *Quoniam res facti: l. possessionem 29.* ibi: *Quod est enim facti potest amittere, ff. de acquir. possess. l. 1. §. Scæuola 15.* ibi: *Quia facti est, & animi, ff. si is qui testam. liber esse: l. 3. §. 1. ff. de bonor. possess.* ibi: *Non vti rerum possessio accipienda est.* Est enim iuris magis, quàm corporis possessio. Quæ verba posuit Vlpian.
34 ad discriminandam bonorum possessionem, de qua in illo titulo agitur, à rerum possessione, de qua nunc agimus, & agitur in titulo *de acquirenda possessione*; sic docens illam iuris, hanc verò facti esse.

Postliminium autem iura suspendit, vt integra redeunti ab hostibus captiuo reseruentur, *l. Illa institutio 32. §. 1. ff. de hered. instit. dict. l. cùm heredes 23. §. 1.* & vt iam suprà diximus circa res facti non operatur. Hac ergo ratione captiuitate abrumpitur, & postliminio non restituitur,
35 vt eleganter docet Papinian. *in dict. l. denique 19. ff. ex quib. caus. maior. dict. l. si is qui pro emptore 15. ff. de vsucap. l. in bello 12. §. facti, ff. de captiu.* Concluditur ergo, non fingi postliminio captum possedisse, & vsucepisse, vt explicat optimè Cuiac. *lib. 3. quæst. Papiniani in dict. l. Denique.* Fab. *tit. 11. princip. 8. illat. 28.*

Sed contra supradictam conclusionem, & rationem, quâ illam fulcimus illud obiici potest, quod licèt quoties possessio acquiritur, seu vt DD. loquuntur, in fieri est, facti sit; cæterùm tamen quoties acquisita, & in esse producta est, iuris esse dicitur, prout tenent Bartol. *in l. 1. num. 6.* & ibidem Iason, *ff. de acquir. possess.* Couar. *in reg. possessor, 2. part. init. num. 3.* & sic videntur in priori sensu accipienda iura suprà à nobis adducta probantia possessionem quid facti esse. In secundo verò sensu sunt plurima alia, quæ illam iuris esse dicunt, vel ius appellant, vt *in l. peregrè 44. in princip.* ibi: *Vis possessionis, l. possessio 49.* 36
in fine principij, ibi: *Et plurimum ex iure possessio mutuetur:* & *in §. 1. in fine*, ibi: *Sed & iuris est, ff. de acquir. possess.* & satis ostendit Iauolen. *in dict. l. cùm heres 23. ff. eodem*, dum tradens omnia iura à defuncto ad hæredes transire, in possessione limitat (exceptio namque de regula esse debet,) *l. si ea res 31. §. final.* ibi: *Qui prior ius eius adprehenderit, ff. de acquir. possess. l. 2. §. final.* ibi: *Qui possessionem corporis vel iuris*
adeptus est, ff. de precario; l. non ideo minus 5. 37
ibi: *Inconcussum possessionis ius obtinebis; Cod. de liber. caus. l. nemo ambigit 10.* ibi: *Aliam quæ iure consistit*, & ibi: *Super iure possessionis vacillet, Cod. de acquir. possess.* Sed in sensu supradictæ conclusionis, cùm agitur de re possessa ante captiuitatem, quia proponuntur termini de vsucapione cœpta, agitur de possessione iam in esse producta: ergo si in hoc sensu iuris est, vtique rectè suspendi, & restitui postliminij fictione potest, ac proinde sequitur suspendi & restitui posse vsucapionem.

Pro solutione huius difficultatis dicendum est, minimè Nos admittere distin- 38
ctionem Bart. & sequacium distinguentium inter possessionem in fieri, vt tunc facti sit; & in facto esse, vt tunc sit iuris: quia admissâ tali distinctione inextricabilis est supradicta difficultas, & conuincitur manifestè *ex d. l. denique 19. ff. ex quibus* 39
caus. maior. l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiu. Quæ iura cùm possessionem facti esse affirment, non de adquirenda, sed de iam acquisita, & in esse producta tractant, cùm de illius interruptione, vel amissione loquantur. Interrumpi autem, aut amitti, nisi quæ iam acquisita sit, non posse, satis
ad oculos constat: quod idem probat tex- 40
tus *optimus in l. possessionem 29. ff. de acquir. possess.*

possess. ibi: *Quod enim facti est, potest amittere.* Vbi verbum, *amittere*, supponit Iureconsultum tractare de possessione iam in facto esse producta. Cui ne obstet textus *in l. Pupillus* 11. *ff. de acquir. rer. domin.* vltra Gloss. *in dictis iuribus*, *& in* §. *nunc admonendi, verbo Illam, Inst. quibus alienar. licet*
41 *vel non*, videndus est Pichard. *in d.* §. *Nunc admonendi, num.* 7. Cuiac. *in recit. ad tit. ff. de acquir. possess. in dict. l. possessionem*: vbi etiam de explicatione legis 2. §. *Si à pupillo, ff. pro emptor.* post gloss. ibi: & adiunge etiam Donel. *lib.* 1. *comment. cap.* 21. *vers. de compendus*: & *lib.* 5. *cap.* 15. *vers. Hac in his.* Et quod possessio licèt iam in facto es-
42 se producta, facti sit, & facti dicatur, satis etiam probare videtur textus *in l.* 1. §. *si vir uxori* 4. *&* §. *antecedenti, ff. de acquir. possess.* probaturque ratione, quia nemo fa-
43 cto suo ius nostrum nobis auferre, aut minuere potest, putà rem nostram subripiendo, contrectando, vendendo, tradendove: manet integrum nihilominus & dominium, & pignus, & si quod aliud ius nostrum fuit in re ablata, *l. soluendo* 39. *ff. de negot. gest. l. debitorem* 15. *Cod. de pignoribus & hypothec. l. nec filius* 7. *Cod. de reb. credit.* Atqui vnusquisque re subrepta, & erepta eo facto statim possidere desinit; quæ tamen possessio iam erat in esse producta, & in facto esse, *l. possideri* 3. §. *si rem* 18. *l. rem quæ nobis* 15. *ff. de acquir. possess.* Sequitur ergo quod possessio etiam in facto
44 esse, & iam producta, non iuris, sed potiùs facti est. Vlteriùs nemo ideo rei suæ dominium amittit, quia res fortè ita excedit, vt non inueniatur, putà quia decidit in flumen, aut decidit ex curru; dominium enim ius est, quod semel quæsitum manet etiamsi res nostras, atque ideo ius nostrum ignoremus, §. *vlt. Inst. de rer. diuis.* Contrà his factis statim possessio, etiam iam producta, & in facto esse, amittitur *dict. l.* 3. §. *Neruа filius* 13. *ff. de acquir. possess.* Non ergo iuris, sed potiùs facti est dicta
45 possessio. Explicat optimè Donel. *lib.* 5. *cap.* 6. *à vers. Si possidere*, vbi Osuald. *lit. F.* Cuiac. *ad tit. ff. de acquir. possess. in l.* 1. §. *si vir uxori.* Giphan. *ibid.* & *in l. cùm heredes* 23. §. 1. *ff. de acquir. possess.* Petr. Gregor. *lib.* 1. *syntagm. cap.* 13. Anton. Fab. *in rat. ad tit. ff. ex quibus caus. maior. in dict. l. denique*, Pichard. *ad tit. Instit. de interdict. art.* 2. *à num.* 47. *cum sequentibus.*

46 Deinde non admittimus sententiam Accursij *in dict. l. denique, gloss. penult.* & *in d. l. Possessio*: eiusdem Bart. *in l. si is qui pro emptore* 15. *à num.* 9. *cum seq. ff. de vsucap.* nec Iasonis *ibid. num.* 2. distinguentium, vt alia sit quæ multùm facti, & multùm iuris habeat, qualem dicunt esse eam, quæ per procuratorem & seruum ex causa non peculiari acquiritur; alia verò, quæ multùm iuris, & parum facti habet, qualem dicunt esse, quæ ex causa peculiari per filios, & seruos quæritur: quippe cùm possidere sit sibi rem habere, vel eum animo sibi possidendi retinere, vt eleganter explicat Valenc. *lib.* 1. *illustr. tract.* 2. *cap.* 2. *à num.* 14. nulla enim potest esse possessio, quæ non plurimùm facti habeat; nulla item, quæ non plurimùm iuris, cùm dominia omnia, vel ex iure gentium sint, vel ciuili: vnde ex possessione tot resultant iuris effectus.

Rejicimus etiam opinionem Aleiati *in tract. de quinquen. præscript.* Petr. Gregor. *lib.* 1. *syntagm. cap.* 13. Vacon. *lib.* 2. *declarat. cap.* 33. Cuiac. *ad tit. Cod. de acquir. possess. & lib.* 3. *quæst. Papiniani, in dict. l. Denique*, Fachin. *lib.* 8. *controuers. cap.* 5. ciuilem possessionem à naturali distinguentium, vt illa iuris, hæc facti sit: quippe quod licèt has duas possessionis species admittamus, 48 ciuilem nempe, & naturalem (quidquid alij non admittant citati per Osuald. *ad Donel. lib.* 5. *cap.* 7. *lit. P.*) propter iura expressa, quæ de illis mentionem faciunt *in l. in hac actione* 3. §. *final. circa finem, ff. ad exhibend. l.* 2. §. 1. *ff. pro hærede, l.* 1. §. *Dejicitur* 9. *ff. de vi & vi armat. l. quod seruus* 24. *ff. de acquir. possess. l. stipulatio ista* 38. §. *hac quoque* 7. *ff. de verbor. obligat.* & satis duas esse possessionis species demonstrent Consulti *in l. quemadmodum* 8. ibi: *Nulla possessio, ff. de acquir. possess. & in l. non solum* 33. §. *quod vulgò, ff. de vsucap.* ibi: *Nullam possessionem habet*; non tamen admittimus ci- 49
uilem possessionem eam dici, quam animo quis retinet, naturalem verò cui corpore insistitur; sed potiùs ciuilem possessionem iustam, siue bona fide apprehensam dicimus; naturalem verò injustam, siue mala fide apprehensam appellamus, vt eleganter probant iura *in l.* 3. §. *ex contrario, & in* §. *vel etiam* 22. *ff. de acquir. possess.* ibi: *Vel etiam potest diuidi possessionis genus in duas species, vt possideatur aut bona fide, aut non bona fide: l. duo* 19. *in princip. ff. de precario*; satisque colligitur *ex l. quod seruus* 24. *ff. de acquir. possess.* vbi Labeo ciuilem possessionem iustam appellauit, iniustam autem naturalis seu corporalis appellatione explicuit, cùm eam ex maleficiis apprehensam affirmet. Non est igitur ciuilis possessio ea, quæ solo animo retinetur; naturalis verò, quæ tenetur corpore, vt si quis cùm peregrè profectus esset, nemine in fundo

fundo relicto, sic tamen vt nollet amittere possessionem, is ciuiliter possideat: si quis autem in possessione fundi esset, vel per se, vel per alios, is possidet naturaliter, ad textum *in l. clam possidere 6. §. qui ad nundinas, l. si id quod 25. §. 1. & 2. ff. de acquir. possess.* provt vulgò notatur *ad l. nemo, Cod. de acquir. possess.* traduntque in expresso Alciat. *in l. quæstio, ff. de verbor. significat.* Duaren. *lib. 1. disputat. cap. 8.* & *ad tit. ff. de acquir. possess. cap. 1.* & *ad l. 1. eod. tit.* Pac. *quæst. 91.* Hottoman. *lib. 1. obseru. 1.* quippe quod possessio quæ tenetur corpore, & ea quæ retinetur animo, non sunt species diuersæ, sed vna & eadem possessio. Neque enim qui corpore est in fundo, & naturaliter possidet, si is posteà è fundo exeat, naneiscitur nouam possessionem, sed eam ipsam, quam priùs habebat, animo retinet; vnde & prior retineri dicitur, non noua acquiri.

50 Neque hæc negantur *in l. nemo 10. Cod. de acquir. possess.* cùm dicitur possessionis duplicem esse rationem; nam ratio possessionis ibi non significat speciem, sed modum possidendi, vt est vsus Latinorum; quo modo dicta est ratio obtinendæ possessionis *in dict. l. clam possidere 6. in princip.* & apparet ex illo Ciceronis: *Omnis honesta est ratio expediendæ salutis.*

Neque etiam accommodata sunt exempla ad discernendas has duas possessionis species, ciuilis & naturalis, si dicas ciuilem possessionem eam esse, quæ sine aliqua insistentia retinetur animo; naturalem verò, cui insistitur: sicut naturalis possessio dicitur vsufructuarij, coloni, &
51 cæterorum, qui rei incumbunt, *dict. l. 2. §. 1. ff. pro hærede, l. 3. §. vlt. cum l. seq. ff. ad exhibend.* & quod hæ personæ dicantur naturaliter possidere, constat *ex l. naturaliter 12. in princip. l. possessio 49. in principio* (quibus in locis de vsufructuario agitur) *ff. de acquir. possess. l. & habet 15. §. eum qui 4. ff. de precario:* vbi precariò rogantem, naneisci possessionem non esse dubium, docet Pompon. *l. cùm vnus 7. §. neque colonis 11. ff. commun. diuid.* vbi loquens Vlpianus de colonis & depositario, addit hæc verba: *Quamuis naturaliter possideant, l. videamus 38. §. si possessionem 10. ff. de vsur.* vbi iterum de depositario, & commodatario agitur. Nam quando naturaliter prædictæ personæ possidere dicuntur, ad factum tantùm tenendi illud refertur, argumento tex-
52 tus *in l. Si quis in graui 3. §. aptare 19. ff. ad Syllan.* quæ detentio & insistentia à ciuili possessione aliquando distinguitur; *dict. l. 3. in fine, ff. ad exhib. dict. l. 2. §. 1. ff. pro hærede, dict. l. stipulatio ista 8. §. hac quoque, ff. de verbor. obligat.* non sanè quasi ista detentio seu insistentia diuersam possessionis speciem constituant; sed quia diuersum quid sit. Non respiciunt ergo præfata iura ad veram aliquam possessionem, quâ omnino carent prædictæ personæ; cùm non sibi, sed aliis possideant, & ille possidere dicatur, cuius nomine possidetur, *l. quod meo 8. in* 53
princip. ff. de acquir. possess. Reinos. *obseru. 18.* ideoque in illis nullam possessionis speciem locum habere, rectè scripsit Consult. *in l. acquiritur 10. §. vlt. ff. de acquir. rer. domin. l. non solùm 33. §. 1. vers. cùm hæc, ff. de vsucap. l. certè 6. §. is qui rogauit, ff. de precar. §. placet 5. vers. Fructuarius, Inst. per quas person.* probaturque manifestè *ex l. 1. §. deiicitur 9. & §. denique 10. & §. quod seruus 22. ff. de vi & vi arm.* quibus locis cùm scribunt Consulti, illum deiici de possessione, qui possidet, siue ciuiliter, siue naturaliter possideat; quia etiam naturalis possessio ad interdictum illud proficiat, ideoque mulierem in re à marito donata interdictum habere, quamuis possessio illius iniusta sit, atque colonum, & seruum, qui alieno nomine possident, interdicto *vnde vi* experiri non posse, ex eoque demonstrant prædictas personas non habere vllam, nec naturalem quidem possessionem, quam ad interdictum proficere scripserant, quando viro vsufructuario dicitur interdictum *vnde vi*, & *vti possidetis*, 54
competere, *in l. idem est 3. §. vnde vi 13. & §. qui vsusfruct. 14. ff. de vi, & vi armat.* & *in l. vlt. ff. vti possidet.* id intelligendum prorsus erit non respectiuè ad possessionem fundi retinendam, vel recuperandam, quam nec habet, nec vnquam habuit vsufructuarius; sed ad ipsam vsusfructus possessionem, quam habere fatemur. Et diuersitatis ea est ratio, quia quamuis fundum domino, non sibi possideant, vsumfructum tamen sibi, non domino possident, argumento textus *in l. Quod ait Prætor 7. ff. quorum legator.* & hæc est vera huius textus mens, quam tradit Valenc. *lib. 1. illustr. tract. 2. cap. 3. num. 10.* omissis quæ tradit Donel. *lib. 15. comment. cap. 33. vers. interdictum autem.* Pro latiori 55
verò huius textus intelligentia videbis Menoch. *de recuper. remedio 1. quæst. 5. à num. 69. cum seqq. & de retinend. remed. 3. quæst. 8. à num. 70. cum seqq.* Castil. *de vsufruct. cap. 5. à num. 28.* Gratian. 2. *tom. c. 311.*

Cauebis tamen in multis ab illorum doctrinis, quæ nobiscum pugnant; quæ enim in his numeris scripta sunt, in Iureconsultorum expressis responsis allegatis fundantur.

56 Sed vt redeamus vnde digressi fuimus, sequitur quod licèt admittamus, prout admitti debet, communem distinctionem, & diuisionem possessionis in ciuilem & naturalem, prout admittunt Donel. *lib.* 5. *cap.* 7. Cuiac. *lib.* 27. *obseru. cap.* 7. *& lib.* 9. *cap.* 33. Anton. Fab. 2. *tom. rational. in l. officium* 9. *ff. de rei vindicat.* Valenc. qui vltra hos alios citat *lib.* 1. *illustr. tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. quamuis in explicando varient; tradit etiam Valasc. *de iure emphyteut. quæstion.* 8. *à num.* 5. videndus Pichard. *ad tit. Inst. de interdict. tit.* 4. *à num.* 29. *vsque ad num.* 109. non euadimus tamen difficultatem supradictam distinguendo inter possessionem ciuilem, vt illam iuris dicamus; & naturalem, vt illam facti appellemus.

57 Dicendum ergo existimamus, possessionem à facto incipere, factique esse, & ex facto totam æstimari, quantum ad propriam suam naturam & substantiam pertinet, *l. Denique* 19. *ff. ex quibus caus. maior. dict. l.* 1. *§. si furiosus*, *& §. si vir vxori*, *dict. l. possessionem* 29. *ff. de acquir. possess. dict. l.* 1. *§. Scæuola*, *ff. si is qui testam. liber esse iuss. dict. l. in bello* 12. *§. facti*, *ff. de*

58 *captiu.* cum similibus: quippe possidere nihil aliud est, quàm rem tenere, & in ea sedere, ideoque vel à pedibus appellatur, qui naturaliter tenentur ab eo qui eis insistit, vt ex Labeone refert Paul. *in l.* 1. *in princip. ff. de acquir. possess.* secun-

59 dùm vulgarem lectionem; vel à sedibus, quasi sedium positio, prout in Pandectis Florentinis legitur: quo vtroque modo dici solet à Prudentibus, quod tam vna, quàm altera notatio, seu allusio nominis denotet possessionem sessionis, incubationis, aut insistentiæ; constat enim quod tam detinet qui sedet, quàm qui insistit; constatque *ex l. quod meo* 18. *§. si venditorem* 2. *ff. de acquir. possess.* ibi: *Non vtique ita accipiendum est, vt qui fundum possidere velit, omnes glebas circumambulet; sed sufficit quamlibet partem eius fundi introire.* In quibus iuribus alluditur ad pedum positionem: ad alteram verò notam, quatenus à sedibus dicitur, respiciunt Consulti *in l. si eum* 28. *§. vlt. ff. de fideicom. libert.* ibi: *Namque eos, qui apud sedes suas, & domicilium sunt*, &c. *l.* 1. *ff. de Decur.* ibi: *Quos sedibus ciuitatis*, &c. *l. in lege censoria* 203. *ff. de verbor. signif.* ibi: *Vbi quisque sedes, & tabulas haberet.* Quibus in locis sedes pro domicilio, vel possessione accipiuntur. Et quia vtraque notatione, seu allusione notatur possessio, meritò Paul. *in l.* 3. *§. ex contrario* 5. *ff. de acquir. possess.* argumen- 60
tatur ab eis ad probandum duos in solidum eandem rem possidere non posse, ibi: *Non magis enim eadem possessio apud duos esse potest, quàm vt tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto; vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris.* Ad allusionem possessionis sumptam à pedibus, alludit Cicer. *Philip.* 3. *Hodierno* (inquit) *die, Patres Conscripti, in possessionem libertatis pedem ponimus.* Et Pindar. *in Phæd. od.* 4. ibi: *Aiunt autem hoc esse molestissimum præclarè scientem cogi necessitate extrà habere pedem.* Ad alteram verò allusionem à sedibus dictam Virgil. *lib.* 1. *Æneid.*

Hic tamen ille vrbem Pataui, sedesque locauit.

Et Ouid. *de tristib. lib.* 4. *eleg.* 1.

Hic ergo solicita iaceo nouus incola sedis.

Et Sueton *in August. cap.* 28. *In sua sede Remp. sistere.*

Notabis tamen, quod quamuis his duobus modis, pedibus, & sedibus possessio frequentiùs acquiratur, non vtique excluduntur alij, cùm & oculorum aspectu, & clauium traditione, aliisque factis possessio acquiratur, *l.* 1. *§. si iusserim* 21. 61
l. quod meo 18. *§. si venditorem*, *l. interdum* 21. *in fine*, *l. quarumdam* 11. *l. penult. §. vlt. ff. de acquir. possess. l. si ergo* 9. *§. vlt. ff. de iur. dot. l. clauibus* 74. *ff. de contr. empt. l. quod si neque* 14. *§.* 1. *ff. de peric. & commod. rei vend. l. pecuniam* 79. *ff. de solut. l.* 1. *Cod. de donat. iuncto §. ex his*, *Inst. per quas person. l.* 1. *Cod. de crimin. expilat. heredit.* videndique sunt pro explicatione Donel. *lib.* 5. *comment. cap.* 9. Gilken. *de præscript. part.* 2. *memb.* 3. *cap.* 1. *num.* 11. Cuiac. *lib.* 1. *definit. Papinian. in dict. l. clauibus*, Giphan. *in l.* 1. *§. si iusserim*, *ff. de acquir. possess.* de quibus Nos *forens. cap.* 5. *num.* 72. *& seqq.*

Sed quamuis possessio iure quidem à facto incipiat, totaque facti sit, & ex facto tota æstimetur, quantum ad propriam suam naturam & substantiam pertinet, habet tamen plurimùm iuris quoad effectus ex ipsa promanantes. Et hoc respectu, cùm 62
ex possessione multa profluant iure ciuili commoda, iuris dicitur, seu ius possessionis, *dict. l. peregrè* 44. *in princip. ff. de acquir. possess. dict. l. si ea res* 31. *§. final. ff. de act. empti*, *dict. l. non ideo minùs* 5. *Cod. de liber. caus. dict. l. Nemo ambigit* 10. *Cod. de acquir. & retin. possess.* Verùm cùm id extrinse

extrinsecum possessioni sit, & illius naturæ extraneum, & ad vnum mutuatum à
63 iure dicitur *in dict. l. possessio 49. ff. de acquir. possess.* in iam repetitis verbis, eo quod plurimùm à iure possessio mutuetur, id est mutuatur à iure illud, quod iuris in ea est; mutuari enim idem est atque sumere aliunde. Cicer. *de nat. Deor. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam æther latinè, quam dicitur aër.* Et *de Orat. Ab academicis subtilitatem ingenij mutuantur cuncta.* Aliæ eiusdem Ciceronis authoritate 3. *de Orat.* translationes, quasi mutuationes sunt, cùm qui non habeas, aliunde sumas.
64 Et hoc respectu dicimus etiam non possideri personas illas, quarum possessio ius non probat, hoc est quarum possessioni mutuos suos non dat effectus, *l. stipulatio ista 38. §. hac quoque 7. ff. de verbor. obligat. l. Si eum qui 26. ff. de donat. inter.* Et sanè si attentè legatur, ita docet Donel. *dict. lib. 5. dict. cap. 6.* maximè *vers. Proferentur etiam:* videturque tenere Pichard. *vbi suprà, à num. 74.* sed expressiùs tenuit acutissimus Anton. Fab. *in rat. in dict. l. Denique,* & post eum cum multis Valenc. *tom. 1. Illustr. tract. 2 cap. 2. num. 41. & tract. 3. cap. 11. n. 7.* in hoc quoque sensu admitti potest sententia Corrasij *in rub. ad tit. ff. de acquir. heredit. num. 3.* Euerard. Bronchorst. *enantioph. cent. 3. assert. 93.* asserentium possessionem mixtam esse partim facti, partim iuris, vt nempe intelligatur, non quod secundùm suam naturam, & essentiam iuris aliquid habeat possessio, sed quod propter effectus à iure tributos, & à iure per eam mutuatos partem iuris dicatur habere.

Quamuis autem ex supradictis satis colligatur solutio ad iura suprà adducta à *n. 36.* quibus mouentur DD. ibi citati ad docendum possessionem in facto iam productam iuris esse, nihilominus tamen per ea discurremus, vt nostra sententia ex toto firma remaneat. Ad textum ergo *in dict.*
65 *l. peregrè, in princip.* vt congrueuter respondeatur, præsupponendum est, non loqui ibi Papinian. de thesauro propriè dicto, quia thesaurus propriè dicitur vetus quædam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat,
66 *l. nunquam 31. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* vel vt Dambauder. definit 6. *variar.* Thesaurus est depositiua pecunia, quæ longâ vetustate competentes dominos amisit. Et breuiùs Gratian. immemorialis pecuniæ depositio: vel potiùs, vt meliùs definiuit Imperat. Leo *in l. 1. Cod. de thesaur. lib. 10.* condita ab ignotis dominis tempore vetustiore mobilia. Et huius thesauri do-

minus, aut possessor nullus est, sed potest acquiri ei, qui eum inuenit: dominium enim acquirit qui inuenerit, & possessionem iure gentium acquirit, *d. l. nunquam 31.* 67
§. 1. & quasi diuino munere, vt ait dicta lex 1. *Cod. de thesaur. lib. 10.* fortunæ dono, vt ait lex *is qui 63. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* hac scilicet distinctione, vt si quis thesaurum loco suo inuenerit, semper fiat eius; 68
siue eum quæsitum inuenerit, siue casu; & fit illius totus, non aliter tamen, quàm si loco motus sit, idest occupatus, *l. possideri 3. §. Neratius, ff. de acquir. possess.* quod quidem per textum hunc verissimum est, & tenet Gomez *in l. 45. Tauri, à n. 47.* Barbos. *in l. diuortio 8. § si fundum, à n. 34. vers. Secunda limitatio,* vbi rectè expendit dictum *§. Neratius:* Farinac. *de var. ac diuers. quæst. q. 104. n. 26.* Donel. *lib. 4. c. 14. vers. Sed satis est:* & probat etiam textus *in d. l. peregrè,* ibi: *Non altiùs possederim, quàm si ipsius rei possessionem super terram adeptus fuissem.* Et *in l. thesauris 15. ff. ad exhib.* ibi: *Cùm eum loco non moueris;* tenetque etiam Cuiac. *in recitat. ad tit. ff. de acq. possess. in d. §. Neratius,* vbi optime explicat Castil. *lib. 7. c. 41. n. 109.* quidquid dicat Valasc. *quæst. 15. n. 24.* Gratian. *c. 453. n. 24.* Tantùm magicæ artes ad thesaurum inueniendum prohibentur, *dict. l. vnic. C. de thesaur. lib. 10.* immò si quis illis vtatur, totus àb eo per fiscum, tanquam ab indigno aufertur, *l. 1. ff. de iur. fisc. iuncta* 69
gloss. Arte, in d. l. vnica. Sin verò in alieno inuenerit, si quidem casu, dum quis fortè arat, aut aliquid operis in eo facit, huius etiam inuenientis, & occupantis fit, non tamen in solidum, sed pro dimidia tantùm parte; altera verò dimidia domino prædij acquiritur, *§. thesaurus 39. Inst. de rer. diuis. d. l. vnic. Cod. de thesaur. lib. 10.* & comprobat etiam textus *in l. diuortio, § si fundum, ff. solut. matrim.* Quod si datâ operâ thesaurus 70
in loco alieno inuentus fuerit, idest si quis in alieno thesaurum fuerit scrutatus, totus domino loci reddendus est, *dict. l. vnica, Cod. de thesaur. lib. 10.* immò nec volente domino, in alieno agro thesaurum quærere licitum est, *dict. l. vica, Cod. de thesaur. lib. 10.* ibi: *Immò nec volentibus, nec ignorantibus dominis opes abditas suo nomine perscrutari.* Quid verò iuris sit, si de facto volente domino id fiat, satis aperit textus *in dict. l. vnica,* in illis verbis: *Aut præter huius* 71
legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus inuenerit, totum locorum domino reddere compellatur, & velut temerator legis saluberrimæ puniatur. Cùm enim à principio statuisset Imperator, quod nemo, etiam volentibus dominis opes abditas in alieno

fundo perscrutaretur, & posteà in supradictis verbis normam præbeat circa acquisitionem præfati thesauri, vtique decreuisse dicendum est, quod in præfato casu totus thesaurus domino acquireretur; ipse verò inuentor extra ordinem puniretur. Et ita tradit Gomez *in dict. l.45. Tauri, n.51. vers. Secunda conclusio.* Farinac. *dict. q.104. num.5.* & pro ratione ob quam nec volente domino id permissum sit, videndus Valasc. *dict. quæst.15. n.7.* vbi optimè. Ripol. *de regalib. cap.16. n.43.* Barbos. *in dict. l. Maritus 8. §. si fundum, num.39.* vbi omninò vi-
72 dendus. Larrea 1. *tom. decis.44. n.22. & 23.* Osuald. *ad Donel. lib.4. cap.14. lit.F.* Quid verò si vltra industriam & scruationem artes magicæ adhibeantur? Distingues. Aut solummodo ab inuentore adiiciuntur, aut etiam à domino agri, qui sciens eas adhiberi, haud renuit. In priori casu totus thesaurus domino acquiritur, quia si ei acquiritur datâ operâ ab inuentore, à fortiori cùm vltra industriam & operam prohibitæ artes adhibentur: neque tunc fiscus locum habere potest, quia totus thesaurus iam acquisitus est ob industriam, & operam inuentoris. Nihil ergo aduersùs hanc domino acquisitionem prædictarum artium magicarum additamentum operabitur. Et ita licèt Nostri non tradant, tradunt tamen Less. *lib.2. cap.5. num.66.* Bonacin. *tom. 2. de restit. in genere, disput.1.*
73 *quæst.3. punct.6. n.6. vers. dixi.* In secundo verò casu totus thesaurus à domino tanquam ab indigno eripietur; hæc enim pœna imponitur artibus magicis vtentibus, *l.1. ff. de iur. fisc.* Cùm enim aliàs eo in casu totus thesaurus domino esset acquirendus, cùm inuentor ob solam industriam, & ob scrutationem nihil in eo habere possit, rectè totus thesaurus à domino, tanquam ab indigno eripitur; nihil enim habet fiscus, quod tunc ab inuentore eripiat, nisi solam criminis punitionem, de qua *in l. nemo, & ferè per totum Cod. de malefic. & mathem.*

74 Quod si thesaurus in loco publico, vel Cæsaris, ciuitatis, aut fisci inuentus fuerit, sic etiam distinguere debes, vt si fortuito casu inueniatur, similiter pro dimidia ad inuentorem, pro altera verò dimidia ad fiscum, ciuitatem, aut Cæsarem loci dominos pertineat, *dict. §. thesauros 39. Inst. de rer. diuis. dict. l. vnica, Cod. de thesaur. lib.10.* Hi enim loci non minùs alieni respectu inuentoris sunt, quàm alij priuati, in quibus dicta lex vnica illam statuit distinctionem. Et eadem ratione, si datâ operâ, adhibitaque industriâ quis in præfatis locis thesaurum inuenerit, totus ciuitati, Cæsari, aut fisco acquiretur, nihilque inuentori.

Difficile tamen est valdè resoluere, quid sit dicendum, si thesaurus in locis sacris, religiosisve fuerit inuentus? Quippe Callistrat. *in l. non intelligitur 3. §. si in locis 10. ff. de iur. fisci*, expresè dimidiam inuentori partem tribuit, alteram verò fisco; æquiparat enim ibi thesaurum inuentum in dictis locis, ac si in locis fiscalibus, vel Cæsaris adinuentus fuisset, & ita ex rescripto Diuorum fratrum constitutum fuisse refert. Quod tamen intelligendum est, dummodo non datâ operâ adinueniretur; tunc namque totus ad fiscum pertinebit, vt est textus clarus *in cap.1. in fine, quæ sint regalia in vsib. feudor.* ibi: *Et dimidium thesauri in loco Cæsaris inuenti, non datâ operâ totum ad eum pertineat.* 75

Cæterùm Iustinian. Imper. *in dict. § thesauros 39.* etiam expresè decidit, thesaurum fortuito casu inuentum in locis sacris, & religiosis in totum inuentori cedere, vt constat ex illis verbis: *Thesauros quos quis in loco suo inuenerit, Diuus Adrianus naturalem æquitatem sequutus ei concessit, qui eos inuenerit; idemque statuit, si quis in sacro, aut religioso loco fortuito casu inuenerit.* 76

Pro solutione horum iurium multa dicunt DD. post Gloss. in vtroque loco, Feudistæ *in dict. cap.1.* Gomez *in dict. l.45. Tauri, num.52.* Garc. *de expens.* post Alciat. per eum relatum *c.22. n.56.* Peregrin. *de iure fisc. lib.4. tit.2. num.6. & 7. per totum*, Ripol. *de regalib. cap.16. num.53.* Barbos. *in dict. §. vlt. à num.2.* Menoch. & Barbos. *in dict. §. si fundum, à num.42. vsque ad n.49.* Couar. *in reg. peccatum, 3. part. §. vlt. à n.2.* Menoch. *lib.5. præsumpt.30. num.8. vers. Si verò inuentus*, Farinac. *dict. quæst.104. à num.10.* Molin. *de iust. tract.2. disput.56. num.5.* Pichard. *in dict. §. Thesauros, n.2. vers. Cui difficultati*, Donel. *lib.4. cap.14. vers. Secunda differentia est à regula, quæsitum est de thesauro:* & ibi Osuald. *lit.F.* Cuiac. *lib.9. obseru. cap.37. col. mihi 4. in vers. Nec faciliores*, & *in comment. ad tit. ff. de iur. fisc. in dict. l.3.* & *in dict. §. si in locis.* Castil. *dict. cap.41. num.111.* 77

Sed inter multas quas DD. supradictis locis aduertunt, illa melior, & solidior, veriorque mihi videtur solutio, quod dictus §. *Thesauros*, probet thesaurum repertum in loco sacro, vel reliogioso in totum inuentoris fieri. Et quidem quoad inuentum in loco sacro nulla lex contradicit: nam si benè legatur dicta lex 3. 78

§. final.

§.*final. ff. de iure fisc.* & *in dict. cap. vnic. in*
79 *fine, quae sint regalia*, tantùm loquuntur de thesauro inuento in loco religioso, iuxta quae dicendum vtique est, quod si in loco sacro thesaurus inueniatur, in totum erit inuentoris, vt est expressum *in dict.* §. *thesauros.* Et ratio est, quia attentâ ratione naturali thesaurus totus debebat acquiri inuentori, & tantùm propter sedandas discordias inter inuentorem, & dominum fundi, ius ciuile dimidium thesauri concessit domino, vt probant supradicta iura, maximè dicta lex vnica, *Cod. de thesaur. lib.* 10. traduntque ferè omnes DD. suprà citati de hac materia tractantes. Cùm igitur locus sacer non sit in dominio alicuius, cessat praedicta ratio, & ideò totus thesaurus conceditur inuentori.

80 Ex qua ratione colliges meritò Bald. *in* §. *Lapilli, in fine, Inst. de rer. diuis.* tradidisse thesaurum inuentum in locis publicis, qui non sunt in alicuius bonis, veluti in plateis, & viis publicis, in totum acquiri inuentori. Et idem tenet Couar. *vbi suprà, num.* 3. *ad medium*, & alij relati, & sequuti per Barbos. *vbi etiam suprà, num.* 44. quidquid repugnet Peregrin. *d. tit.* 3. *num.* 8.

81 Quapropter tota difficultas, & controuersia remanet circa thesaurum inuentum in loco religioso; nam dictus §. *thesauros*, probat in totum acquiri inuentori: at verò dicta lex 3. §. *final. & dict. cap. vnic.* probat pro dimidio acquiri fisco. Sed dicendum pro concordia est, quod si quis reperiat thesaurum in loco religioso, in quo habeat ius sepulchri, in totum ei acquiritur: & ita procedit textus *in dict.* §. *thesauros.* Sin autem reperiatur in loco religioso, siue is sit in loco publico, siue certè sit ille religiosus locus alterius priuati, tunc dimidium sit inuentoris, dimidium verò fisci; & ita procedit textus *in d.* §. *final. & in d. cap. vnico.*

82 Et ratio differentiae in hac specie est inter locum sacrum & religiosum, quia loca sacra non solùm non sunt in alicuius bonis, sed etiam neque vllum ius priuatum in illis haberi potest, cùm publici iuris esse censeantur, *l.* 1. §. *huius studij, ff. de iust. & iur.* Loca autem religiosa, licèt non sint in alicuius bonis, §. *nullius, Inst. de rer. diuis.* id tamen intelligendum est quoad proprietatem; nam quoad vsum, idest ius sepeliendi, sunt in bonis priuatorum, *l. fa-*
83 *militaria* 5. *& seq. ff. de religios. l. sepulchrum* 4. *l. ius sepulchri* 13. *Cod. eod. tit.* de qua re videndus optimè Molin. *lib.* 1. *cap.* 24. *à num* 12. cum sequentibus, & ad pulchrum casum in practica contingentem Phoeb. 1. *part. decis.* 8. Meritò ergo ex his resultat, quod si quis reperiat thesaurum in loco religioso, in quo habeat ius sepulchri, thesaurus in totum ei acquiratur; nam cùm tunc quoad dominium non sit in alienis bonis, & sepulchrum quoad vsum sit suum, rectè in totum ei quaeritur thesaurus. In secundo verò casu cum praedictum ius competens habenti ius sepulchri non sit dominium, & dimidium tantùm domino rei, in qua reperitur thesaurus, iubeat praestari dictus §. *thesauros*, habenti ius sepulchri dimidium dandum non est, ac ob id tanquam in dominio vacante quoad partem fiscus succedit, argumento tituli Codicis *de bon. vacant. libr.* 10. Quae ratio à fortiori procedit, si in loco 84
publico religiosus sit locus; & ita conciliat eleganter Barbos. *vbi suprà*, & videtur sentire Osuald. *ad Donel. dict. lit. F.* quod 85
procedit etiam hodie, licèt thesaurus in loco publico, vel religioso inueniatur, vt rectè tenet, & contrariis respondet Barbos. *vbi proximè, num.* 46. *&* 47. videndusque Cabed. 2. *part. decis.* 56. *in arrest. vltim.* quidquid dicant relati per eundem Barbos. *dict. num.* 46. docentes non fisco saeculari, sed Ecclesiae Praelato dimidium illud esse applicandum: quibus addendi sunt Ripol. *dict. cap.* 16. *num.* 55. Farinac. *d. quaest.* 104. *num.* 12. Bonac. *vbi proximè, num.* 5. Peregrin. *vbi suprà, num.* 7. *vers. Verùm:* Guttierrez *practicar. lib.* 4. *quaest.* 36. *num.* 47. Castil. *d. cap.* 41. *num.* 111. *vers. Et eandem.*

Quae tamen de thesauris diximus inuentis in locis sacris, vel religiosis, intelliguntur si fortuitò, & non datâ operâ inuenti fuerint, aliter in nihilum inuentori 86
cedent, sed potiùs in totum fisco, vt probat Barbos. *suprà, num.* 47. *vers. ad complementum.* Ripol. *num.* 55. Peregrin. *num.* 7. & alij relati per Farinac. *vbi suprà num.* 12.

An verò hodie consuetudo aliquid introduxerit circa thesauri inuentionem diuersum à supradictis, & maximè an Principi totus adquirendus sit? Vide Barbos. *suprà, num. final.* Farinac. *num.* 32. Molin. 87
Theologum *num.* 10. *vers. Paludanus*, Bonacin. *num.* 1. *vers. final.* Castil. *dict. cap.* 41. *num.* 113. & vniuersam materiam ad hanc 88
rem pertinentem perlucidè videbis explicatam, quin quaestio aliqua sit praetermissa apud DD. quos citatos relinquimus per discursum numerorum, in quibus de thesauri inuentione, & acquisitione sermonem habuimus, & ponimus iam finem huic rei, vt iterum redeamus ad locum, à quo digressi fuimus, nempe ad explica-

tionem textus *in dict. l. peregrè* 44. *in princip. ff. de acquir. possess.*

Accipitur in hoc loco thesaurus impropriè, pro pecunia nempe à domino præsidij, vel custodiæ gratiâ seposita, & re-
89 condita, cuius idem manet dominus, & possessor, qui condit, adeo vt eâ subreptâ ei competat actio furti, aut vis bonorum raptorum, & condictio furtiua, & rei vendicatio, & actio ad exhibendum, vt accipitur etiam thesaurus impropriè *in l. nunquam* 31. §. 1. *in vers. alioquin, ff. de acquir. rer. domin. l. thesaurus* 15. *ff. ad exhib. l. à tutore* 67. *ff. de rei vendicat.* nec quicquam interest in suo quis suam pecuniam condiderit, an in alieno: nam etsi in alieno loco condiderit, eius dominium retinet & possessionem, vt probant supradicta iura.

90 Hoc supposito fuit quæstio huius legis, an eius thesauri possessor esse desinat, qui condiderit, si peregrè profecturus condiderit, & reuersus locum quò condidit, memoriâ non repetat, non recognoscat. Et rursus quæsitum fuit, si postea locum agnouerit, an denuò amissam possessionem recipiat?

Et quidem ea videtur fuisse dubitandi ratio, quia res mobiles eatenus possidemus, quatenus sub custodia nostra sunt, idest quatenus eas apprehendere possumus, vt cernere licet in exemplo pecudis mei, quod aberrauit: nam quamuis non desinam esse dominus bouis aberrantis, quâ ratione eius sit furtum, si quis eum
91 interciderit aberrantem, *l. 1. §. 1. ff. de abig.* eum tamen non possim dici possidere, *l. 3. §. Nerua* 13. *ff. de acquir. possess.* Et similiter feras bestias, quæ sunt in sylua mea desino possidere, quoniam sunt in naturali libertate, nec aliter eas possidere intelligor, quàm si incluserim eas in viuariis; eas autem, quæ vagantur in syluis nostris, non possidemus, quamuis earum domini simus: quemadmodum pisces, qui sunt in stagno nostro non possidemus, licèt domini simus, si in piscinis eos non coniecerimus, *l. 3. §. item feras bestias* 14. *ff. de acquir. possess.* Et similiter lapidem, aut vas nostrum, quod ita excidit, aut demersum est in mare, aut flumen, vt non inueniatur, desinimus possidere, licèt non desinamus esse domini, *l. Pompon. refert* 13. *ff. de acquir. possess.* & generaliter quidem rem nobilem, quam ita perdidimus, vt ignoremus vbi sit, desinimus possidere, *l. si id quod* 25. *in princip. ff. de acquir. possess.* Ergo similiter videbatur dicendum, amissam fuisse thesauri possessionem ab eo, qui ignorat locum, in quo eum seposuit, vel recondidit.

92 Diuersum tamen respondet Papinian. quia imbecillitas memoriæ non adfert damnum possessioni, & hæc significant illa verba: *Ius possessionis ei, qui condidisset, non videri peremptum*; idest, non esse sublatam actionem, vel ad vindicandam, vel condicendam pecuniam; omnis enim actio ius est, quia sic definitur à Iustiniano *in princip. Inst. de act.* Ius persequendi 93 in iudicio quod sibi debetur. Vnde verbum illud, *ius*, distinctum est ab ipsa possessione, sicut semper distinctum est à re, quæ per illam petitur, vel revindicatur. Quapropter sic in hoc sensu interpretato verbo illo, nihil aduersus resolutionem, 94 quam sequimur, Papinian. obstat in præsenti. Et ad probandam suam conclusionem vtitur Iurisconsultus comparatione serui, quo enim momento seruum meum non video (quod de animali quolibet dici potest) & nescio vbi sit, non amitto eius 95 possessionem; sic etiam thesaurum meum, siue is sit in meo, siue in alieno loco, siue supra terram, siue infra terram, dum eum non video, aut non recordor planè quo loco eum reliquerim, non desino possidere.

Neque obstat ratio dubitandi suprà considerata, quia ita intelligimus regulam huius textus, vt thesaurum non desinamus possidere, quando licèt sciamus fundum, ignoramus tamen locum, in quo defossus est; ita tamen vt si diligenter eum inquiramus, inuenire eum possumus, alioquin si & fundum ignorauerimus, vel eum recognoscentes inuenire locum non poterimus, etiam adhibitâ diligentiâ, cùm tunc iam sub custodia nostra esse non possit, desinimus eum possidere, etiamsi ab alio non possideatur: & ita deducitur ex textu *in dict. l. si id quod* 25. & *ex dict. l. 3. §. Nerua, in finalibus verbis, ff. de acquir. possess.* & tradit Glossa *in dict. l. peregrè, verbo locum.* Vnde ratio dubitandi cohæret rationi decidendi.

Suam tamen conclusionem limitat Pap. dummodo pecunia ipsa recondita ab alio occupata non fuerit, vtputà si illam condiderim in alieno fundo (non vt cadauer sepultum, quia hoc prohibitum est, *l. lege Iulia* 4. §. *non fit* 6. *ff. ad leg. Iul. peculat.* sed 96 custodiæ tantum causâ) dominusque illius sciat pecuniam meam in eo reconditam, ego verò ignorem locum: in hac, inquam, specie, nec scientia domini ei possessionem tribuit, nec eam à me adimit; illam 97 tamen aufert contrectatio, & occupatio

meæ

meæ pecuniæ, quia per eam occupatio-
nem & contrectationem poſſeſſio occu-
panti acquiritur; & cùm apud duos eſſe
non poſſit, auſertur à me, l. 3.§. Neratius,
ff. de acquir. poſſeſſ. dict. l. theſaurus 15. ff. ad
exhibend.
98 Pro totali verò intellectu dictæ legis
peregrè, illud adnotabis, ſupradicta, nem-
pe rei mobilis poſſeſſionem perdi eo ipſo
quod ſub cuſtodia noſtra non eſt, intel-
ligenda eſſe de his, quæ ratione carent;
non verò de his, quæ rationem habent.
Namque etiamſi ſerui non ſint ſub cuſto-
dia noſtra, & etiamſi eorum cuſtodiam
neglexerimus, à nobis poſſidentur, dum
99 ab aliis non poſſideantur; quia habent
animum ad nos reuertendi, vt eleganter
docet idem Papinian. in dict. l. ſi rem mobi-
lem 47. ff. de acquir. poſſeſ. immò id ipſum
procedit etiamſi animum reuertendi non
habeant, vt videre eſt in fugitiuo ſeruo.
100 Nam quamuis natura non patiatur, vt
idem ſit agens, & patiens, l. ſi plures 9.
verſ. nec difficile, ff. de pact. l. depoſui 38.
§. Stichus, ff. de pecul. l. pupillus, §. item ipſe,
ff. de authoritat. tutor. tamen vtilitatis ra-
tione introductum fuit, ne ſit in poteſtate
ſeruorum fugiendo dominis poſſeſſionem
ſui auferre, qui nec alterius rei poſſeſſio-
101 nem domino ſubuertere poſſunt, l. rem
quæ 15. l. Pompon. 15. in princip. l. 1. §. per
ſeruum, ff. de acquir. poſſeſ. l. ſerui & filij 17.
§. vltim. ff. de furt. l. interdictum 16. §. ſer-
ui 4. ff. de publican. & vectigalib. l. final.
§. ſanè ſi ſeruus, ibi: Seipſum furatus, Cod. de
102 iis qui Eccleſ. Dummodo tamen ſeruus fu-
gitiuus nec ab alio poſſideatur, nec ſe pro
libero gerat, & in poſſeſſione libertatis ſi-
ne dolo malo moratus fuerit, paratuſque
iudicium liberale aduerſus dominum ſuſ-
cipere, quo equidem etiam caſu à domino
non poſſidetur, vt explicat textus in l. 3.
§. ſi ſeruus 10. l. per eum 50. §. per ſeruum 1.
ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi is qui pro emptore 15.
§. 1. ff. de vſucap. l. ſi is 25. §. vlt. ff. de liber.
cauſ. quod tamen non adaptatur propriè
ſeruo fugitiuo, quia verè, & propriè fu-
gitiuus non eſt ſeruus ille, qui ſe pro libe-
ro gerit; quia eo ipſo, quod fugitiuum
agar, & in fuga ſit, pro ſeruo agere cre-
103 ditur. Docent Alber. Salicet. & reliqui in
l. 1. Cod. de ſeru. fugitiuo: vbi etiam Giphan.
& Cuiac. idem Cuiac. lib. 17. obſeru. cap. 10.
Anton. Fab. in Iuriſprud. tit. 3. princip. 3. il-
lat. 1. Duaren. in dict. l. 1. §. per ſeruum.
Oſuald. ad Donel. lib. 5. cap. 24. lit. D.
104 Sin verò ſeruus ex ſeruitute libertatem
proclamauerit, dominus eum poſſidebit,
quiſque liber ſit pronuntiatus, d. l. 3. d. §. ſi
ſeruus 10. in verſ. Alioquin retinetur: nam-
que tunc animo durat poſſeſſio, licèt cor-
pore non poſſideatur: & ita conciliandus
eſt textus in dict. §. ſi ſeruus, cum l. ſi cui 25. 105
§. vlt. l. ordinata 24. ff. de liber. cauſ. l. li-
te 14. Cod. eod. l. ſi ſeruus 33. §. cum qui, ff. de
procurat. l. qui autem 12. ff. ex quib. cauſ. ma-
ior. cum Cuiac. lib. 54. Pauli ad edict. in dict.
l. 3. dict. §. ſi ſeruus. Niſi dixeris eis iura in-
telligenda fore, vt ſeruus non poſſideatur
quoad illud, vt iudicium liberale rectè
peragatur, habeatque perſonam legiti-
mam conſiſtendi in iudicio; quod eue-
nire non poſſet, niſi in poſſeſſione liberta-
tis, vt talis quoad eas cauſas habeatur, vt
tradit Accuri. in dict. l. lite 14. Donel. lib. 5.
cap. 12. verſ. ſeruum. Quod idem intelli- 106
gendum eſt de quibuſdam animalibus ra-
tione carentibus, quæ tamen ex conſue-
tudine abire à nobis, & redire ſolent; nam
etiamſi per momenta quædam exeunt cu-
ſtodiâ noſtrâ, & auolenr, nihilominus à
nobis poſſidentur, retinenturque, non
tantùm eorum dominium, ſed & poſſeſſio,
quandiu habent animum reuertcudi, l. 3.
§. item feras 14. ff. de acquir. poſſeſſ. explicat
Cuiac. lib. 23. quæſt. Pap. in dict. l. peregrè,
& in recitatione ad tit. ff. de acquir. poſſeſſ. in
dict. l. rem 15. & in d. l. Pompon. 13. & in
dict. l. 1. in dict. §. per ſeruum. Donel. lib. 15.
comment. cap. 12. per totum, Fab. in rat. ad
dict. l. ſi ſeruus 15. ff. de publician. in rem
act. Valenc. lib. 1. illuſtr. tract. 2. cap. 10. per
totum. Sed quia in hanc rem incidimus,
ab ea non abibimus, quin plures difficul-
tates ſtatim hîc occurrentes ſaltem breui-
ter explanemus.
Poteſt primò contra ſupradicta opponi 107
textus in l. liber homo 54. §. final. in fine,
ff. de acquir. rer. domin. in illis verbis: Sicut
nec per fugitiuum quidem, quem non poſſidet.
Ex quibus videtur probari ſeruum fugi-
tiuum à domino non poſſideri. Reſponde- 108
bis tamen loqui ibi Conſultum de ſeruo
fugitino ab alio poſſeſſo; vel pro libero ſe
gerente, quem à domino non poſſideri
ſuprà diximus, & ſatis colligitur ſolutio
hæc ex comparatione, quâ ibi vtitur Con-
ſultus, dum docet per ſeruum alienum,
quem bona fide poſſidet domino igno-
rante, vſucapere non poſſe; & tunc dicit,
ſicut nec per fugitiuum quidem, quem non
poſſidet; ideſt per eum fugitiuum, quem
ſcilicet non poſſidet, quia nempe vel ab
alio poſſidetur, vel ſe gerit pro libero: &
ita tradit Gloſſ. lit. V. Valenc. vbi ſuprà,
num. 5.
Poteſt opponi textus in l. ancilla 60. ff. de 109
furt. quò loci apertè African. docet ancil-
lam

lam fugitiuam sui ipsius furtum facere: quod etiam scribunt Imperatores *in l. 1. Cod. de seru. fugitiu.* sed furtum non com-
110 mittitur sine contrectatione possessionis, *l. 1. §. Scæuola, ff. si is qui testam. liber esse*, iunctis traditis per Amayam *lib. 2. obseru. cap. 7. à num. 15. cum seqq.* Ergo manifestè sequitur, seruum fugitiuum à domino non possideri, immò per fugam dominum posses-
111 sione sua priuare. Respondebis tamen id non intelligi respectu ipsius domini, sed respectu aliorum, videlicet ne seruus fugitiuus, tanquam furtiuus ab alio vsucapi possit, *§. furtiuæ, Inst. de vsucap.* idque etiam vtilitatis causâ receptum fuit, ne serui fuga, vel ancillæ dominis officiat, *dict. l. 1. Cod. de seru. fugit.* & ita intelligit Cuiac. *tract. 7. ad African. in dict. l. ancilla.* Valenc. *d. cap. 10. num. 5.* & vt Castrens. optimè docet *in dict. l. §. per seruum, ff. de acquir. possess.* seruus fugitiuus possidetur ad ea, quæ ad domini fauorem tendunt, sed quoad ea, quæ tendunt in illius præiudicium, non habetur dominus pro possessore.

112 Hinc per seruum fugitiuum dominus possessionem, dominiumque acquirit, sicut per eos seruos, quos in prouincia habet, *l. arboribus 12. §. de illo 3. ff. de vsufruct. l. 2. §. si fugitiuus 25. ff. de vi bonor. raptor. dict. l. 1. §. per seruum 4. ff. de acquir. possess.*

113 Fortiter tamen obstare videtur textus *in l. si seruus meus 15. ff. de publician. in rem act.* vbi Pompon. scribit, quod si seruus qui in fuga est, rem à non domino emerit, competere domino publicianam, licèt possessionem per eum nactus non sit, prout sunt formalia Consulti verba. Omissis tamen, quæ Glossa ibi ponit, verbo
114 *non sim*; necnon relictis traditis per Anton. Fab. *in rat. ad eum text.* existimantem dissensisse in hac quæstione Consultos, vt apparere dicit *ex dict. §. seruum 14.* Pomponiumque hîc Neruæ sententiam amplexum fuisse, qui existimabat per seruum fugitiuum domino possessionem acquiri non posse, contra cuius opinionem Cassij & Iuliani diuersum iudicium fuisse refertur *in dict. §. per seruum*: respondendum est cum Osuald. *ad Donel. lib. 5. §. 12. lit. F.* illud verbum, *possessionem*, intelligendum esse de corporali apprehensione, & ita *in eo vers. Licèt possessionem per eum nactus non sit*, potiùs ratio dubitandi, quàm decidendi continetur, quâ non obstante responderit Pompon. publicianam dari domino, quia sufficeret traditio seruo facta, vt per eam ei possessio acquiratur, etiamsi nondum ipse dominus ipsius rei naturalem possessionem nactus esset: & ita etiam intelligit Valenc. vbi suprà, *num. 8.*

Hinc etiam seruus fugitiuus licèt pe- 115
culium, quod habebat, non perdat, & ratione illius ignoranti, & absenti domino possit acquirere, *d. l. peregrè 44. §. quæsitum 1. ff. de acquir. possess.* perdit tamen peculij liberam administrationem, ne illud vel illius partem alienando, domini deteriorem possit conditionem facere, *l. libera 48. ff. de pecul. l. rogasti 11. §. si fugitiuus, ff. de reb. credit.* cui addes Morlam *in empor. 1. part. tit. 8. num. 19. iuncta l. si conuenerit 18. §. final. ff. de pignorat. act.*

Ex dictis etiam explicandus venit difficillimus textus *in l. Serui & filij 17. §. illud quæsitum 3. ff. de furt.* species est: Seruus 116
fugitiuus rem quandam à domino suo furatus fuit: qui seruus postea fuit possessus bona fide ab alio tertio. In hac specie inquirit Vlpian. an domino serui competat actio furti aduersus bonæ fidei possessorem? Et ratio dubitandi pro parte negatiua proponitur illis verbis: *Mouet quæstionem, quod quamuis possidere seruum eo tempore, quo in fuga est, videar.* Pro parte verò affirmatiua faciunt altera sequentia verba: *Attamen furti actione non teneor; quasi non sit in mea potestate.* Daturque solutio ad rationem dubitandi illis alteris verbis: *Quod enim videor possidere, ad vsucapionem tantùm mihi proficere Iulian. scribit.* Proponitur verò resolutio quæstionis in sequentibus verbis: *Dicit igitur Pompon. lib. 17. ex Sabino, competere furti actionem huic domino, cuius seruus in fuga fuit.*

Et sanè litera huius textus multas pati- 117
tur difficultates. Prima sit, quod supponit seruum fugitiuum posse furtum domino committere, vt ibi: *Illud quæsitum est si cùm in fuga esset seruus, furtum domino fecisset.* Cùm tamen contrarium doceat Gaius *in l. rem quæ nobis 15. ff. de acquir. possess.* ibi: *Et hæc est ratio, quâ videamur fugitiuum possidere, quòd is quemadmodum aliarum rerum possessionem interuertere non potest, ita nec suam quidem potest.* Quod idem probat textus *in l. non solùm 33. §. final. ff. de vsucap.* Consonat etiam textus *in l. si de eo 40. in princip. ff. de acquir. possess.*

Respondendum tamen est, supradicta 118
iura intelligenda esse de fugitiuo seruo interim dum ab alio non possidetur; postquam verò ab alio possidetur, quemadmodum ipse furtiuus fit pro domini vtilitate, vt iam suprà diximus; ita etiam res ab eo furata furtiua fit, vt domino contra possessorem actio detur. Quæ solutio rectè percipitur ex textu *in l. interdum 56.*

§. cum

§. cùm autem seruum 3. ff. de furt. ibi: *Quandiu eam retinet, conditio eius non mutatur; nihil enim domino abest, sed si alij tradiderit, furtum faciat.*

Sed replicari poterit *ex dict. l. serui &*
119 *filij 17. in princip. & in §. 1.* vbi Vlpian. scribit, quod quamuis seruus furtum faciat, actionem tamen domino contra seruum non competere; adeo vt quamuis post furtum patratum seruus alienatus, vel manumissus fuerit, non tamen ideo magis furti actione teneatur: ea scilicet ratione, quia actio, quæ ab initio orta non fuit, ex postfacto nasci minimè potest. Sic ergo videbatur dicendum in specie dicti *§. quæsitum*, nempe minimè actionem furti aduersùs possessorem serui competere posse, cum à principio pro ipso furto actio haud competeret.

120 Respondendum tamen est, certè quidem vbi primùm seruus domino interuertit possessionem, furtum committere; ideo tamen veteres non prodiisse domino aduersùs eum actionem, quia cum possit in furum statuere, necesse non habet aduersus furem litigare. Cum verò aduersus fugitiuum ab alio possessum iam dominus statuere non possit, rectè quidem ne fuga seruorum ei sit damnosa, aduersùs possessorem furtiuam rem possidentem ei proditur actio. Valenc. *dict. cap. 7. num. 18.*

121 Vlteriùs difficilis est supradictus textus, dum præfatam actionem furti domino concedit; quia ille qui noxali actione tenetur, si seruus alij furtum fecisset, ipse noxalem actionem habere non potest, *l. apud antiquos 21. vers. Cùmque generalis, Cod. de furt.* sed negari non potest, quod si seruus furtum alij fecerit, dominus pro furto teneatur: ergo dicendum videtur in specie proposita, minimè domino aduersùs possessorem furti actionem competere.

122 Quæ difficultas satis augetur *ex l. cùm seruus 41. ff de noxalib.* vbi si seruus communis alteri dominorum damnum iniuriâ dederit, idcircò legis Aquiliæ actio non est; quia si extraneo damnum dedisset, cum altero in solidum lege Aquilia agi posset: eandemque rationem, & dispositionem futuram esse docet Iulian. *in dict. l. cùm seruus*, si seruus communis alteri domino furtum fecisset; quippe tunc, siue furtum communis seruus faceret, siue damnum iniuriâ dedisset, dominus aduersùs condominum communi diuidun-
123 do ageret, vt scilicet vel sibi damnum datum præstaretur simpliciter, vel vt ei seruus in solidum adiudicetur, *l. si seruus communis 161. ff. de furt. l. & puto 16. §. vlt. ff. famil. ercisc.* quod idem probat textus *in l. si vnus 17. §. si seruus 9. ff. de iniur.* & *in l. qui vsumfructum 18. ff. de noxalib.* vbi ei, qui vsumfructum in seruo habet, perinde cum domino habet actionem furti, atque si quilibet alius esset; minimè tamen illam habet cum vsufructuario proprietarius.

Et sanè cùm hæc sine dubio foret in præsenti ratio dubitandi, contrarium tamen respondit Consultus asserens in repetitis verbis, *attamen furti actionem, &c.* minimè in hac specie dominum furti actione teneri, si fugitiuus alteri furtum fecerit. Et ratio est, quia licèt interim dum ab alio non possidetur, fugitiuus seruus à domino possideri videa-
tur; non habet tamen facultatem & 124
potestatem eum exhibendi, idest eum tradendi, prout requiritur in noxalibus actionibus, & accipitur in illis verbum, *in potestate*, vt probat textus *in l. quoties 21. §. in potestate 3. ff. de noxal. l. potestatis 215. ff. de verbor. significat.* & est bonus textus *in l. Celsus, §. final. ff. ad exhibend.* ibi: *Item si quis facultatem restituendi non habeat, licèt possideat*, &c. Cùm ergo prædictis actionibus non teneatur, nisi qui serui corpus tradere potest, vel qui dolo desiit, possit tradere, *l. noxalis 7. l. bona fide 11. cum l. seq. dict. l. quoties 21. in princip. ff. de noxalib.* & dominus fugitiuum tradere non possit, rectè quidem sequitur contra eum non competere noxalem actionem, ac proinde cessare prædictam difficultatem, dandamque ei meritò esse furti actionem.

Obstat tamen huic solutioni textus *in* 125
l. si seruus 27. §. serui autem 3. ff. ad leg. Aquil. in cuius specie docet Vlpian. quod is qui in fuga seruum habet, tenetur nomine eius Aquiliæ actione; & ita refert tenuisse Iulian. & esse verissimum, & cum eo Marcellus consentit, pro vt sunt verba prædicti textus.

Cuiac. *tract. 6. ad African. in l. &* 126
generaliter, ff. de noxalib. pro hac secunda difficultate distinguit, an seruus, qui est in fuga, ab alio possideatur, vel non? Asseritque, quod si ab alio non possideatur, videatur à domino possideri; non ita tamen, vt teneatur noxali actione, qui eum in sua potestate non habet, vt sic videatur posse intelligi textus *in dict. l. serui & filij 17. §. Illud quæsitum, ff. de furt.* Sin verò ab

ab alio possideatur, bona fide teneatur dominus noxali actione, quia à possessore recuperandi serui facultatem non habet, & quòd tenetur in hoc vel vt recuperet, vel cedat actionibus, & ita veniat intelligendus textus *in dict. §. Serui autem.*

127 Non placet tamen mihi hæc solutio ex eo, quod etiam quando seruus ab alio non possidetur, non est inconueniens, vt non possit adstringi ad cedendam actionem. Deinde textus *in dict. §. Illud quæsitum*, agit de seruo iam ab alio possesso; quia inquirit an contra possidentem domino detur actio furti. Et tamen in ea specie negat dominum fugitiui serui nomine noxali actione teneri: ergo nullo modo videtur admittenda hæc Cuiacij solutio.

128 Quare potiùs cum Accursio *in dict. §. si autem serui, lit. O.* necnon Anton. Fab. *in rat. ad eum text.* quos sequutus est Valenc. *vbi suprà, num.* 18. dicendum est speciale esse in actione legis Aquiliæ, vt sicut non datur nisi domino, *l. item Mela* 11. *§. legis, ff. de leg. Aquil.* ita non detur nisi contra dominum, vt *in dict. §. serui autem.* Cùm igitur licèt seruus in fuga vel adhuc non possideatur à tertio, vel iam possideatur, teneatur à domino quoad dominium, nihil mirum quod aduersum eum legis Aquiliæ actio detur.

129 Tandem illud difficile est, quod significant illa verba dicti §. *Illud quæsitum*, ibi: *Quod enim videor possidere, ad vsucapionem*
130 *tantùm mihi proficere Iulian. scribit.* Vel enim consideratur hic seruus postquam ab alio possideatur; vel consideratur postquam ab alio possessus est. Si primum, non solùm ad vsucapionem, sed etiam ad omnia, & ad dominium possidetur, vt probant iura suprà à nobis citata. Si secundum, ad nihilum possidetur, cùm ab alio possideatur, vt etiam probant eadem iura. Ergo malè procedunt præfata verba.

131 Respondendum tamen est, verba hæc referenda esse ad sensum, in quo seruus fugitiuus nondum ab alio possidetur, cum Valenc. *dict. cap.* 10. *num.* 17. sed non excludere acquisitionem per alteras causas vltra vsucapionem contingentes, solumque prolata fuisse ad excludendam actionem noxalem, de qua quæstio erat, illiusque respectu Vlpianum ex Iuliano docuisse, tantùm ad vsucapionem fugitiui serui possessionem domino proficere. Et ita intelligit Giphan. *in l.* 1. *§. per seruum, ff. de acquir. possess.* & ante eum Accurs. *in hoc §. vlt. litt. Z. verbo Ad vsucapionem, in fine.* Vel etiam responderi posse existimo, 132
præfata illa verba referri ad casum, in quo iam seruus fugitiuus ab alio possidetur: ex eo autem dicit Iureconsultus, solùm ad vsucapionem proficere domino, non vt eò tendat, vt velit significare, dominum per seruum ab alio possessum vsucapere; quia cùm iam ab alio possideatur, non potest eum vsucapere interrupta possessione; sed ex eo proficere ad vsucapionem, videlicet vt à possessore vsucapi non possit, cùm furtiuus sit, iuxta ea, quæ suprà iam diximus, & probauimus suprà.

Sed contrà poteris opponere, quod si 133
verum esset, seruum fugitiuum sui ipsius furtum facere videri, vt nunquam vsucapi posset à possessore, vtique id procederet in ancilla fugitiua respectu etiam sui partus, vt quemadmodum ipsa sui ipsius furtum faceret, ita & partus, vt ipse partus etiam furtiuus diceretur, vt probat textus *in l. ancillam* 60. *ff. de furtis.* Sed hoc falsum esse videtur constare *in l.* 1. *§. fugitiuum accipe* 5. *ff. de fugitiuo*, vbi Vlpian. ex Labeonis sententia docet, non censeri fugitiuum ex fugitiua ancilla natum: ergo supradicta non videntur subsistere. Sed omissis quæ tradit 134
Fab. *in rat. ad dict. §. fugitiuum*, respondebis cum Amaya *obseru. lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 3. *numer.* 51. *&* 52. fugitiuum non censeri partum editum ex fugitiua, ad hoc, vt qui eum celauit, dicatur fur, & puniatur, cùm aliàs qui fugitiuum celauit, sit fur & teneatur furti, *l.* 1. *in princip. ff. de fugit.* sed nihilominus fugitiuus censebitur, ne vsucapiatur, & ne domino sit damnosa fuga matris, *dict. l. ancilla* 60. *ff. de furtis.* Et ratio differentiæ est, quia qui seruum fugitiuum celat, habet animum interuertendæ domino possessionis, & lucrari vult seruum. Quæ ratio cessat in partu; quippe cùm à domino nunquam fuerit possessus, non potest in eo dari vera contrectatio, quæ est interversio possessionis, *l.* 1. *§. Scæuola, ff. si is qui testament. liber esse.* Non potest ergo contra celanrem partum extendi pœna, *l. cùm quidam* 19. *ff. de liber. & posth. cap. Odia, de reg. iur. in* 6.

Sed iam hìc subsistamus, claudamusque intellectum dictæ legis *peregrè*, ratione cuius huc vsque dicta notauimus, non subtilia quidem, nec vulgaria, notantes Papinianum quæstioni secundæ in ea propositæ non respondisse; cùm

satis

satis res absolueretur per solutionem primæ. Si namque in ea specie non fuit perdita possessio, nihil est quod tractetur, an restituatur, vel non, cùm semper priuatio habitum supponat, vt vulgare est dicterium.

135 Sequitur modò explicandus textus *in l. possessio 49. in princip. ff. de acquir. possess.* dum propter finalia illa verba, *& plurimùm ex iure possessio mutuetur*, adductus est à nobis suprà pro opinione illorum, qui tenent possessionem in facto esse; non facti, sed iuris esse. Sed certè verba illa satis nostram probant sententiam, cùm accipiantur, & accipi debeant de effectibus à iure mutuatis: vt namque suprà probauimus, illud mutuatur ab aliquo, quod proprium mutuantis non est, sed potius illius, à quo mutuum accipitur.

136 Duas verò definitiones proponit hîc Papinian. ad propositum, de quo hîc agitur. Primam in principio textus: secundam in §. 1. Prima hæc est, per seruum, in quo vsumfructum habemus, non proprietatem, etiam possessionem nobis acquiri ex duabus tantùm causis, ex suis operis, quas habemus in fructu; & ex re nostra. Quod etiam probat textus *in l. Acquiritur 10. §. de his seruis 3. l. quod fructuarius 49. ff. de acquir. rer. domin. l. si serui 21. ff. de vsufruct. §. De his autem seruis 4. Inst. per quas person.* vbi DD. & in dictis iuribus Donel. *lib. 9. comment. cap. 6.*

137 *à vers. de seruis*, nisi fortè aliquid seruo ipsius vsufructuarij contemplatione relictum fuerit; tunc namque vsufructuario, non domino acquiritur, *dict. l. si serui 21. in fine, ff. de vsufruct. iuncta l. sed & si quid 22. ff. eod. tit. l. 3. & 4. ff. de*

138 *oper. seruor.* Quod in dubio intelligendum est si vsufructuarij seruus nominetur, *l. penult. vers. Quia apertissimum, Cod. de iur. deliber.* tradit Pichard. *in dict. §. de seruis autem, numer. 3.* Et quamuis Bart. *in l. si quis mihi bona, in princip. ff. de acquir. hæred.* existimet etiam in casu in quo

139 seruus ipsius vsufructuarij contemplatione hæres institutus fuerit, iussu domini proprietarij hæreditatem debere adire; quippe quod aditio hæreditatis in opere seruili non fit, *l. aditio 45. §. præterea, ff. de acquir. heredit.* ita tamen vt si proprietarius recuset iubere officio iudicis compellatur, vt tradit Azo *in summa, Cod. per quas person. nob. acquirit.* aditioneque facta, vniuersa huiusmodi bona à proprietario repetat fructuarius condictio-

140 ne sine causa, *l. penult.* & ibi Gloss. *ff. de stipulat. seruor.* mihi tamen verius videtur eo casu fructuarium posse iubere, vt seruus adeat, circuitus vitandi causâ, *l. dominus testamento 53. in vers. Sed tam benignus, ff. de condict. indebiti*, quemadmodum liber homo, & seruus alienus bona fide possessus hæreditatem adire possunt iussu bonæ fidei possessoris, *l. aditio, §. vlt. ff. de acquir. haredit.* Idem ergo in seruo fructuario dicendum, qui quoad acquirendum ex re eius, cui seruit, suisque operis, cum libero homine, seruoque alieno bona fide possesso pari passu ambulat, *l. qui bona fide 23. ff. de acquir. rer. domin. §. idem placet, Inst. per quas person. nob. acquirit.* & vlteriùs, quia quando institutus est seruus fructuarij contemplatione, vtique ex re ipsius, in cuius vsufructu est, acquirere censetur, ac proinde proprietarij iussus non videtur necessarius. Et ita tradit latè Ias. *in dict. l. si quis mihi bona*, notatque Mysinger. *in dict. §. De his autem seruis, num. 5.*

Huius verò primæ definitionis ea fuit ratio dubitandi, quod fructuarius non possidet, sed proprietarius solus, *dict. l. acquiritur 10. §. vlt. circa finem, ff. de acquir. rer. domin.* latéque extat suprà à nobis probatum. Absurdum autem videbatur, vt per seruum nobis possessio acquireretur, quem non possidemus, *l. homo liber 54. §. vlt. in fine, ff. eod. tit. de acquir. rer. domin.* huic tamen obiectioni respondit Papinian. sequentibus verbis: *Cum & naturaliter à fructuario teneatur*; quæ non sunt intelligenda de possessione aliqua naturali, quam respectu proprietatis habeat fructuarius; nullam enim hoc in sensu possessionem habere, sed solùm insistentiam quandam, suprà probauimus in dictis numeris; cùm plurimùm ex iure possessio mutuetur. Quare appositè diceret sufficere insistentiam vsufructuarij, necnon illius veram quasi possessionem, quam respectu ipsius vsusfructus habet, *l. Ait Prætor 23. §. 2. ff. ex quib. caus. maior.* & diximus iam suprà, vt in illis casibus vsufructuarius per seruum possessionem acquirat; quia quemadmodum in vsufructu est factum insistentiæ, & est ius vtendi, & fruendi; ita in possessione factum est, nec deficit plurimùm iuris quoad effectus ab ipso iure mutuatos. Neque verò absurdum est, vt acquiramus possessionem per eum quem non possidemus; filium namque familiaś non possidemus, & tamen per eum acquirimus possessionem, *l. 1. §. item acquirimus 15. & §. per*

eum 8. *ff. de acquir. possess.* Et hanc duco ve-
ram Papiniani mentem *in dict. l. possessio*
circa primam definitionem in eo textu
contentam.

145 Secunda definitio proponitur à Papi-
niano *in dict.* §. 1. eiusdem legis *possessio*, &
ita habet: *Qui in aliena potestate sunt, rem*
peculiarem tenere possunt ea ratione, quia
possessio non tantùm corporis, sed & iuris est.
Et pro vera intelligentia illud aduertimus,
procedere supradictam definitionem tam
respectu serui, quàm respectu filiifamilias;
generalia namque sunt verba illa: *Qui in*
aliena potestate sunt; aptaque vt compre-
hendant tam seruos, qui in potestate sunt
domini, quàm filiosfamilias, qui patriæ
subsunt potestati. Deinde est aduerten-
146 dum, quod licèt verbum, *peculium*, ex eo
dicatur, quasi sit pusilla pecunia, siue
patrimonium pusillum cuiusque, vel
quod quis patrimonium suum separatum
habet, vt docet textus *in l. depositi* 5. §. *pe-*
culium 3. & *in l. peculium* 39. *ff. de pecul.* seu
vt inquit Terent. *in Phormione, act.* 1. *scen.* 1.
Quod ille vnciatum, vix de demenso suo suum
defraudans genium comparsit miser: seu vt
Fest. & Plutarch. *in Valerio* dicunt, or-
tum habeat hoc nomen à pecore, sicut &
nomen pecuniæ; quia olim Romæ vni-
uersa cuiusque in pecoribus constabat sub-
stantia, prout affirmat Varro, quem sequi-
tur Gothofred. *ad dictum* §. *Peculium*, seu
ad ea Virgilij verba *eclog.* 1. *Neque cura pe-*
culij; quo in sensu, nempe provt significat
cuiusque patrimonium, accipitur *in l. co-*
gi 16. *ff. ad Treb.* & *in l. chorus* 79. §. 1. *ff. de*
leg. 3. dum in hoc textu se audisse testatur
Cels. rusticos senes dicentes pecuniam si-
ne peculio fragilem esse, peculium appel-
lantes quod præsidij causa seponeretur,
quasi apertiùs dicerent, eam pecuniam
fragilem esse, ex qua aliquid in repentinos
vsus separatum non esset, quod patrifa-
milias præsidio esse possit subitâ necessita-
te obortâ, provt interpretantur Forner. *in*
l. paterfamilias 82. *ff. de verbor. signific.* Pinel.
in l. 1. 2. *part. num.* 48. *Cod. de bon. matern.*
Ræuard. *lib.* 3. *variar. cap.* 17. ex quibus sic
benè notauit Latrea *selectarum lib.* 1. *cap.* 1.
147 *num.* 2. Nihilominus tamen consuetudine
loquendi factum est, vt peculij nomine il-
lud præcipuè comprehenderetur, quod
seruus vel filiusfamilias dum adhuc in do-
mini, vel patris essent potestate, ipsius
concessione habuissent, vel suâ industriâ,
laboréve lucrifecissent, vt probant iura *in*
l. depositi 5. §. *peculium* 4. & *in dict. l. pecu-*
lium 39. Constatque ex Tullio *in Parado-*
xis, ibi: *An eorum seruitus dura esset, qui*
cupiditate peculij nullam conditionem recusant
durissimæ seruitutis. Plaut. *in Asinar. act.* 2.
scen. 4. ibi: *Quamquam ego sum sordidatus,*
frugi tamen sum, nec potest peculium enumera-
ri. Et iterum *act.* 2. *scen.* 2. ibi: *Largitur pe-*
culium omne. In tergo thesaurum gerit.

Hac tamen distinctione, quod licèt in 148
seruis vnum dumtaxat peculij genus ag-
nosceretur, cùm propter seruilem condi-
tionem nihil proprium habere potuissent,
§. *item vobis, Inst. per quas person. nob. acqui-*
rit. illud scilicet, quod ex bonis domini 149
proficisceretur, *d. l. depositi* 7. §. *peculium* 4.
tamen in filiisfamilias pro qualitate illo-
rum, quæ lucrari consueuerunt, in mul-
tiplici differentia peculium esse cœpit;
aliud namque appellatur castrense, vel 150
militare, illud nempe quod à parentibus
vel cognatis in militia agenti donatum est,
vel quod ipse filiusfamilias in militia ac-
quisiuit, quod nisi militaret acquisiturus
non fuisset; nam quod erat etiam sine mi-
litia acquisiturus, id peculium eius ca-
strense non est, vt definit Macer *lib.* 2. *de re*
milit. in l. castrense 11. *ff. de castr. pecul. l.* 1.
cum allegata 5. *Cod. eod. tit. lib.* 12. *l. simili-*
ter 3. vbi Vlpian. castrensi peculio adnu- 151
merat quæ ingenuus miles comparauit pe-
cuniâ à muliere patris relictâ ad castren-
ses, vel militares res comparandas, *l. mi-*
les 5. vbi idem Vlpian. eidem castrensi ad-
numerat peculio hæreditatem à commili-
tone relictam, vel ab eo quem per mili-
tiam cognouit, *l. si miles* 6. vbi idem Iuris-
consultus docet donata ab vxore viro filio-
familias non causâ militiæ, castrensis pe-
culij non fieri, secus autem si causâ militiæ
donauerit, *l. de hæreditate* 19. vbi Tripho-
nin. docet quod si agnatus alicuius ante
militiam instituerit agnatum militem hæ-
redem, non effici hæreditatem castrensis
peculij, effici verò si post militiam insti-
tuat, *l.* 1. *Cod. de castr. pecul. l. fideicommissa-*
ria 23. §. *seruum*, *ff. de fideicom. liber.* pro cu-
ius conciliatione cum lege *Si tibi* 86. §. *si*
fundus, *ff. de leg.* 1. videbis Cuiac. *lib.* 9. *res-*
pons. Papiniani in dict. l. fideicommissaria 23.
d. §. *si seruum*: sed quia hunc textum dua-
bus in partibus emendat, sequeris potiùs
Alberic. *in l. si fundum* 81. §. *si libertus* 4. *ff.*
de leg. 1. Gomez 1. *tom. variar. cap.* 12. *n.* 14.)
l. hæc ratio 3. §. *secundùm hæc* 4. *ff. de donat. in-*
ter, optimus textus *in l. si fortè* 8. *ff. de ca-*
strens. pecul. vbi ponitur casus de vxore,
vel cognato, vel quolibet alio non ex ca-
stris noto filiofamilias donante quid, vel
legante expressè & nominatim, vt in ca-
strensi peculio haberet; & nihilominus
docet Vlpianus id castrensi peculio adgre-
gandum

gandum non esse, ea addita ratione: *Veritatem enim spectamus, an verè castrensis notitia, vel affectio fuit, non quod quis finxit.* Elegans etiam textus *in l. dotem 16. ff. eod. tit.* cui vltra Cuiac. *lib. 11. respons. Papiniani in dict. l. dotem*, addes Fabrum de re optimè agentem *in Iurisprud. tit. 11. princip. 6. illat. 5.*

152 Aliud verò appellatur peculium quasi castrense, quod ad imaginem castrensis introductum est, cuius numero cedit quidquid filiisfamilias in palatina, vel togata militia versantibus acquisitum est, de quo *in l. 1. §. in filius quoque 6. ff. ad Treb.* & *in l. 1. §. neque castrense 15. ff. de collat. bonor. l. final. Cod. de inofficios. testam. l. velut castrense 7. Cod. de assessorib. l. 4. l. cùm aduocatio 8. Cod. de aduocat. diuers. indic. l. final. Cod. de collat.*

153 De his autem duobus generibus peculij castrensis, vel quasi castrensis non loquitur Papinian. in hac, de qua modò agimus, definitione; ea enim non solùm tenere, sed possidere, & habere possunt filiifamilias, quia totum hoc genus castrensis, vel quasi castrensis peculij filiorumfamilias proprium est, *l. ex nata 10. l. 3. in princip. ff. de castrens. pecul. l. Imperator 50. in vers. post decreti, ff. ad Treb.* ita eis acquisitum, vt de eis statuere possint vt velint, non aliter quàm patres familias de suis rebus, *l. 1. §. nec castrense, ff. de collat.*
154 *bonor. l. filia 12. l. vlt. Cod. eod. tit. l. cùm oportet, in princip. vers. Exceptis, Cod. de bon. quæ liber. §. 1. Inst. de milit. testam.* vbi quod testari potest filiusfamilias de rebus Castrensibus etiam quando extra castra degit, dum tamen solennitates à iure communi requisitas adhibeat. In castris autem, &
155 expeditionibus occupatus priuilegio militari in testando gaudebit, *princip. Inst. quibus non est permiss. facer. testam. l. penult. Cod. qui testam. facer.* & satis supponunt iura *in l. 1. 2.* & *in l. proponebatur 19. ff. de castrens. pecul. l. si filiusfam. 28. l. si filiusfam. 33. ff. de testam. milit. l. vlt. ff. ad Tertyllian.* Et de bonis quasi castrensibus loquitur textus *in dict. l. penult. Cod. qui testam. facer.* & *in l. final. Cod. de inoffic. testament.* & *in §. final. Inst. de milit. testam. l. 1. §. in filiisfam. 6. ff ad Treb.* vbi quod Senatusconsultum illud locum habeat in filiisfamilias iudicio quando de castrensi peculio, vel quasi testatur, *l. bona 3. §. dari 5. ff. de bonor. possess.* vbi similiter fit mentio de testamento facto de castrensi, vel quasi castrensi pecu-
156 lio. Inde etiam dictus filius familias in castrensi peculio vice patrisfamilias fungi potest, *l. 2. ff. ad Macedon.* Et cùm olim lis nulla esse posset inter patrem & filium, quem in potestate habebat, de cæteris rebus, poterat tamen esse de castrensi peculio, & de rebus ad illud pertinentibus, *l. lis nulla 4. ff. de iudic.* hoc enim efficit totum fauor militiæ, & potestas patria, licèt per eam non dissoluatur, *§. filiusfam. 4. Inst. quib. mod. ius patriæ potest. soluit.* ita tamen moderetur, & restringatur, vt rectè obseruauit Osuald. *ad Donel. lib. 9. cap. 5. in not. lit. B.*

Peculium aduentitium illud est omne 157
quidquid filiofamilias obuenit aliunde, siue labore, & opere eius, siue aliena liberalitate ad eum peruenerit, putà legato, aut donatione, aut hæreditate ei delatâ, *l. profectitia 5. §. si pater pro filia 11. ff. de iur. dot.* ibi: *Cæterùm si cùm deberet filia, voluntate eius dedit, aduentitia dos est.* Et *l. cùm oportet, in princip. Cod. de bon. quæ liber. §. Igitur 1. circa finem, Inst. per quas personas nobis acquir.*

Huius autem aduentitij peculij eadem 158
conditio olim fuit, quæ est profectitij, de quo mox dicemus. Denique exceptis castrensibus, vel quasi castrensibus, generale ius fuit, vt quidquid acquireret filius qui in potestate erat, acquireret patri, eo quod nou magis quidquam suum habere posset, quàm seruus, *l. acquiritur 10. §. 1.* in generalitate illorum verborum: *Ipse enim, qui in potestate alicuius est, nihil suum habere potest. l. placet 79. ff. de acquir. hæred. l. 1. in vers. quippe, ff. si à parent. quis manumiss. sit.* Postea excepta est constitu- 159
tione Marci Antonini Philosophi hæreditas matris intestatæ, quam placuit ad liberos, tametsi in aliena potestate essent, pertinere, *l. qui in aliena 6. §. sed si legitima, ff. de acquir. hæredit. l. sacratissimi, penult. ff. ad Tertyllian.* Postea etiam recentiorum Imperatorum constitutionibus ius idem confirmatum fuit, sed detracto vsufructu qui patri datus est in his ipsissimis bonis.
Ad extremum bona etiam aduentitia filij- 160
familias acquisita in eadem causa haberi cœperunt constitutione Iustiniani, de quibus ille ita constituit, *in l. cùm oportet, Cod. de bon. quæ liber.* vt aduentitiorum proprietas acquiratur filio, vsusfructus patri, & vtrunque proprio quidem iure. Nam pro- 161
prietas sic tribuitur filiofamilias, ne liceat ei quandiu in potestate est res sui peculij alienare non consentiente patre, *l. vlt. §. filius autem, Cod. de bon. quæ liber.* Patre etiam permittente, etiam donatio de aduentitiis valet vt potest. vt Petr. Fab. notat & Osuald. *ad Donel. dict. lib. 9. cap. 5. lit. N.* Quid autem si de ipsis bonis filiusfamilias

in patrem contulerit donationem, an
nempe validè id fiat? Dubium est, pro
162 cuius resolutione videbis Cuiac. *consult.* 44.
Fab. *decad.* 42. *error. pragmat.* 4. *& seq.* quos
enumerat Osuald. *in d. lit. N.* vsusfructus
autem patri ita constituitur, vt sit liber,
idest., vt liceat patri res huius peculij ad-
ministrare, atque his vtifrui vt velit, ne
cogatur aut ipse finito vsufructu suo, aut
163 hæres administrationis eius rationem red-
dere, solùm adempta patri rerum ipsarum,
quarum vsusfructus est, alienatione.

Aliqui tamen sunt casus, in quibus in-
uito patre absque sibi reseruato vsufructu
in plenum proprietas filiofamilias acqui-
164 ritur, quos ad nouem redigo. Primus in
rebus donatis à Principe, *l. cùm multa* 7.
Cod. de bon. quæ liber. cui pro amplitionibus
adde Carual. *in cap. Raynald. de testam.* 4.
part. cap. 1. *à num.* 146. *cum sequentibus*, me-
minit Ordinatio nostra Regia *lib.* 4. *tit.* 98.
§. 5. rectè tamen notauit Osuald. *vbi suprà,
lit. P.* ea rectiùs quasi castrensibus, quàm
aduentitiis accensenda, per verba dictæ
legis *Cùm multa*, ibi: *Ad similitudinem ca-*
165 *strensis peculij.* Pro ea autem quæstione,
an de his bonis filiusfamilias testari possit?
videbis Ægid. *in l.* 1. *Cod. de sacros. part.* 1.
§. 7. *num.* 14. quem refert & sequitur Pinel.
select. lib. 1. *cap.* 5. *per totum*, Carual. *in
dict. cap. Raynald. dict.* 4. *part. cap.* 1. *à n.* 146.
qui negatiuam partem tuentur: meliùs ta-
men affirmatiuam defendit Cald. *in l. si cu-
ratorem, verbo Læsit, num.* 108. *Cod. de in
integr. restitut.* probarique expressè vide-
tur *ex dict. l. Cùm multa*, si attentè legatur.
166 Secùndus in rebus à quolibet donatis ea
lege, ne ad patrem perueniat vsusfructus,
*Auth. Excipitur, Cod. eod. tit. de bon. quæ li-
ber.* Ordinat. *in dict. tit.* 98. §. 1. Ita tamen,
vt bona relicta non sint eius naturæ, in
quibus filius ex necessitate deberet succe-
dere, cuiusmodi est legitima matris; nam-
que de his bonis non poterit patri adimi
vsusfructus per præfatam conditionem, vt
rectè probant Gomez *in l.* 48. *Tauri, n.* 11.
Pater Rabel. *de obligat. iustit. part.* 1. *lib.* 1.
quæst. 7. *sect.* 2. *num.* 15. *in fine*, notauitque
Barbos. *ad dict.* §. 1. *num.* 2. & hac lege ho-
die filiusfamilias institui potest, ne scilicet
vsusfructus bonorum relictorum ad pa-
trem pertineat: quæ conditio cùm olim
non valeret, propterea quod non poterat
contra ius publicum hæc lex testamento
addi, testatores id decernentes alterâ illâ
vtebantur, vt filium sub emancipationis
conditione instituerent, vt constat *ex l. vlt.
ff. de petit. hæredit. l. denique* 3. §. *& si hæres,
ff. de minoribus, l. filiusfamilias, penult. ff. vn-
de liberi, l. Diui Seuerus* 6. *ff. de iur. codicil.
l. duos* 70. *l. auia* 78. *ff. de condit. & demon-
strat. l. mater* 27. §. 1. *ff. si quis omiss. caus. te-
stam. l. quidam* 46. *ff. de hæredib. instituend.
l. mulier* 22. *in princip. ff. ad Treb. l. ita es-
set* 15. *ff. quando dies leg. ced. l. vlt. Cod. de
donat. quæ sub modo, l. filiis* 25. *Cod. de inof-
ficios. testam. l. mater* 3. *Cod. de institut. &
substit.* notat Cuiac. quem omnino vide-
bis *tract.* 2. *ad African. in dict. l. quidam* 46.
ff. de hæred. instit. Et ad genus huius secun-
di casus referri debent serui filiofamilias
ita donati, vt statim ad libertatem perdu-
cantur, de quibus constitutum est *in l. vlt.
§. vlt. vers. In seruis autem, Cod. de bon. quæ
liber.* ne horum vsusfructus vllus acquira-
tur patri, quia hac lege donari intelli-
guntur; nam manumissorum nullus po-
test esse vsusfructus. Quare qui eos iubet
statim manumitti, iubet effici ne vnquam
vsusfructus eorum ad aliquem veniat. Ter- 167
tius casus est in hæreditate fratris, sororis-
ve, ad quam filiusfamilias vnà cum patre
admittitur, *auth. Item hæreditas, Cod. de
bon. quæ liber.* pro cuius casus intelligentia
breuiter prænotandum est, quod si filius
moriatur relicto patre, vel matre, & alio
fratre, vel fratribus vtrinque coniunctis,
talis frater, vel fratres succedebant vnà
cum ipsu patre, vel matre pro virili por-
tione, *Auth. defuncto, vers.* 1. *Cod. ad Tertyl.* 168
auth. de hæredib. ab intest. venient. §. *Si igi-
tur, collat.* 9. Si verò talis filius erat eman-
cipatus, pater non succedebat ei, nisi eum
emanciparet contracta fiducia reseruan-
do sibi ius successionis, licèt benè succe-
deret de iure prætorio, *l.* 2. §. *objicitur* 15.
ad Tertyl. l. si ad patrem 10. *ff. de suis & le-
gitim. hæredib.* Postea verò de iure Codicis 169
decisum est, quod semper videatur pa-
ter emancipare filium contractâ fiduciâ;
& tacitè à lege subintelligitur illud pa-
ctum inesse, licèt expressè non apponā-
tur, *l. si ab eo* 11. *Cod. de ver. & legitim. hæ-
redib. l. vlt. Cod. de emancipat. liberor.* ibi: *Et
legitima iura omninò habere, etsi non speciali-
ter hoc sibi reseruauerit.* §. *final. Inst. de legi-
tim. agnator. succes.* cui ibidem addes Pi-
chard. Hodie verò de iure nouissimo Au- 170
thenticorum, indistinctè succedit pater fi-
lio emancipato, sicut filio in potestate;
quia sublata est differentia patriæ pote-
statis, & emancipationis, *Auth. de hæred.
ab intest. venientibus*, §. *Nihilominus, col-
lat.* 9. *dict. auth. defuncto, Cod. ad Tertyl.* ibi:
*Exclusâ prorsus omni differentiâ sexus, &
patriæ potestatis.* Concurrebat tamen cum
patre ex vtroque latere coniunctus frater,
vt probant iura suprà citata, & ita in vsu-
fructu

171 fructu portionis fratris ius esset patri, *dict. Auth. item hæreditas, Cod. de bon. quæ liber.* Cæterùm tam lege Castel. quàm nostri Lusitaniæ Regni *lib.* 4. *tit.* 91. *in princip.* cautum est ascendentes omnino fratribus esse præferendos, solosque ad eorum hæreditatem admittendos: quod cùm ita sit, non est dabilis in nostro Regno tertius hic casus, & ob hanc rationem dinumerans lex Regia casus in quibus patri vsusfructus bonorum filij non acquiritur, *in dict. tit.* 98. huius tertij casus non meminit.
172 Quartus casus est in his, quæ ex lege deferuntur liberis ob delictum patris, quippe qui diuortium fecit sine causa, *Auth. idem est, Cod. eod. tit. de bon. quæ liber.* Hæ autem res sunt lucra nuptialia, quæ facturus erat maritus, aut vxor si non diuertissent, *l. consensu* 8. §. *vlt. Cod. de repud.* Et cùm etiam casus iste non sit iam hodie practicabilis, non numeratur etiam à nostra
173 Regia ordinatione *in dict. tit.* 98. Quintus est in hæreditate filiofamilias delata, in cuius aditione pater consentire noluit; patre namque hoc casu recusante, fit potestas filio hæreditatem per se adeundi hac lege, vt solidum filio acquiratur, nihil patri, nec vsufructus quidem, *l. final.* §. *fin autem* 1. *Cod. de bon. quæ liber.* Meminit etiam nostra Ordinatio *in dict. tit.* 98. §. 3.
174 Sextus casus est in dote aduentitia; nam si dos ab ipso patre profecta sit, in totum non acquiritur patri, sed proprium patrimonium est filiæ: quantò minùs ergo acquiretur filio, quæ aliunde obuenit? Tradit Donel. *lib.* 9. *cap.* 5. *verf. Neutiquam,* Mantica *de tacit. lib.* 12. *tit.* 9. *num.* 15. ideo verò lex nostra Regia huius meminit casus *in dict. tit.* 98. quia filia propter matrimonium à patria eximitur potestate. Or-
175 din. *lib.* 1. *tit.* 87. §. 6. Er hinc est, quod non sit apud nos practicabile, an vsusfructus huiusmodi dotis patri acquiretur. Septimus casus est, si pater permiserit filiofamilias vt vsumfructum retineat, *dict. l. cùm oportet*, §. *fin autem, Cod. de bon. quæ liber.* Ordin. *in dict. tit.* 98. §. 2. Vtrum verò post patris obitum filius hunc vsumfructum remissum aliis fratribus conferre teneatur? Quæstio est, de qua videbis Go-
176 mez *in l.* 29. *Tauri, num.* 28. *à verf. Decimoquintò*, & *in l.* 48. *Tauri, num.* 9. *verf. Secundò infero.* Valasc. *de partit. cap.* 13. *à num.* 137. *cum sequentib.* Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 20. *num.* 23. *& quæst.* 259. *num.* 16. Mangil. *de imputat. quæst.* 45. *à num.* 2. Carual. *in cap. Raynald.* 4. *part. cap.* 1. *num.* 156. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disput.* 8. *sub num.* 2. *verf. Secundus casus*, Mendoza Castro *in dict. l. cùm oportet, num.* 35. Nunc dicendum est de 177
octauo casu, quando nempe solummodò vsusfructus ab aliquo relinquitur filiofamilias, an acquiratur patri ipsimet vsusfructus, vel non? Pro cuius decisione *in l. vlt. Cod. de vsufructu*, interpretatus est Imperator Iustinian. dictam legem *Cùm oportet*, & totum ius antiquum: videbatur namque ex vna parte dicendum vsumfructum patri acquirendum, cùm bonorum aduentitiorum vsusfructus patri acquiratur, *ex dict. l. Cùm oportet.* Ex altera verò 178
videbatur dicendum, non acquirendum patri prædictum vsumfructum, cùm illarum rerum patri acquiratur vsusfructus, quarum proprietas apud filios remanet. Cùm igitur in specie, de qua agimus, non remaneat proprietas aliqua penes filium, rectè videbatur inferri patri non acquiri. Cæterùm Iustinianus has rationes ad con- 179
ciliationem reduxit, & disposuit *in dict. l. vlt. Cod. de vsufruct.* præfatum vsumfructum sic accipi debere, quasi vtrique datus sit, tam patri, quàm filio; sed patri primùm, cuius etiam in persona voluit vsumfructum manere quandiu vixerit, etiamsi capitis diminutionem maximam vel mediam passus fuerit; nec quidquam illi obesse, quod fortè multò ante eius mortem filius decessisset. Et in hoc conformis est regulis iuris dictantibus per filiumfamilias patri acquiri. Quod si pater moriatur, vel maximam, vel mediam passus fuerit diminutionem, tunc voluit vsumfructum apud filium remanere, quamuis filius patris hæres non existat; cùm tamen 180
contrarium dicendum videretur ex regula textus *in* §. *finitur, Inst. de vsufruct.* quia nempe in prædicta specie duplex quodammodo fingitur casus: vnus patris, cui tandiu datur vsusfructus, quandiu in persona eius poterit consistere: alter filij, qui tunc sui iuris esse incipit, cùm prior vsusfructus ad patrem pertinere desierit. Et humanitatis ratio id sanè expostulauit, quia cùm plerumque verisimile sit testatorem contemplatione magis filij, quàm patris reliquisse, par & æquum fuit, vt intactus parentum ius seruaretur per vsusfructus acquisitionem, & insimul defuncti voluntas, & contemplatio adimpleretur, eo scilicet modo, vt è medio sublato parte, filius eo vsufructu potiretur: de qua re videndi sunt Donel. *lib.* 10. *cap.* 17. *verf. Ea dubitatio.* Pichard. *in dict.* §. *Finitur, num.* 4. *&* 5. Morla *in Empor.* 1. *p. tit.* 6. *quæst.* 1. *à num.* 6. Cuiac. *in recit. ad tit. ff. de vsufruct. legat.* & *in l. si quis vsumfructum* 29. Cost. *cap.* 17. *num.* 4. Castil. *de vsufruct. cap.* 63.

181 *cap. 63. per totum.* Nostra tamen Ordinatio Regia absolutè statuit *in dict. tit. 98. §. 4.* quod si vsusfructus fuerit relictus, vel donatus filiofamilias, patri non acquiratur; cà ratione, quia vsusfructûs non potest dari vsusfructus; quemadmodum non potest dari seruitus seruitutis, *l. 1. ff. de vsu-*
182 *fruct. legat. l. 1. ff. de seruit.* Nonus casus expressus est etiam in dicta nostra lege Regia, *in §. 6.* nempe quando paterfamilias post obitum vxoris solenne inuentarium non confecit intra duos menses numerandos à tempore mortis vxoris: priuatur namque vsufructu legitimarum filiorum minorum, quo aliàs potiri debeat, necnon ipsorum filiorum hæreditate, si superstite eo decedant, iuxta alteram ordinationem, ad quam *dict. §. 6.* se refert
183 *lib. 1. tit. 87. §. 8.* Vtrum verò in hac specie omninò necessaria sit iudicis sententia declaratoria, ad hoc vt non possit lis circa priuationem vsusfructus moueri post patris mortem, an verò necessaria haud sit, vt possit tunc incipi moueri præfata quæstio, dubium est, in quo non satis sibi constant nostri Regnicolæ: alij namque sententiam declaratoriam non exigunt, prout sunt Pereyra *decis. 55. à num. 10.* Phœb. *1. part. decis. 80. à num. 11.* alij verò illam omninò necessariam fore existimant: & ita tradunt Vasq. *alleg. 29. num. 71.* Reynos. *obseru. 40. per totum*, quibus magis adhæreo propter fundamenta quibus Reynos. mouetur, quæ sine dubio, vt ex illis videre est, conformia iuris regulis sunt.

184 Sed de hoc peculio aduentitio iam hodie procedere non potest definitio textus *in dict. l. possessio, §. 1.* quippe vt suprà vidimus, proprietas illius filiifamilias est:
185 vtrum verò in his casibus, in quibus non solùm proprietas, sed etiam vsusfructus illius est, possit filiusfamilias de eo testari? Resolues negatiuè ex rationibus, de quibus optimè Ægid. *in l. 1. Cod. de sacr. Eccles. 1. part. §. 7. à num. 5. cum seqq.* Valasc. *consult. 108. num. 36.* Rolandin. *de testam. rub. 2. num. 5.* Fachin. *lib. 5. controuers. 94.* Donel. *eleganter lib. 6. cap. 5. vers. Primus eorum:* vbi optimè Osuald. *lit. I.* vbi fundamentis in oppositum adamassim respondet Duaren. *ad tit. de testam. part. 2. fol. 317. col. 1.* Connan. *lib. 9. comment. 2.* Cuiac. *in l. qui in potestate 6. ff. qui testam. facer.* & *Nouel. 107.* & *in Paratitl. Cod. de bon. quæ liber.* Vigl. *in principio Inst. quibus non est permiss. num. 16.* vbi etiam Pichard. *n. 13. 97. & 98.*

186 Tandem quartum peculij genus dicitur profectitium, & definitum extat à Tuberone *in l. depositum 5. §. peculium 4. ff. de pecul.* quod seruus domini permissu separatum à rationibus dominicis habet, ducto inde si quid domino debetur. Quæ definitio exemplaris est, provt Dialectici vocant, exempti enim causâ loquitur ibi Consultus de seruo; quia idem hoc iure de filiofamilias iuris est, cùm actiones de peculio pariter ad vtrumque pertineant, *§. Actiones autem 10. Inst. de act.* Atque rectè Duaren. *ad tit. ff. de pecul.* & Donel. *ad* 187
rub. Cod. quod cum eo, à num. 37. ita prædictam definitionem supplent, vt quid definiendum fuerit, doceant, nempe quod filiusfamilias, vel seruus, &c. provt definitum reperitur apud Isidor. *lib. 5. etymolog. cap. 25.* Quidquid ergo de bonis patris in filium profectum est, dicitur peculium profectitium, *argum. l. profectitia 5. §. 1. ff. de iur. dot. l. in fideicommiss. 3. §. Cùm Pollidius, ff. de vsur. §. igitur, Inst. per quas person. vers. quod nobis*, ibi: *Vt si quid ex re pa-* 188
tris, &c. Vtrum verò illud quod contemplatione domini, vel patris seruo, vel filio datum, vel relictum fuerit, profectitio peculio adnumerandum sit? Disputauit Mendoz à Castro *in dict. l. Cùm oportet, à num. 6. cum sequentib.* vbi resoluit non profectitium, aduentitium autem dici: contrarium tamen communiùs tenuerunt post DD. permultos Cald. *in l. si curatorem, verbo Lęsis, à num. 116. Cod. de in integr. restitut.* Surd. *decis. 118. à num. 4. & decis. 169. num. 3.* & *decis. 322 ex num. 47.* & *decis. 324. num. 9.* & *consil. 305. num. 63.* & *consil. 427. num. 17.* & *consil. 488. num. 9.* & *de alim. tit. 9. quæst. 20. à num. 1.* Mantic. *de coniectur. vltimar. vol. lib. 8. tit. 16. à num. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 36. à num. 109.* Molin. *de rit. nuptiar. lib. 3. quæst. 58. à num. 8.* Mangil. *de imput. quæst. 24. num. 3.* Gratian. *cap. 405. à num. 4.* Mierez *de maioratib. 1. p. quæst. 1. à num. 423.* Gabriel. *comment. de iur. dot. concl. 5. num. 20.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 28. à num. 1.* & *consil. 286. à num. 8. lib. 3.* & *consil. 309. à num. 8. lib. 4.* Barbos. *in l. quæ dotis 34. num. 24. ff. solut. matrim.* Valasc. *de partit. cap. 13. à num. 4.* Molin. *de iust tract. 2. disput. 233. num. 4.* Pichard. *in §. quadam actiones 20. art. 3. & à num. 31. Inst. de act.* Carual. *in cap. Raynald. de testam. 4. part. cap. 1. à num. 61.* Castil. *lib. 4. cap. 5. à n. 26.* quos consules eos sequens cùm occasio se obtulerit, propter meliora de iure fundamenta; & màxime apud nos ob leges Regias adductas ab ipso Valasc. *vbi suprà, dict. num. 4.*

Quid autem dicendum sit, si pater dederit pecunias filio, ex eisque lucrum quæsierit? Vtrum hoc lucrum dicatur 189
profecti

profectitium, vel aduentitium? Videbis eundem Mendez *vbi suprà, à numer.* 19. Cald. *in dict. verbo Lasis*, *num.* 118. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 20. *à num.* 8. *cum seq.* optimè Valasc. *d. cap.* 13. *num.* 186. *&* 187. vbi quid de iure regio: Carual. *in dict. cap.* 1. *à num.* 279. Gratian. 3. *tom. cap.* 401. *num.* 22. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disput.* 234. *per totum.*

190 Respectu igitur horum bonorum profectitiorum docet Papinian. in prædicta definitione, eos qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere posse, habere, possideréve non posse; quia possessio non tantùm corporis, sed iuris est; quasi diceret: Quia licèt possessio tota facti sit in suo esse, & essentia, iuris tamen causat effectus, qui quidem nec momento resident penes ipsos seruos, vel filiosfamilias, sed potiùs confestim acquiruntur ei, cuius subsunt potestati, seu vt loquitur Vlpian.

191 *in l. placet* 179. *ff. de acquir. heredit.* neque momento aliquo subsistunt in persona eius, per quem acquiruntur: acquiruntur namque ei, cui acquiritur, & id tam iure veteri *dict. l. placet*, §. 1. *Inst. per quas personas.* quàm iure nouo, cùm id mutatum haud sit constitutione *dict. l. cùm oportet, in princip.*

192 Hinc donatio filiofamilias à patre facta nulla est, *l.* 1. §. 1. *ff. pro donato*, *l. donationes quas parentes* 5. *Cod. de donat. int.* quia nempe necessariò patri readquiritur, cùm nec momento res apud ipsum filiumfamilias possit subsistere, cùm acquisitionis incapax sit, quidquid contendat Fab. *lib.* 7. *coniectur. cap.* 11. vbi tenet filiumfamilias iure veteri acquisitionis non esse incapacem, ac proinde ei acquiri quidquid pater per eum sibi acquiri noluisset. Vnde ex eo tenet, donationem à patrefamilias factam filio nullam esse, quia nulla obligatio inter eos

193 consistat, *l. Imperator* 50. *ff. ad Treb. l. neque cum filio* 10. *ff. ad Tertyl.* sed meritò Osuald. *ad Donel. lib.* 9. *cap.* 5. *lit. L.* hanc rationem refellit eo ductus, quippe quando fit donatio, statim iunctâ traditione, vera quidem donatio est, & producit obligationem, *l. Aristo* 18. *in principio*, §. *vlt. ff. de donat.* Ergo saltem huius donationis esset capax filiusfamilias: quod tamen admittere est absurdum, vt satis constat *ex l. donationes* 31. §. *pater*, *ff. de donat. l.* 2. §. *vlt. ff. pro herede*, *l.* 1. §. 1. *l. si pater* 4. *ff. pro donato*, *l.* 2. *Cod. de inoffic. donat. l. donationes* 21.

194 *Cod. de donat. inter*, *l. cùm de bonis* 11. *l. siue emancipato* 17. *in fine*, *Cod. de donat. l. si donationis* 13. *Cod. de collat.* Pro ea autem quæstione de capacitate, vel incapacitate filiifamilias videndus est idem Faber *errore* 6. *Pragmaticor. decad.* 26. *error.* 7. *n.* 18. & *decad.* 33. *error.* 7. *num.* 8. & *in Iurisprud. tit.* 8. *princip.* 6. *illat.* 9. *& princip.* 7. *illat.* 3. & 1. *tom. rat. in l.* 4. §. *si quid minori*, *in l. Æmilius* 38. § *quod dicitur*, *ff. de minoribus*: & 3. *tom. in l. sed etsi* 7. *ff. de constit. pecun.* & 5. *tom. in l.* 2. *ff. de contrah. empt.* Schifordeger. *forens. disput. lib.* 3. *tract.* 5. *quæst.* 9. Pichard. *ad tit. ff. de acquir. hered. cap.* 15. *per totum.* Chumacer. *selectar. iur. disp.* 2. eleganter Melchior de Valenc. *tom.* 3. *illustr. tract.* 20. *de acquir. heredit. part.* 1. *à num.* 8. *cum sequentibus.*

Dotis tamen capax erat filiafamilias 195
etiam Digestorum tempore, ac proinde validam esse dotis in filiamfamilias donationem à patre collatam, constat *ex l. Pomponius Philadelphus* 35. *ff. famil. ercisc. l. Auus* 73. *ff. de iur. dot. l. Gaius* 45. *ff. solut. matrim. l. vxorem* 41. §. *testament. ff. de leg.* 3. *l. dotem* 6. *ff. de collat. bonor.* Sicut enim etiam antiquitus filiusfamilias castrense peculium habere poterat, quasi proprium patrimonium, & in eo pro patrefamilias habebatur, *l.* 3. §. *fin autem* 10. *ff. de minoribus*, cum aliis iam suprà citatis; ita similiter fauore matrimonij & publicæ vtilitatis causâ, cùm intersit Reipublicæ mulieres esse dotatas, *l.* 1. *ff. de iur. dot. l.* 2. *ff. solut. matrim. l. interest* 18. *ff. de bon. authorit. iudic. possid.* cautum erat, vt dos castrensis quodammodo peculij iure censeretur, & filiæfamilias etiam viuente patre, in cuius erat potestate, & à quo dos profecta erat, quodammodo patrimonium esse intelligeretur, *l. in cum* 16. ibi: *Æquissimum enim visum est veteribus, mulieres quasi de patrimonio suis, ita de dotibus funerari*, *ff. de relig. & sumptibus funer. l.* 3. §. *ergo etiam* 5. ibi: *Quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimonium est*, *ff. de minoribus*: *l. pater filia* 76. *ff. de euict. l. pater filiam* 14. *in finalibus verbis principij*, *ff. ad leg. Falcid. l. Titiam* 4. *ff. de collat. bonor. l.* 1. §. *vlt. in finalibus verbis*, *ff. de dot. collat. l. satis* 4. *C. in quib. caus. pign.* Et hinc erat, vt in dote exigenda communis actio patri & filiæ competeret, quasi in causa dotis particeps, & 196
socia obligationis patris filia esset, *l.* 2. §. *quod si in patris* 1. *l. non solùm* 3. *l. si cùm dotem* 22. § *eo autem tempore* 5. *l. Titia* 34. §. *si gener* 6. *ff. eod.* cùm tamen hodie lege nostra regia 197
per matrimonium filia exeat à patria potestate. Ord. *lib.* 1. *tit.* 87. §. 6. non erit communis actio patri, filiæque; sed solummodò filiæ competet, ex ratione legis vnicæ, §. *Videamus*, *C. de rei vxor. act.* notat Barbos. *in l.* 2. §. *Quod si in patris*, *n.* 12. *ff. solut. matrim.* Latiùs tamen pro huius materiæ

exaltatione, quod nempe filiafamilias capax erat donationis ob dotem in eam collatæ, videbis Anton. Fab. *lib.7. coniectur. cap.* 12. *& decad.* 40. *error.* 9. & *in trat. ad dict. l. Pompon.* Barbos. *in l.* 2. *in dict.* §.*quod si in patris, à num.*1. *à vers.*3. *& vlt. cum seqq. ff. solut. matr.* Larrea *lib.*4. *selectar. cap.*8. Valenc. *vbi suprà, per totum num.*25. *&* 26. Mantic. *de tacit. tom.*2. *lib.*13. *tit.*42. *à num.*16. & *tit.*13. *à num.*7. & vide etiam quæ tradiderat *tom.*1.*lib.*12. *tit.*8.*à num.* 14. Facbin. *lib.*13. *cap.*60. Fontanel. *de pact. tom.*2.*claus.*5.*gloss.*1. *part. num.*25.

198 Quod autem diximus, donationem in filium à patre collatam nullam esse, id sanè intelligendum est de simplici donatione: quid autem sit in donatione ob benemerita, & qualia hæc esse debeant, & quomodo etiam de his debeat constare; & similiter de donatione ob causam facta, videbis Clar. *in* §.*donatio, quæst.*8.*à num.*1. Tiraquel. *in l. si vnquam, Cod. de reuoc. donat. verbo Donatione largitus, à num.* 20. *& à num.*106. Mascard. *vol.*1. *concl.*184.*&* 186. *&* 560. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.*132. *per totum, & cas.*134. *etiam per totum:* & latissimè, omninóque videndus *lib.*3. *præsumpt.*29. *etiam per totam*, Gail. *lib.*2.*obseru.*38. Faebin. *lib.*3. *controuers.*74. *cum aliquibus sequentibus*, quem omnino videbis: Osuald. *ad Donel.lib.*9. *cap.*5.*lit.F*, Mangil. *de imputat. quæst.*29. *à num.*14. Castil. *lib.*5. *cap.*80. *à num.* 38. Fontanel. *de pact. tom.*1. *claus.*4. *à num.*2. *cum seq. fol.*33. & *eadem claus.*4. *gloss.*7. *part.*1. *per totam, fol.*57. Micard. 1. *part. quæst.*22. *à num.*166. Caruallı. *in dict. cap. Raynald.*4. *part.cap.*1. *à num.*150. Valenc. *cons.*3. *à num.*63. Peña *decis.*504. *à num.*2. Surd. *cons.*459. *num.*13. & *cons.*469.*à num.*25. Roland.à Valle *vol.*1. *cons.*98. *à num.*49.

199 Et quid si donationi simplici iuramentum adhibeatur? Videbis eundem Clar. *vbi suprà, à num.*8. Menoch. *dict. præsumpt.* 29. *num.* 114. Gail. *in dict. obser.*38. *à num.*7. Fachin. *lib.* 9. *cap.* 5. *lit.E.* Mangil. *de imputat. quæst.*45. *num.* 28. multis Fontanel. *tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 7. *part.* 2. *num.*57. *cum seq.* vbi quid decisum sit in multis Senatibus: *& numer. sequent.* rectè explicat, vbi *num.*60. de clausula *Omni meliori modo:* & 1. *tom. decis.*54.*num.*14. Amat. *decis.* 51. *à numer.* 16. *cum sequentib.* multis Ciarlin. *tom.* 2. *cap.*137. *num.*2. Peña *decis.* 499. *à num.* 1. & *decis.* 504. *à num.*8. Surd. *cons.*57. *num.*9. *& cons.*259. *num.*15. & *de aliment. tit.*9. *quæst.*2.*num.*20. Roland. à Valle *vol.* 1. *cons.*77. *à num.* 1. *cum seq.*

Ad textum *in l. cùm hæredes* 23. *ff. de acquir. possess.* suprà à nobis adductum: 200
Respondendum est Iureconsultum in priori illius parte tradidisse, in hæredes aditâ hæreditate omnia defuncti iura transire. In secunda verò parte docet, non ita esse in possessione, hanc enim non transire docet, eamque ab hærede comprehendi necessum esse: & quia hoc docet non pro limitatione prioris regulæ, sed illud proponit tanquam secundam regulam contrariam primæ, potiùs manifestè demonstrat possessionem quid facti esse, & ob hoc non transire ad hæredem, quemadmodum transeunt iura: ac proinde benè lectus & intellectus textus hic apertè probat nostram sententiam. Vtrum 201
verò regula huius textus procedat etiam respectu aliorum suorum hæredum, vt neque in eos possessio defuncti patris transferatur? Affirmabis, quidquid dixerit Gloss. *in l.in suis, in versic. Etiam possessio, ff.de liber. & posthum.* & *in* §. *sui, Inst. de hæred. qualitat.* & alij relati à Tiraquel. *in tract. Le mort, in præf. declarat.* 3. cum Valasc. *consult.*126. *num.*9. Cald. *de empt. cap.* 12. *num.* 14. Gail. *eleganter lib.* 2. *obser.*152. *sub numer.* 1. *à vers. Sed pars negatiua*, Castil. *lib.* 3. *cap.* 22. *à numer.* 19. *cum seq.* & *cap.*24. *à num.*2. Posth. *de manut. decis.* 120. *num.* 11. *&* 172. *numer.* 6. *&* 644. *num.*3. Noguerol. *alleg.*25.*num.*187. Amat. *resol.*39. *à num.*1. Giurb. *in consuetud. cap* 1. *gloss.*6. *part.*1. *à num.*9. *cum seq.* Pascbal. *de virib. patr. potest.*4. *part. cap.*1. *à num.*48. latè Olea *de cess. iur. tit.*6. *q.*5. *per tot.* Vtrum verò mortuo possessore retineatur per colonos fauore hæredis? Videbis Surd. *cons.*117. *à num.*8. *&* 160. *à num.*28. *&* 491. *num.*12. Posth. *decis.*73. *à num.*12. & *decis.*81.*à num.*10. & *decis.*77.*à num.*7. Giurb. *vbi suprà, num.*17. cum multis Amat.*vbi proximè, num.*7. Quid verò sic 202
in successore nomine dignitatis; videbis 203
cum multis Amat. *d. resolut.*39. *num.*4. Pascbal. *dict. cap.*1. *num.* 51. Quid verò in
quasi possessione percipiendi aliquid an- 204
nuum, an possessio antecessoris prosit successori actiuè, vel è contrario noceat passiuè? Videbis Gomez *in l.*45.*Tauri, à n.*172. Menoch. *de recuper. remed.* 1. *quæst.*8.*à n.*87. *cum seq.* Peregrin. *de fideicom. art.*46.*n.*19. Gratian. 1. *tom. cap.*113. *à num.*16. Reynos. *obseru.*62. *à num.*19. Cancer. 2. *part. cap.*7. *de restitut. Spoliator. num.*84. Fontanel. *de pact.*1.*part. claus.*4.*glos.*18.*part.*4. *à num.*12. & 1. *part. decis.*185. *à num.*8. Reynos. *obseru.*62. *per tot.* optimè Olea *de cess. iur. & act. tit.*6. *quæst.*5. *per totam.*

Minùs

205 Minùs etiam obstat textus *in dict. l. si ea res, §. vterque 2. ff. de act. empt.* quia licèt ea verba, *qui priùs tui eius apprehendis*, referantur ad possessionem, non tamen ex eo probanr possessionem quid iuris esse in sui essentia & natura, sed ex ipsa possessione ius illud præferendi resultare; & sic dum vocat ius, respicit ad effectum, quem ius facto possessionis tribuit. Pro ea verò materia, & il-
206 lius exaltatione, quæ communiter repetitur *in l. quoties 9. Cod. de rei vendicat.* & in Ordinatione regia *lib. 4. tit. 7.* videbis relatos à Glossatore *ibidem*, vltra quos Fachin. *controuers. lib. 7. cap. 32. & 33.* Hermosil. *in l. 51. tit. 5. part. 5. à num. 1. cum seq.* latè August. Barbos. *in dict. l. Quoties.*

207 Minùs obstat etiam textus *in l. 2. §. final. ff. de precario*, quia nullo modo ex eo probatur possessionem quid iuris esse; explicatur enim *dict. §. per legem*, veluti sequentem, ait Vlpian. *in dict. l. 2. §. final.* habere precario videri, qui possessionem vel corporis, vel iuris adeptus est. Explicat verò Gaius *in dict. l. sequenti*, quomo-
208 do iuris possit dari precarium, dicens ita: *Veluti si me precariò rogaueris, vt per fundum meum ire, vel agere tibi liceat.* Non probatur ergo modo aliquo *ex dict. §. fi-*
209 *nali*, possessiooem quid iuris esse. Sed quamuis in hoc textu dicatur seruitutes precariò concedi posse, quod etiam dicitur *in l. & habet 15. §. precario 2. ff. de precar. & in l. si quis sepulchrum 12. ff. de religios. & sumptib. funer.* nihilominus seruitus precariò concessa non est propriè seruitus, quia perpetua eius causa non est, sed pendet ex arbitrio, & voluntare
210 eius, qui concessit, vt rectè notat Cuiac. *lib. 22. obseruat. capit. 37.* & cum eo Osuald. *ad Donel. lib. 11. cap. 9. in notatis lit. B.*

211 Non obstat etiam textus *in l. non ideo minùs 5. Cod. de liber. caus.* quia illa verba, *possessionis ius*, referontur ad effectum, ac si diceret Imperator, quod si ancilla proclamans in libertatem affirmationem suam non impleat, iure dominum eam possessurum. Quia verò in principio textus proponitur limitatio quædam ad materiam
212 legis *benè à Zenone, Cod. de quadrien. præscript.* videbis cùm occasio se obtulerit, latè eam explicantes, multosque referentes Cald. *de empt. cap. 12. à num. 23.* Barbos. *ad l. 1. Cod. de præscript. 30. ann. num. 66.* & *in l. 1. part. 1. num. 13. ff. solut. matrim.* Gratian. *tom. 5. cap. 907.* Castil. *lib. 2. cap. 5.* Cuiac. *controuers. 531. 532. & 533.*

Tandem non obstat textus *in l. nemo ambigit 10. Cod. de acquir. possess.* iuris 213 enim est principium, necessariò ad possessionis acquisitionem factum interuenire debere, nec solum animum sufficere, *l. possideri 38. §. 1. §. Neratius, & §. in amittenda 6. l. quemadmodum 8. ff. de acquir. possess. l. ferè 195. ff. de reg. iur.* licet solo animo acquisita retineatur, *l. si id quod 25. §.* 214 *quod autem, l. clam 6. §. qui ad Nundinas, l. quamuis 46. ff. de acquir. possess.*

De qua re optimè Valenc. *lib. illustr.* 215 *tract. 2. cap. 2. à num. 17. vsque ad 31.* Secundum ergo hoc iuris principium docet Constantin. *in dict. l. nemo*, possessionis duplicem esse rationem, aliam quæ in iure consistit, aliam quæ in corpore, respiciens ad factum prorsus etiam ad eundem finem necessarium: & ideò ex his verbis, quæ sic intelligenda sunt cum Glossa *ibidem*, minimè probatur possessionem quid iuris esse. Prosequitur: *Quod si ac-* 216 *quisita sit possessio, tandiu legitimam esse ad vsucapionem, quandiu interpelata ab aduersario aliquo non fuerit.* Et hic est sensus illorum verborum: *Ita demùm legitimam esse*, &c. Qua interpolatione & controuersiâ progressâ, non posse esse intelligo possessorem (ad effectum nempe vsucapionis) quia licèt possessionem corpore teneat, tamen ex interposita contestatione, & causâ in iudicium deductâ, super iure possessionis vacillat, & dubitat, idest dubitat de titulo & iusta possidendi causa: & hoc significat illud verbum, *iuris possessio*, &c. Non probatur ergo etiam ex illis verbis, *quid iuris possessionem esse*; ac proinde meo videri satis defensata manet nostra resolutio, quod scilicet tota in sui essentia, & natura facti possessio sit.

§. V.

De fictione legis Corneliæ circa explicationem §§. antea positorum.

SVMMARIVM.

1 *Decedens apud hostes seruus decedit.*
2 *Ignominiosum erat sine hærede decedere.*
3 *Ratio ob quam introducta fuit lex Cornelia, & à quo, & quo tempore.*
4 *Quid fingat lex Cornelia.*
5 *Capti non erant serui antequam in præsidia ducerentur.*
9 *Notatur Costa in Inst. Papinianum reprehendens.*

7 *Instans mortis vita tribuitur.*
8 *Differentia inter fictionem postliminij & legis Cornelia.*
9 *Interpretatur textus* in l. captum 9. Cod. de postlimin. reuers.
10 *Interpretatur textus* in l. lex Cornelia 12. ff. qui testam. facere: *& num.* 11. *&* 12.
11 *Quis sit iure necessarius, vel suus hares.*
13 *Interpretatur textus* in l. si necem 4. §. 1. ff. de bon. libertor.
14 *Prator requirit factionem testamenti vtroque tempore.*
15 *Interpretatur textus* in l. bona 22. §. vlt. ff. de captiu.
16 *An lex Cornelia solùm confirmet testamentum, quod per captiuitatem irritum fit*, ad l. bona 22. §. vlt. ff. de capt. *& num.* 18. *&* 20.
17 *Intelligitur lex* Si quis vxorem, ff. de iniust. rupt.
19 *Rumpitur testamentum, si prius valere dicatur.*
21 *Lex* Postliminium 12. ff. de iniust. rupt. *& num.* 24.
22 *Qua secundariò fiunt, non attenduntur.*
23 *Differentia inter posthumum Cornelianum & Velleianum.*
25 *Lex penultima*, ff. de suis & legitim. hæredib.
26 *Hares filij non potest petere bonorum possessionem, dum pater captiuus viuit.*
27 *Casus in quo hareditas non adita transmittitur.*
28 *Lex* bona 12. §. Quod filius, ff. de captiu.
29 *Interpretatur textus* in l. impuberem 22. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de fals.
30 *De prohibitione Libiniani.*
31 *Remissiuè ad materiam.*

1 SVperioribus §§. multa dicta reliquimus, nec insubtilia, nec vulgaria de postliminij fictione: sed nondum per eam satis bello captis prouisum erat, cùm sæpius apud hostes mori contingeret absque eo, quod in ciuitatem reuerti potuissent, quo casu seruos decedere eos, & sine hærede necessarium erat, *l. si quis filio 6. §. irritum 5. ff. de iniust. rupt. l. itinere 3. §. final. ff. de verbor. significat:* quod ignominiosum valde habitum fuit, *l. & quia 6.*
2 *ff. de interrogat. in iure faciend. l. primo gradu 23. ff. qua in fraud. creditor. §. 1. Inst. qui*
3 *& ex quibus caus. manumit. non poss.* peculiarem legem ferri æquum fuit, quæ illos pro salute populi libertatem, & vitam amittentes ab huiusmodi dedecore vindicaret, eorumque vltima elogia quasi Ciuium Romanorum tueretur, & confirmaret. Lata igitur est lex Cornelia à Lucio Cornelio Sylla Dictatore perpetuo anno ab Vrbe condita 673. & ante Christum natum 77. post primum illud perniciosum bellum, quo plures quam quindecim millia Romanorum sub iugo Pœnorum venerant, vt obseruat Hothoman. *in indice leg. Romanar.* Patreius *ad veteres populi Romani leges*, Anton. Augustin. *lib. sing. de legib. verbo Lex Cornelia*, Rossin. *lib. 8. antiquit. Roman. cap.* 18. Mysinger. *in §. si ab hostibus, num.* 14. *Inst. quib. mod. ius patr. potest. soluit.* Viglius *in §. final. Inst. quib. non est permis. facer. testam.* pungitque Valenc. *illustr. tom. 1. tract. 3. cap. 8. num. 1.* quæ 4
tempora mortis captiuitati iungens, perinde rem haberi iubet, ac si qui verè apud hostes decesserunt, in Ciuitate, & apud suos in fata concessissent, vt sic non minùs quàm Romani Ciues, & hæreditatem & hæredem habere possent, *l. iusto errore 44. §. final. circa finem, ff. de vsucap. l. in omnibus 18. ff. de captiu. l. 1. §. 1. ff. ad leg. falcid.* Fingit namque illo instanti illos mortuos esse, quo capti sunt, *dict. l. in omnibus:* textus elegans *in l. cùm hic status 32. §. si ambo 14. in vers. Secundum hac, ff. de donat. inter, l. 1. Cod. de postlimin. reuers.* vt hinc inferri liceret, eorum iu- 5
dicia quasi liberorum hominum confirmari, quia non statim vt capiuntur, hostium serui fiunt, sed cùm ad præsidia illorum perducuntur, *l. postliminij 5. §. 1. vers. Antequam, ff. de captiu.* quo aperto textu satis demonstratur, lapsum fuisse Costam *in cap. Si pater, 2. part. verbo Testatore mortuo, num. 15.* cùm nimis audax 6
agit in reprehendendo Papiniano, qui *in l. pater 10. ff. de captiu.* docuit defunctum apud hostes, ex quo captus est, decessisse intelligi: cui consonat Paul. *in l. si filiusfamilias 39. ff. de testam. milit.* quasi ex hoc necessariò euinci debuisset, illum seruum decessisse, sicque frustra legem Corneliam de eius elogio curasse, atque ideò præambulâ horâ ante captiuitatem ortâ functum fuisse fingi debere: nam præterquam quod manifestè conuincitur ex nuper dictis, de qua re iam suprà egimus; etiamsi cùm caperetur, seruus efficeretur, tamen ex communis iuris regulis instans illud libertati potiùs, 7
quàm seruituti adscribi deberet, exemplo eius quod dici solet, instans mortis vitæ tribui, non morti, *l. qui duos 18. §. 1. ff. de manumis. testam. l. vlt. ff. de condit. institut.*

Ex

8 Ex quibus patet differentia inter huius
legis & postliminij fictionem, quòd illa ab
hostibus reuersis prospexit, vt superiori-
bus relationibus est visum; hæc apud ho-
stes defunctis succurrit, vt modò notan-
dum est. Sed fortiter obstat Imperatorum
rescriptum *in l. captum 9. Cod. de postlimin.*
reuers. vbi filium reuersum, mortuo inte-
rim patre, suum hæredem propter legem
9 Corneliam fore statuunt, ibi: *Lex Corne-*
lia reuersum, &c. Reiectâ solutione Hotho-
mani *in §. Interdum, Inst. de hæredit. quæ ab*
intest. defer. enuntiat. 1. existimantis Impe-
ratores oblitos fortè legis Corneliæ, ibi-
que postliminio abusos fuisse; & alia An-
tonij Fabri *lib. 9. coniecturar. cap. 6.* & *lib. 10.*
cap. 3. & *in Papinian. tit. 11. princip. 7. illat. 19.*
dicentis verbum illud, *Cornelia*, irrepti-
tium esse; assentior Cuiacio, qui *in notis ad*
Paul. lib. 3. sententiar. tit. 4. vers. qui ab ho-
stibus, & *ad dict. l. captum*, post Accurs.
ibidem, verbo Lex Cornelia, vers. Vel dic,
putat patrem simul cum filio ab hostibus
captum, ibique defunctum fuisse, vt in si-
mili specie docemur *in l. final. Cod. ex quib.*
caus. maior. sicque rectè rescripsisse Impe-
ratores, virtute legis Corneliæ filium
suum extitisse hæredem, dum fingit pa-
trem instanti suæ captiuitatis decessisse.

10 Ex suprà dictis autem infertur inter-
pretatio ad textum *in l. lege Cornelia 12.*
ff. qui testam. facere, vbi dicitur testamen-
ta eorum, qui in hostium potestate deces-
serint, perinde confirmari, ac si hi, qui
ea fecissent, in hostium potestatem non
peruenissent. Et rectè quidem, quia cùm
captus fingatur mortuus, in captiuitatis
ipsomet instanti verè fingitur mortuus,
& consequenter illius testamentum con-
firmatur ac si Ciuis Romani esset, & non
hostium captiuus: & illa verba, quæ se-
11 quuntur: *Et hæreditas ex his eodem modo ad*
vnumquemque pertinet; non vt Accurs. exi-
stimat, ad agnatum, vel cognatum refe-
renda sunt, cùm de testamentariis tan-
tummodò loquatur Iulian. non de legiti-
mis hæreditatibus; sed spectant ad gene-
ra hæredum, qui in testamento scribun-
tur; quæ tria sunt, necessarij, sui, & vo-
luntarij; & ideo mox subjicit: *Quare ser-*
uus. Quibus verbis significatur fictionem
legis Corneliæ non tantùm voluntarium,
sed & necessarium, & suum hæredem fa-
cere. Fingit lex, eum qui apud hostes de-
cessit, eo tempore, quo captus est, deces-
sisse: fingit igitur Ciuem, & familiam ha-
bentem decessisse; & hoc modo hæredem
captiuò constituit necessarium, vel suum,
non inspecta morte naturali, prout rectè
intelligit Cuiac. *in recitat. ad tit. ff. qui te-*
stam. facer. in d. l. Cornelia, & ibidem lib. 42.
Digestorum Iuliani. Ideò verò necessarios,
vel suos impropriè hæredes vocat, quia
propriè necessarius, vel suus ille est hæ-
res, qui verè in morientis potestate est,
§. 1. Inst. de hæred. qualit. l. vlt. ff. de collat. 12
bonor. l. scripto 7. ff. vnde libert. Captiuus
autem apud hostes defunctus, cùm alienæ
subsit potestati, alium in sua habere non
potest, *l. sic eueniet 21. ff. ad leg. Iul. de adul-*
ter. l. cùm hæredes 23. ff. de acquir. poss.
Ità Fab. *dict. tit. 11. princip. 9. illat. 2.* seu
meliùs Cuiac. *vbi proximè.* Vno verbo
propriè fit, quod naturaliter fit, non fi-
ctione.

Simili etiam interpretatione donandus 13
est textus *in l. si necem 4. §. 1. ff. de bon. liber-*
tor. vbi Paul. docet aduersùs testamentum
liberti qui testatus in ciuitate apud hostes
decessit, bonorum possessionem contra ta-
bulas dandam esse, paterno præterito,
propter legem Corneliam, quæ testa-
mentum confirmauit; quamuis libertus
propriè dici nequeat qui seruus decessit.
Et meritò, cùm libertina conditio manu-
missum à seruili statu liberatum significet,
princip. Inst. de libertin. Libertus verò iste
verè quidem à seruili statu liberatus haud
dici potest, cùm reuerà seruus decedat.
Ideo verò in ea specie per legem Corne- 14
liam confirmari oportuit testamentum,
quia Prætor ita demùm bonorum posses-
sionem præstat, si vtroque tempore, &
testamenti, & mortis, testamenti factio ei
adfuerit, *l. 1. §. exigit, ff. de bon. possess. se-*
cund. tab. quorum alterum defuisse præci-
sum est apud hostes decedenti, quia cùm
seruus decedat, omninò testamenti factio-
ne caret: quod sanè per legem Corne-
liam suppletur; cùm enim captum libe-
rum, & ciuem decessisse fingat, adest sup-
posita illius fictione vtroque tempore, &
testamenti, & mortis, testamenti factio.

Existimat autem Anton. Fab. *in Iuris-* 15
prud. tit. 11. princip. 9. illat. 4. solummodò
per legem Corneliam ea testamenta con-
firmari, quæ aliàs per captiuitatem irrita
fierent, *l. si quis filio 6. §. irritum 5. ff. de in-*
iust. rupt. non verò quæ ex alio accidenti
irrita essent: cuius exemplum petendum
esse docet *ex l. bona 22. §. vlt. ff. de captiu.* 16
vbi si quis cùm prægnantem vxorem ha-
beret, in hostium peruenerit potestatem,
& nato deinde filio, & mortuo decesserit,
eius testamentum nullum esse Iulian. do-
cet, assignans rationem his verbis: *Quia*
& eorum, qui in Ciuitate manserunt, hoc casu
testamenta rumpuntur: ob sui hæredis scil-

cet præteriti agnitionem, *l. 1. l. verùm 8. ff. de iniust. rupt. §. postlimin. 1. Inst. de exhæredat. liberor.*

17 Cæterùm hæc sententia manifestè conuincitur ex difficili textu *in l. si quis vxorem 15. ff. de iniust. rupt.* vbi in eadem specie Iauolen. non modò per legem Corneliam confirmari testamentum docet, verùm etiam nato posthumo, continuò per illam rumpi; quod difficilius multùm videri quidquam posset. Quare omissâ emendatione eiusdem Fabri *lib. 10. coniectur. cap. 9.* loco illorum verborum: *Per legem Corneliam, in dict. l. Si quis vxorem*, reponentis, *Post legem Corneliam*, quò confirmat potiùs, quàm minuit dubitationem,

18 dicendum existimo legem Corneliam non modò confirmare testamenta, quæ omninò valitura essent, si captiui apud suos decederent, verùm etiam quæ superuenienti aliquo accidenti rupturæ exposita forent, vt apertè probatur *in dict. l. si quis vxorem 15.* vbi posthumi natiuitate testamentum rumpitur, quod per legem Corneliam confirmatur; neque enim aliter rumpi potuisset, *l. nam etsi 5. vers. Post defectum*, ibi: *Quia nullus est, ff. de iniust. rupt.* Sicque verum est dicere *in dict. l. si quis vxorem 15.* per legem Corneliam rumpi testamentum, hoc est (vt ego interpretor) occasione, & medio legis Corneliæ antecedenter illud confirmantis. Quæ interpretatio suadetur etiam ex eo, quia si lex Cornelia cessaret, dici nequaquam posset posthumo nato, continuò rumpi testamentum, vt in eadem lege dicitur. Nam licèt dum viueret testator, propter spem postliminij testamenti vires in suspenso manerent, iuxta legem *illa institutio 32. §. 1. ff. de hæredib. instit. l. penult. ff. de suis & legitim. hæredib.* cum aliis; tamen eo mortuo apud hostes, appareret postliminij spem inanem fuisse, *dict. l. penult. l. in bello 12. §. 1. dict. l. bona 22. §. quod si filius, ff. de captiu.* Quare cùm cessante postliminio testamentum ipsa captiuitate irritum factum à principio appareret, *d. l. 6. §. irritum*, falsum foret dicere, posthumo nato, continuò ruptum fuisse, cum nihil inuenisset, quod rumpere potuisset. Vlteriùs confirmatur *ex dict. l. Bona, §. vlt.* vbi in prædicta specie, perinde non valere testamentum dicitur, atque eius, qui in ciuitate mansisset. At testamentum eius, qui

19 in ciuitate mansisset, ita demùm agnitione posthumi rumperetur, si priùs valere diceretur, *dict. l. 5. §. post defectum, §. posthumi, Inst. de exhæredat. liberor.* Ergo etiam in superiori casu illud valuisse priùs affirmandum est. Quod tamen non aliunde 20 fieri potest, quàm si lege Cornelia confirmetur; neque aliter Consulti ratio benè ipsius decisioni adaptari poterit. Quod verò *in dict. §. illud*, dicitur nato posthumo testamentum nullum esse, non significat testamentum, in quo posthumus præteritur, ab initio nullum esse; nam id filiifamilias nati præteritio solùm efficit, *l. inter cætera 30. ff. de liber. & posthum. princip. Inst. de exhæred. liber. iuncto §. sequenti*; sed quia vt benè notat Fab. *in dict. illat. 4. & in dict. cap. 9.* testamentum ruptum, ex quo tempore ruptum est, perinde est nullum, ac si nunquam valuisset; quia perinde sine testamento decedit tunc testator, ac si nunquam testatus fuisset, *princip. Inst. de hæredit. quæ ab intest. defer.* Rectè igitur infert Consult. *in dict. l. 15.* ad neminem ex eo testamento perventuram hæreditatem.

Sed contra supradicta potest opponi, videri implicare contradictionem, quod in supradicta specie ob legem Corneliam rumpatur testamentum, cùm illius finis sit illud confirmare, vt proponitur *in dict. l. qui vxorem*, ibi: *Quia per legem Corneliam, quæ de confirmandis eorum testamentis, &c.*

Respondebis tamen finem quidem, & principale intentum legis Corneliæ semper versari circa testamenta illorum, qui apud hostes decedunt confirmanda, sed ex ipso fine in præfata specie resultare testamenti rupturam. Pendet quidem in ea validitas testamenti, dum pater viuit, postliminij fictione, quâ si pater reuertitur ab hostibus conualescit testamentum, remoto impedimento natiuitatis filij, cùm decesserit eo viuente; & Prætor ex eo testamento, mortuo patre, scriptis hæredibus bonorum possessionem secundum tabulas dabit, & etiam ex rescripto Diui Adriani, de quo *in l. posthumus 12. ff. de bonor. possess. secundùm tab.* sed mortuo patre ingreditur legis Corneliæ fictio, & vt confirmet testamentum, mortis tempus captiuitatis instanti iungit: hoc igitur respectu nato posthumo adhuc captiuo patre, dicitur ob eam fictionem rumpi testamentum. Respicit namque ruptura illa validitatem testamenti, quæ à lege Cornelia prætenditur, & secundariò ex vi legis resultat: quæ verò secundariò, & quæ per consequentiam resultant, nec attenduntur, nec remorantur principale intentum, argumento legis primæ, *ff. de authorit. tutor.* iuncta ibi Glossa *verbo Accommodare, l. milites 9. §. final. iuncto §. ex illa 9.*

21

22

illa 9. ff. ad leg. Cornel. de fals. cum similibus vulgaribus.

23 Itaque ex dictis facies differentiam in-
ter posthumum Cornelianum, & posthu-
mum Velleianum; quia posthumus Cor-
nelianus ita rumpit testamentum, vt nun-
quam ex eo dari possit hæreditas, vel bo-
norum possessio; quia licèt reuera moria-
tur viuo patre, cùm tamen pater antè
mortuus fingatur, omninò irritum manet
testamentum, *l. 1. & 3. Cod. de posthum. hæ-
red. instit.* iuncto Osualdo *ad Donel. lib. 6.
cap. 16. lit. P.* Posthumo verò Velleiano
24 nato, & mortuo (de quo *in l. Gallus, §. nunc
de lege, ff. de liber. & posthum.*) non irrita-
tur testamentum, sed potiùs ex eo bono-
rum possessio defertur, *dict. l. posthumus 12.
ff. de iniust. rupt.* cui addes Donel. *lib. 6. com-
ment. cap. 13.* & ibi Osuald. *lit. C. & lib. 6.
cap. 16. vers. Restituitur*, Anton. Fab. *lib. 10.
coniectur. cap. 19.* & *lib. 6. cap. 5.* Aluarot.
lib. 3. paradox. cap. 8. Forcatul. *dialog. 10.*
Pichard. *in l. si adrogator 22. ff. de adopt. an-
te tit. Inst. eod. & in princip. Inst. de exhære-
dat. liberor. num. 52.* Costa *in cap. si pater ad
testam. verbo Impuberes, num. 12.* & *in dict.
l. Gallus, §. & quid si tantùm, 3. part. à n. 108.
cum seq.* & *4. part. à num. 49. ff. de liber. &
posthum.*

25 Quæ diximus suprà facem præferunt
ad intelligentiam Papiniani *in l. si pater,
penult. ff. de suis & legitim. hæred.* vbi filius-
familias decedens in Ciuitate patre capto
ab hostibus, & viuente adhuc, hæredem
legitimum habet ab intestato, si apud ho-
stes deinde decedat pater; quia cùm lex
Cornelia patrem instanti captiuitatis mor-
tuum fingat, filium sui iuris decessisse re-
trò apparet, sicque hæredem habere po-
tuisse: interim tamen dum pater viuit, bo-
26 norum possessio filij decedentis à legitimo
hærede peti haud potest, *l. 2. §. si quis de-
cesserit, ff. vnde legitimi, l. 1. §. 1. ff. ad Ter-
tyllian.* hac namque ratione quia nondum
apparet, an paterfamilias decedat propter
postliminij fictionem captiui iura suspen-
dentem, & non abrumpentem, vt docet
Consult. *in l. illa institutio 32. §. 1. ff. de hæ-
red. instit.* ideoque ex futuro euentu pen-
det scientia in præteritum, vt docent iura
*in l. in bello 12. §. si quis capiatur 1. l. bona 22.
§. si filius 2. ff. de captiu.* textus elegans *in
l. proponebatur 9. ff. de castrens. pecul. l. huic
scripturæ 35. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* aduerto
tamen quod si dum viuit pater, moriatur
qui ab intestato succedere filio debeat, &
deinde pater, bonorum possessio ad hæ-
redem legitimi illius hæredis transmitten-
da erit, ex æquitate tamen Prætoris, vt in-
sinuat Consult. *in dict. l. 1. §. 1. ff. ad Tertyll.* 27
cum secundùm iuris placita hæreditatem non aditam nemo posset regulariter ad hæredes transmittere, *l. vnica, §. in nouissimo, Cod. de cadut. tollend.*

Hæc tamen videtur impugnare Iulian. 28
in dict. l. bona 22. §. si filius, ibi: *Et viuo patre decesserit, ad hæredem patris pertinebit.* Vbi quando filius viuo patre, & posteà pater apud hostes decedit, filij bona non tanquam patrisfamilias ad ipsius hæredem, sed potiùs filiifamilias peculium ad patris hæredem peruentura docet. Quam difficultatem vt componat Accurs. ibidem *verbo Pertinebit*, circa eorum verborum lectionem fluctuat. Nam primò ibi negotium deesse affirmat; secundò interrogatiuè legi posse existimat, quasi contrarium insinuare voluisset Consultus. Et licèt priori opinioni adhæserit Cuiac. *lib. 29. quæst. Papiniani in dict. l. pater 10. ff. de captiu.* mihi tamen neutra placet, sed potiùs cum eodem Accurs. *ibidem*, cum versiculum de eo patre intelligi debere sentio, qui non apud hostes decessit, sed ad ciuitatem reuersus postliminio pristina iura recuperauit, simulque acquisita medio tempore à filio suo prædefuncto, iuxta *legem proponebatur 9. §. vlt. ff. de castrens. pecul. dict. l. in bello, §. si quis capiatur, ita vt in dict. §. quod si filius*, hæc pertineant ad hæredem patris reuertentis, non apud hostes decedentis. Quod confirmatur ex eodem textu, quia Consultus duas proponit species sibi inuicem contrarias; nam cùm priùs asseruisset, mortuo patre priusquam postliminio redierit, acquisita à filio non ad patris, sed ad ipsius filij hæredem pertinere, subiungit: *Si tamen viuo patre filius decedat, ad patris hæredem pertinere.* Vbi Iulian. consultò omisit illa verba, *mortuo patre priusquam postliminio redierit*, vt sic ex contraria ipsius decisione contrarias etiam species quasi in necessarium antecedens supponeremus; hoc est, quando postliminio reuersus in ciuitatem pater decessit. Sicque optimè conuenit ratio, quæ sequitur ibi: *Nam status hominum, quorum patres in hostium potestate sunt, in pendenti esset. Reuerso quidem patre existimatur, nunquam suæ potestatis fuisse: mortuo, tunc patremfamilias fuisse, cùm pater eius in hostium potestatem perueniret.* Manifestè igitur probatum manet, Iulianum de vtroque egisse, sicque diuersa in vnoquoque statu necesse fuisse.

Ex dictis etiam quæri potest ratio deci- 29
dendi ad legem *Impuberem 22. §. 2. ff. ad leg. Corneliam de fals.* vbi si pater filio qui apud hostes

hostes est, legatum adscripserit, si filius reuertatur, in Senatusconsultum incidit; sin verò ibi decedat, Senatusconsulto locum non esse docet Paul. Pro cuius intelligentia scire oportet Senatusconsulto Liboniano cautum fuisse, vt qui cùm testamentum alterius scriberet sibi legatum adscripsisset, vel iis, qui in ipsius essent potestate, pœnâ falsi teneretur ex lege Cor-
30 nelia, quæ continetur *in l.1. §. final. ff. eodem*, legatumque inutile foret, nisi testator sua subscriptione illud confirmasset, *dict. l.1. §. ad testamenti, cum seq. l.4. l. si quis legatum 6. cum suis §§. ff. eod. l.10. in princip. & §.1. l. si pater 11. l. filius emancipatus 14. l. Diuus Claudius 15. etiam cum suis §§ ff. eod.* & pro optima totius materiæ
31 explicatione videbis Cuiac. *tract. 3. ad African. in dict. l. si quis legatum*, & *lib. 22. quæst. Pauli, in d. l. filius emancipatus*: Molin. *de iust. tract. 2. disp. 125. à vers. dubium est hoc loco*: Reinos. *observ. 17. à num. 10.* Valasc. *consult. 178.* Pereir. *decis. 32.* Vnde fit in superiori specie, vt si filius reuertatur, cùm postliminij iure in ciuitate fuisse, & in patris potestate fingatur, legatum necessariò patri quæri debuerit, *l. penult. §. vlt. ff. de vsucap. l. in bello 12. §. 1. ff. de captiu.* quod Senatusconsulto prohibetur. At verò si filius apud hostes decedat, quoniam legis Corneliæ virtute tunc mortuus fingitur cùm captus est, iuxta supradicta, legatum tanquam mortuo adscriptum inutile fuisse apparet, *l. Dias 6. §. vlt. ff. de iur. codicill. l. vnica, §. in primo, Cod. de caduc. tollend.* vnde cùm patri id per mediam filij personam acquiri nequeat, meritò extra Senatusconsulti pœnam esse dicitur, argumento dictæ legis *si pater 11.*

---

§. VI.

An pupillares tabulæ confirmentur etiam legis Corneliæ fictione?

SVMMARIVM.

1 *Difficultas quæstionis.*
2 *Casus proponitur.*
3 *Substitutio solùm valet si filius sit in potestate patris tempore mortis.*
4 *An confirmetur substitutio pupillaris filio instituto facta, si pater apud hostes decedat: vide* num. 5. *pro intellectu legis* pater 10. ff. de captiu. & l. lex Cornelia 28. ff. de vulg.
8 *Quid sit dicendum si fiat filio exhæredato? Opinio Fabri* num. 6. *Contrarium resoluitur* num. 7. *& refellitur Fab.* ibid. & num. 10.
9 *Substitutio pupillaris potest fieri etiam exhæredato.*
12 *Quid si filius priùs moriatur in Ciuitate, quàm pater apud hostes? pro intellectu legis* quod si filius 11. ff. de captiu. & num. 14 & 17.
13 *Verbum*, videtur, *refertur ad fictionem.*
15 *Non adita patris hæreditate corruunt secundæ tabulæ.*
16 *In suis hæredibus non est necessaria aditio.*
18 *Liberatur Cumanus à censura Costæ.*
19 *Quid si pater moriatur in Ciuitate, & filius posteà capiatur, & apud hostes decedat.*
20 *Explicatur lex* si pater 10. §. 1. ff. de captiu. *cum lege* lex Cornelia 28. ff. de vulgari, *& num. 21.*
22 *Quod fit ex mente legis, dicitur fieri ex lege.*
23 *Lex Cornelia confirmat impuberis hæreditatem, & quare* num. 24. & 27.
25 *Expenditur versiculus* planè, dict. §. 1.
28 *Defenditur illius vulgaris lectio.*
29 *Virum in ea specie necessariò substitutus petere debeat à Prætore bonorum possessionem.*
30 *Quare præstentur actiones vtiles, & non directæ substituto.*
31 *Quid si filius moritur priusquam pater? pro intellectu dictæ legis* lex Cornelia, in vers. Si verò.
32 *Hæreditas est nomen iuris, & nulla bona requirit.*
33 *Filiusfam. incapax est bonorum actu, & potentiâ.*
34 *Quid si pater, & impubes apud hostes decedant? pro explicatione legis* Quod si filius 11. §. 1. ff. de captiu. *cum lege* si pater 29. ff. de vulgari: *& n. 40.*
35 *Refertur communis intellectus ad dicta iura.*
36 *Et conuincitur.*
37 *Refertur intellectus Bart. & reprobatur.*
38 *Existentiâ sui hæredis pupillares tabulæ confirmantur.*
39 *Sui hæredes sunt ipso iure hæredes, neque scientia est aliqua necessaria.*
41 *Explicatur quare priùs in dicta specie requiratur mors patris quàm filij.*
42 *Impugnatur Faber in hoc puncto.*
45 *Quando præsumatur priùs mortuus pater, quàm filius.*

HÆc quæstio adeò difficilis est & intricata, vt desperasse aliquando se ad eius intellectum venire posse asserat Cuiac. *lib. 29. quæst. Pap. in l. si pater 10. ff. de captiu.* 1

captiu. & Faber *lib.* 10. *coniecturar. cap.*4. *& seqq.* ea quæ *lib.* 3. *cap.* 9. scripserit, retractauerit: & licèt Valenc. *tom.* 1. *illustr. tract.* 3. *cap.* 9. eam per casuum distinctionem, quâ solet elegantiâ dissoluat, adhuc tamen labor noster nec vanus, nec superfluus erit, quia pro viribus rem difficilem ea claritate explicatam relinquemus, vt iam non difficilis, sed satis facilis reddatur omninò. Sit igitur hæc prima species quæstionis.

2 Pater filio impuberi instituto substituit pupillariter, deinde captus est ab hostibus, & decessit apud hostes: post mortem patris filius decessit in ciuitate impubes. Quæritur an valeat substitutio pupillaris, vt nempe substitutus à patre admittatur ad hæreditatem filij? an verò non valeat, vt hæredes ab intestato ad hæreditatem illius admittantur? Quod non valeat præfata substitutio, videtur probari, quia pupillares tabulæ tunc solùm valent, si impubes in potestate patris fuerit tempore mortis patris, *l. cohæredi* 41. §. *cùm filia* 2. *ff. de vulgari.* Sed in proposita
3 specie filius per captiuitatem patris, viuente adhuc patre, ab eius exiit potestate. Cùm enim pater in hostium sit potestate, alium, idest filium, in sui potestate habere non potest, *l. si eueniet* 21. *ff. ad leg. Iul. de adulter.* Igitur ex prædicta specie videbatur dicendum, irritam fieri, euanesceréque pupillarem substitutionem. Et ita quidem opinasse quosdam asserit Papinian. *in dict. l. pa-*
4 *ter* 10. *in princip. ff. de captiuis.* Sed contrarium ibidem resoluit Papinian. & Iulianus *in l. lex Cornelia* 28. *in princip. vsque ad vers. sed si pater, ff. de vulgar.* ex ea scilicet ratione, quoniam pater qui non rediit, iam tunc decessisse intelligitur, ex quo captus est, *l. penult. in fine, ff. de vsucap.* Vnde suas vires necessariò retinet substitutio; quippe suppositâ legis Corneliæ virtute, filius morte patris ab illius exiit potestate, nec quidem eo viuo, cùm alia postliminij fictio ius patriæ potestatis suspendat: ob quam rationem non po-
5 test filius impubes in plenum dici à patria potestate liberatus, vt docet idem Papinianus *l. pater, penultim. ff. de suis & legitim. hæredib. l.* 1. §. 1. *ff. ad Macedon.* ita in effectu tradit Costa cum Bartol. *in cap. Si pater*, 2. *part. verb. testatore mortuo, num.* 14. *de testam. in* 6.

& rectè Cuiacius *in dict. l. pater* 10. *& lib.* 15. *obseru. cap.* 17. Valenc. *vbi suprà, num.*3.

Secunda quæstio est, quid sit dicendum, retento eodem themate, & solùm mutato, quod filius impubes, non institutus, sed exhæredatus à patre proponatur. Et quidem Anton. Fab. *lib.* 10. *coniectur. cap.* 4. differentiam constituit inter vtrumque casum, motus ex eo, quod Papinian. *in dict. l. pater* 10. de instituto impubere meminerit, neque id absque mysterio credendum esse asserit pro eius ingenij subtilitate; maximè cùm in §. sequenti de vtroque mentionem fecerit, ibi: *Impubes institutus, vel exhæredatus.* Quare illud discrimiris versari putat, quod cùm impubes institutus est, & post patris captiuitatem decedit, licèt non retrò fingatur fuisse in patris morientis potestate, retrò tamen fingitur hæres, & quidem necessarius, iuxta legem *lex Cornelia* 12. *ff. de testam.* neque enim lex Cornelia retrò fingere potest mortuum testatorem, quin eodem instanti inducat hæredem, cui hæreditatem deferre possit: planè hæres necessarius patri existere filius non posset, nisi tempore captiuitatis mortuus fingeretur pater. Sequitur ergo ex vtraque re effici, idest ex impuberis institutione, & patris morte tempore captiuitatis contingente, vt pupillares tabulæ consistant *in dict. l. pater* 10. & cùm in exhæredato institutio non detur, inde putat fieri, diuersum ius in eo esse constituendum, ex Papiniani mente. 6

Cæterùm (quidquid dicat Fab.) in hac re nihil interesse puto, an impubes, cui pupillariter pater substituerat, instituturus esset; & propter eandem rationem, pupillares tabulas consistere non ambigo, vt rectè existimauit Cuiac. *lib.* 15. *obseru. cap.*17. & tenet Valenc. *vbi proximè, à num.* 5. *cum sequentib.* & satis probatur ex generali loquendi modo, quo vtitur Iulian. *in eadem specie, in dict. l. lex Cornelia* 28. *in priori casu, ff. de vulgar.* 7

Quantùm verò sit à Papiniani mente aliena supradicta Fabri coniectura, nemo est qui non videat; quia si Papinian. *in dict. l. pater* 10. scribit secundas tabulas non valuisse, quia patre impuberis instanti captiuitatis iuxta fictionem decedente, impubes non è viui patris, sed mortui potestate liberari creditur, quare quæso substitutio pupillaris ex- 8

hæredato facta non potuisset subsistere æquè, atque instituto facta? Nam à patre in ciuitate defuncto in vtrumque collata valet, *l.1. §.1. & seq. l.2. l. sed si plures* 10. *§. ad substitutos* 5. *ff. de vulgari*, *§. illud palam, Inst. de pupillar.* Fictio autem
9 idem in casu ficto, quod veritas in casu vero operatur, *§. minorem*, cum aliis, *Inst. de adopt.* Sed quia exempli causâ solùm ea species à Papiniano quæsita fuit, mentionem fieri institutionis expedit magis dicere, quàm à Iurisprudentia, & Papiniani mente aliena comminisci, præcipuè cùm non sit trita, aut Papiniani ingenij indigna ratio illa, quâ aduersam sententiam tenentes excluserit *in dict. l. pater* 10. ex ea igitur solùm dependet decisio quæstionis, non ex institutione.

10 Vlteriùs Faber supponit falsum, dum ex eo dumtaxat, quod institutus esset impubes, & pater mortuus fingeretur tempore captiuitatis, effici intelligit, vt licèt filius eo viuo ab eius potestate exierit, nihilominus necessarius, & inuitus extiterit patri hæres, sicque secundas tabulas confirmauerit; nam nullo modo necessarius, & inuitus existere potest, nisi qui in morientis est potestate, *§. 1.* cum aliis, *Inst. de hered. qualit.* Neque contrarium probat dicta lex *lege Cornelia* 12. *ff. de testam.* nam quod ibi dicitur, seruum, & filium domino, vel patri apud hostes decedentibus minùs propriè dici hæredes existere necessarios, non hoc significat, eos in morientium potestate fuisse retrò non fingi, quia id saluâ Iurisprudentiâ effici nequiret, non magis, quàm vt effectus daretur sine causa; sed ideo potiùs quod in morientium potestate non fuerit, inspectâ veritate, sed legis Corneliæ solùm fictione: sicque non verè, sed fictè, non propriè, sed impropriè dicuntur necessarij, vt *in l. 4. §. 1. ff. de bon. libertor.* quid simile dicitur, de quo iam egimus suprà.

11 Duæ superiores quæstiones procedunt eo in themate, in quo proponitur patrem apud hostes è vita migrasse priusquam filius decessisset in Ciuitate. Nunc inquirendum est, quid iuris si filius impubes prior in ciuitate, & posteà pater apud hostes decedat, an nempe lege Cornelia etiam in hypothesi huius tertiæ quæstionis pupillares tabulæ confirmentur? Et quidem Papinian. *in l. quod si filius* 11. *ff. de captiu.* in hac specie docet nihil esse quod de secundis tabulis tractari possit: quorum verborum illum sensum esse putant Accurs. Bart. cæterique ferè omnes antiquiores, quos sequitur Gouean. *in dict. l. lex Cornelia*, Costa vbi suprà, *num.* 16. vt pupillares tabulæ prorsus non valeant, quia reuerso patre filiusfamilias decessisse intelligitur propter ius postliminij, *dict. l. penult. ff. de suis & legitim. heredib.* cum aliis; sin verò reuersus non sit, exinde sui iuris factus videatur, ex quo pater hostium potitus est, sicque eo viuo secundas tabulas infringit, *ex dict. l. coheredi* 41. *§. cùm filia.* Quem verborum sensum amplectitur etiam Fab. *dict. lib.* 10. *cap.* 6. addens, id quod dicitur, patre non reuerso filium sui iuris factum eo viuo, non tam fictionis esse quæ in hac specie ad patrem solum pertinet, quàm veritatis rei, quâ inspecta ob seruitutem patri superuenientem patria potestas sublata fuit, *§. si ab hostibus*, cum aliis *quib. mod. ius patria potest. soluit.* Sequitur etiam Valenc. *in dict. cap.* 9. *à numer.* 10. *cum sequentib. vsque ad numer.* 18.

Sed pace tantorum virorum dixerim. 12
Hæc interpretatio non conuenit Papiniano, qui *in dict. l. pater* 10. antecedenti; ideò confutauit existimantes secundas tabulas non valere, cùm patre capto apud hostes impubes filius postea in ciuitate decessit, quia filius non tam è viui patris potestate exiisse, quàm mortui tunc cùm captus fuit, credendus esset, vt suprà explicuimus; sicque morti fictæ tribui debeat liberatio filij à patria potestate magis, quàm seruituti patri contingenti, fictioque legis in hac specie veritate potentior existat, vt inquit Cuiac. *vbi suprà.* Quod etiam
confirmat verbum illud, *videtur*, quod 13
plerumque non quod verè est, sed quod impropriè, & fictè, notare solet, vt præter alia apparet ex illo Ciceronis 2. *officior.* ibi: *Induxit eam, quæ videtur esse, non quæ esset, repugnantiam.* Et probatur ex *l. 1. §. deiecisse videtur, ff. de vi & vi armat. l. naturaliter, in princip. ff. de acquir. possess.*

Vnde contraria sententia magis Papi- 14
niano conuenit, scilicet secundas tabulas valere, quando dum pater est apud hostes, filius antè in Ciuitate moritur: quemadmodum etiam nunc cùm primò apud hostes est, deinde filius in ciuitate moritur, *ex dict. l. pater* 10. cùm valor secundarum tabularum in posteriori etiam specie non tantùm pendeat ex Papiniani sententia, ex eo, quod pater primò moriatur, deinde filius; sed ex eo solùm,

sum, quod morte patris tempore captiuitatis ob fictionem contingente, exinde sui iuris filius fuisse credatur, non verò ante; & ideò pupillare testamentum tanquam patris accessorium pe legem Corneliam firmatur. Quam rationem æquè militare negari non potest, etiam cum primò impubes, deinde pater moritur. Neque suauiores existunt antiqui, dum eam etiam rationem afferunt, vt secundæ tabulæ non valeant, quia cùm patre viuo moritur filius, eius hæreditatem adire non potuit; non adita verò hæreditate ex patris testamento, secundæ corruant tabu-
15 læ, *l.2. §.1. in fine, ff. de vulgari:* quia cùm in suis hæredibus aditio necessaria non sit, atque scientia mortis, vt hæredes existant partibus suis, *l. in suis 11. ff. de liber. & posthum. l. in suis 14. ff. de suis & le-*
16 *gitim.* mortuo quandocunque apud hostes patre, hæredem impuberem suum extitisse tetro apparet, *l. apud hostes 8. Cod. de suis & legitim. hæredib.*

17 Quare meliùs rem consequutum opinor Cuiac. *vbi suprà*, vt Papiniani sententia illa sit, cùm pater est apud hostes, & filius in ciuitate ante moritur, nihil esse quod de secundis tabulis tractari possit, idest nihil esse in ipsius sententia difficile, aut disputatione dignum circa secundas tabulas, sed rem facilem, & omninò expeditam: nam si reuertatur pater, filiumfamilias decessisse impuberem in ciuitate apparet, propter ius postliminij, *dict. l. penult. cum aliis:* sicque tabulæ secundæ valere non possunt, cùm ad id præcedere oporteat mortem patris subsistentis, *princip. Inst. de pupil.* & eius testamenti confirmationem, *l. moribus 2. §. 1. vers. adeò, ff. eodem tit.* cùm aliàs filiusfamilias neque habeat bona, neque habere possit, vt hæredes habeat viuo patre; sicque legi Corneliæ tunc locum non esse, meritò Iulianus quoque docet *in dict. l. lex Cornelia 28. vers. si verò.* Sin verò pater non reuertitur, statim secundæ tabulæ valent, ex ratione dictæ legis *pater 10.* quæ repetita extat *in dict. l. quod si filius 11.* ibi: *Quoniam non reuerso eo, exinde sui iuris videtur fuisse, ex*
18 *quo pater hostium potitus est.* Quo etiam loquendi modo vtitur Vlpian. *in l. Ab hostibus 15. ff. ex quibus caus. maior.* quam interpretationem, licèt non laudato authore sibi adscribat Cuiac. ante eum tamen tenuit eam Cuman. *in dict. l. lex Cornelia, num.6.* quam cùm non benè fortè perciperet Costa audacem illum appellat *vbi suprà, n.17.* nec quidquam etiam quod in contrarium moueat, affert Anton. Fab. *dict. cap.6.* licèt Cuiac. reprehendendo, & contendendi studio contra stimulum calcitrare non sistat.

Quarta quæstio sit: Pater condidit testamentum sibi & filio impuberi; & cùm moreretur in ciuitate, posteà filius impu- 9
bes captus fuit ab hostibus, & apud eos decessit. Quæritur, an in hac hypothesi per legem Corneliam confirmentur tabulæ pupillares? Et quidem negatiuè respondisse huic quæstioni videtur Papinian. *in dict. l. pater, §.1.* ea ratione, quia lex Cornelia nihil de secundis tabulis loquuta est, cùm eius dumtaxat personam demonstrarit, quæ testamenti factionem habet; quam tamen non habet impubes, *§. Præterea, Inst. quib. non est permis.* quare illas irritas esse necesse erat, cùm lex Cornelia, quæ pro captiuorum testamentis lata est, hic locum non haberet.

Sed Papiniano è diametro obstare vi- 10
detur Iulian. *in dict. l. lex Cornelia 28. ff. de vulgar. in vers. Sed si pater*, ibi: *Sed si pater in ciuitate decesserit, filius impubes apud hostes, si quidem mortuo patre filius in hostium potestatem peruenerit, non incommodè* (sic enim prout in vulgaribus, non prout in aliis, *non commodè*, nisi tunc interrogatiuè pronuncies, vt in aliis codicibus reperitur, legendum existimo cum Anton. Fab. *dict. lib.10. coniectur. cap.5. in fine*, neque aliter benè subiungeretur versiculus sequens,) *dicitur hæreditatem eius ex ea lege ad substitutos pertinere.* Ex quibus verbis apertè colligitur, legem Corneliam de confirmandis secundis tabulis in prædicta specie egisse.

Hanc difficultatem, omissâ sententiâ 21
Fabri *vbi proximè*, existimantis Papinianum à Iuliano dissensisse, rectè componi posse arbitror, si dicamus cum Accurs. *in dict. l. lex Cornelia, verbo Ex ea lege*, quem sequuntur DD. Aretin. *ibi num.2. & 4.* Cost. *in dict. cap. si pater, 2. part. verbo Testatore mortuo, num.18.* Caldeyra *lib.4. variar. c.7.* Cuiac. *lib.29. quæst. Papin. in dict. l. pater 10, §.1.* quod licèt verba legis deficiant (qui est sensus dicti §.1.) ex eius tamen subintellecta mente secundæ tabulæ consistant (qui est sensus dictæ legis *lex Cornelia:*)
quod ideo rectè dicitur à Iuliano ex lege 22
Cornelia fieri, quia non minùs ex lege fit, quod ex mente, & sententia, quàm quod ex verbis eius fit, *l. non minus 6. §.1. ff. de verbor. significat. l. scire leges 17. ff. de legib.* quemadmodum æquè contra eam fieri dicitur, cùm solis verbis mens, & sententia circumuenitur, *l. contrà 29. cum seq. ff. de legib. l. non dubium 5. Cod. eod.*

23 Subaudiendæ verò in specie proposi-
ta, & ampliandæ legis Corneliæ ea ratio
fuit, quòd lex Cornelia impuberis legiti-
mam hæreditatem confirmat, *l. bona* 22.
ff. de captiu. & sic habet pro intestato im-
puberem, cùm tamen intestatus esse pro-
priè dicatur ille, qui cùm testari potuisset,
24 non est testatus, *l.1. §.1. ff. de suis & legi-
tim. hæredib.* Vnde cùm pupilli intersit te-
stamentarium potiùs quàm legitimum
hæredem habere, *l. Iulianus* 42. (*aliàs l. si
pupillus, ff. de acquir. hæredit.*) meritò men-
tem, & sententiam legis Corneliæ ad
hanc speciem pertinuisse præsumendum
fuit, sicque quod amplius voluisset scri-
bere, minùs scripsisse, vt de testatore dis-
serens inquit Vlpian. *in l. quoties* 9. *§. sed si
25 non corpore* 2. *ff. de hæred. inst.* Iuuat etiam
quod cùm cætera testamenta omnia lege
Corneliâ confirmarentur, iniquum videri
potuisset pupillare, quod omnium fauo-
rabilissimum est, non confirmari. Et dicta
satis insinuare videtur Papinian. *in dict.
l. pater* 10. *§.1. vers. planè*, ibi: *Planè cap-
tiui etiam impuberis hæreditatem per legem
Corneliam deferri: quoniam verum est, nec
impuberem quidem factionem testamenti ha-
buisse*, &c. Quasi apertiùs diceret Con-
sultus, testamentariam impuberis hære-
ditatem lege Cornelia confirmari, & li-
cèt solùm de factione testamenti habenti-
bus loquuta esset, mirum videri non de-
beret, cùm eius legitimam hæreditatem,
quæ minùs fauorabilis est, confirmet,
quamquam testamenti factionem non ha-
beat: vnde licèt Cuiac. *vbi proximè*, &
26 *lib.* 15. *obseru. c.* 17. illud verbum, *quoniam*,
delendum putet, quia sensum turbare vi-
detur, & loco eius reponendum esse, *quam-
quam*; & Holoandrinam lectionem ita
se habere testetur Gothofred. *in notis ad
dict. §.1. verbo Quoniam, & in manuscrip-
tis codicibus*, etiam eodem modo legi no-
tatum extet in margine dicti §.1. nihilo-
minus existimo vulgarem illam lectionem
posse retineri, quia haud est alienum in
iure, vt verbum, *quoniam*, eundem sen-
sum conficiat sicut verbum, *quamquam*,
vt probatur ex textu *in l. si hominem* 19. *in
fine, ff. de vsucap.* iuncto Gothofred. *vbi
proximè*, & *in dict. l.* 19. *verbo Quoniam.*
Vlterius dici potest legem Corneliam
27 confirmare impuberis legitimam hæredi-
tatem idcircò, quia testamenti factionem
non habet ex eo quod impubes etiam cap-
tus fuit: nam legis Corneliæ institutum
illud est, vt morientium apud hostes, te-
stamenti factionem supplendo, perin-
de bona hæredibus deferat, ac si in ci-
uitate decedentes illam habuissent, *dict.
l. bona, & dict. l. lex Cornelia*; ideo ergo
confirmat hæreditatem, quia apud hostes
decedentes testamenti factionem non ha-
bent; quia si eam haberent, legis Corne-
liæ auxilio non indigerent.

Rectè igitur infert Papinian. *in dict. §.1.
in vers. & ideo*, non esse alienum, Præto-
rem subsequi in hac specie non minùs
pàtris impuberis substituentis, quàm le-
gis Corneliæ voluntatem, vtilesque actio-
nes in hæreditatem substituto præstare.
Vbi aduertendum est, prætorem sequi
vtriusque voluntatem, & patris substi-
tuentis expressam, & legis subintellectam
& ampliatam ex mente, & ratiocinatione,
vt rectè intellexit Costa *vbi suprà, num.* 19.
& Cuiac. *citatis locis*, quem immeritò car-
pit Anton. Fab. *dict. cap.* 5. motus ex eo, 28
quod si ex tacita legis potestate hæreditas
substituto deferretur, non esset necessa-
rium Prætoris auxilium, sed iure ciuili
posset hæreditatem adire: quod tamen
Papinian. omninò requirit *in dict. §.1.*
Quia respondetur non esse nouum, le-
gum quoque tuendarum causâ bonorum
possessionem à Prætore dari, *l. sed cum pa-
tre, num.* 6. *§. penult. ff. de bonor. possess.* vn-
de licèt legis voluntate nitatur substitu-
tus, nihil tamen incommodi habet ex eo,
quod à Prætore bonorum possessionem
postulet. Et licèt Angel. & Cuman. *in dict.* 29
l. lex Cornelia, Ias. *in l.* 5. *num.* 7. *ff. de ver-
bor. significat.* & Zaz. *in dict. l.* 10. *§.1.* pu-
tauerint substitutum pupillarem posse nu-
dâ voluntate adire hæreditatem sine Præ-
toris interuentu; communiter tamen il-
lud receptum est, vt necesse habeat bo-
norum possessionem secundùm tabulas
agnoscere, ac petere à Prætore: quod
euincere videntur verba dicti §.1. & ita
sensit communem dicens Alex. *in dict.
l.* 28. *num.* 10. Costa *vbi suprà, num.* 20. &
supradictæ interpretationi apprimè id
conuenit. Vnde etiam fit, vtiles actiones 30
præstari substituto: tum quia quoties non
ex verbis legis, sed ex eius sententia, &
mente solùm conceduntur, non directæ,
sed vtiles esse solent, iuxta ea quæ resol-
uit Bart. *in l. curatori, §.* 2. *Cod. de negot.
gest.* Alciat. *in l. non omnis* 6. *§. verbum, de
verbor. significat.* Costa *suprà, num.* 19. *in
fine*: & probatur *ex l. penult. ff. si quadrup.
pauper. fecis. dicat.* §. *vlt. Inst. de leg. Aquil.
l. si seruus* 27. *§. si fornicarius, ff. eod. l.* 1.
Cod. de interdict. tum etiam, quia quemad-
modum Prætor hæredem facere nequit,
§. quis autem, Inst. de bonor. possess. sic nec
hæredi directo competentes actiones bo-

norum

norum possessori accommodare, vt aduertit Fab. *dict. cap.* 5. *ad finem*, vbi verè reprehendit Cuiac. existimantem *vbi suprà*, ex lege Cornelia non transferri actiones directas, etiam casu, quo verba ipsius locum habent; quia cùm hæreditatem tunc directò inducat, sic etiam pro ipsius potestate in consequentiam directas quoque actiones in hæredes transferre necesse est.

31 Quinta quæstio est, quid sit dicendum si fingamus filium impuberem ante obitum patris decessisse, sic ponendo speciem. Pater sibi, & filio impuberi fecit testamentum: impubes captus fuit, & decessit apud hostes; postea decessit pater in ciuitate, an scilicet in hoc casu per legem Corneliam pupillares tabulæ confirmentur, sicut in antecedenti quæstione confirmari diximus, quando pater si filius apud hostes decesserit, decessit in ciuitate? Et negatiuè respondet Iulian. *in dict. l. lex Cornelia* 28. *in vers. Si verò, ff. de vulgar.* existimans rectè in prædicta specie legi Corneliæ locum non esse, ea ratione, quia non efficitur per eam, vt is qui nulla bona in Ciuitate reliquit, hæredes habeat; quasi apertiùs diceret, ea in specie captum filiumfamilias decedere, retrotracta morte naturali ad tempus captiuitatis. Et cùm pater tunc temporis viuebat, euanescere necessum est pupillares tabulas, vt à fortiori probatur ex consequentia, quam Iulianus infert in posteriori versiculo. Quare ibi, etiamsi pubes filius viuo patre captus fuerit, deinde mortuo in ciuitate patre, in hostium potestate decesserit, patris hæreditas ex lege XII. Tabul. non filij ex lege Cornelia, ad agnatum proximum pertinet: nempe quia cùm mors filij retrotrahatur ad captiuitatis tempus, filiumfamilias decessisse mortuum fingitur, cùm eo in tempore illius paterfamilias viueret; & ideò bona filij ad eum pertinent ex lege XII. Tabular. & non ad agnatum filij ex lege Cornelia, cùm filiusfamilias nec testari, nec hæredem habere possit ab intestato, *princip. Inst. quib. non est permiss. facer. testam. l.* 1. *ff. de suis, & legitim. hæredib.*

32 Sed contra hanc decidendi rationem illud videtur obstare, quod cùm hæreditas nomen iuris sit, nulla bona requirit; indeque fieri, vt qui bona deducto ære alieno non habet, testari tamen possit, eiusque hæreditas detur, *l. qui soluendo* 60. *ff. de hæredib. inst. l.* 1. *l.* 3. *&* §. 1. *ff. de bonor. possess.* Non videtur ergo subsistere Iuliani ratio, dum ex eo in prædicta specie fauorem legis Corneliæ denegat, quòd per eam non efficiatur, vt is qui nulla bona in Ciuitate relinquit hæredes habeat.

Respondetur tamen veram esse rationem Iuliani, quia cùm filiusfamilias incapax sit bonorum actu & potentia, *l. placet* 79. *ff. de acquir. hæred. l.* 1. *ff. si à parente quis fuerit manumiss.* hæredem habere non posse palam est: legis autem Corneliæ præcipuum caput de hærede inducendo, & de hæreditate curauit, *l. filiusfamilias* 18. *ff. ad leg. Falcid.* instantiam verò procedere de eo, qui desinit bona habere, non per abnegationem potentiæ, sed contingentiam facti, vt cum Bald. & Salycet. *in authentic. Ingressi, Cod. de sacr. Eccles.* docet Ias. *in d. l. lex Cornelia* 28 *num.* 4. cui in instanti mortis potuit etiam ignoranter acquiri per seruos, aut ex legato, alliave simili causa, per quam solet etiam ignoranti acquiri, vt aduertit Fab. *suprà, cap.* 8. 33

Sexta quæstio, & difficilior, illa est: Pater in ciuitate testamentum fecit sibi, & filio pupillo, cui substituit pupillariter; posteà ambo capti fuerunt ab hostibus, & prior pater decessit: quæritur, an per legem Corneliam confirmentur tabulæ illæ pupillares? Et quidem sufficere substituto legem Corneliam, docet Papinianus *in dict. l. quod si filius* 11. §. 1. *ff. de captiu.* quemadmodum sufficeret si apud hostes patre defuncto posteà filius in Ciuitate decessisset. Sunt verba Iurisconsulti sequentia: *Sed si ambo apud hostes, & prior pater decedat, sufficiat lex Cornelia substituto, non aliàs quàm si apud hostes patre defuncto postea filius in ciuitate decessisset.* Sed è diametro contrarium respondisse Scæuola videtur *in l. si pater* 29. *ff. de vulgar.* sequentibus verbis: *Si pater captus sit ab hostibus, mox filius, & ibi ambo decedant, quamuis prior pater decedat, lex Cornelia ad pupilli substitutionem non pertinebit, nisi reuersus in Ciuitate impubes decedat; quoniam etsi ambo in Ciuitate decessissent, veniret substitutus.* Sanè difficillimi sunt hi textus, & vt eos concilient Interpretes, hucusque laborant. Anton. Fab. *vbi suprà, cap.* 7. Papiniani verborum sensum *in dict.* §. 1. eum esse refert, vt in proposita specie ita demùm substitutus pupillaris admittatur, si filius cum patre captus postea in ciuitatem reuertatur, ibique decedat, quasi illud verbum, *non aliàs*, eandem habeat constructionem, & interpretationem, ac verbum, *non aliter*; & sic in amicitiam redigit prædicta iura. 34 35

Sed facilè conuincitur hæc interpretatio. Primò, quia contraria omninò significatio prædictis verbis accommodatur. 36

Secundò, quia Papinianus eam speciem tractat, in qua vterque, & pater, & filius, sed pater prior apud hostes decessit, vt constat ex prioribus illis verbis, ibi: *Sed si ambo apud hostes, & prior pater decedat.* Quomodo igitur fieri potest, vt ad propositam quæstionem Papinianus respondeat, sufficere quidem posse legem Corneliam substituto, sed ita demùm, si filius quem iam posuit apud hostes decessisse, in ciuitate moriatur? Aut quis credat de alio, quàm quod quæsitum ab eo fuit, respondisse? Vlteriùs verbum illud, *decessisset*, de quo *in dict.* §. 1. vulgari interpretationi non conuenit, secundùm quam si Grammaticos Papinianus amauit, dicere debuerat, *non aliter quàm si in Ciuitate decedat*, vel *decesserit*; ita vt de futuro, non de præterito tempore loqueretur. Tandem aliena est à Papiniani mente, quia à ratione à se tradita *in dict. l. pater* 10. abhorrere videtur, vt impubes, qui morte patris iam retrò sui iuris factus, non habeat hæredem ex secundis tabulis, confirmatis paternis per legem Corneliam. Explodenda est omninò vulgaris hæc interpretatio.

37 Nec placet etiam traditio Bart. recepta ab aliis *in dict. l. lex Cornelia*, quam refert Costa *vbi suprà, à num.* 22. existimantis ideò in specie proposita pupillares tabulas non confirmari per legem Corneliam, quia testamentum patris irritum factum fuit, nec potuit per aditionem confirmari: non per impuberem, quem apud hostes decessisse ponimus: non per alium, quia nullum ipsi cohæredem à patre datum intelligimus, quia hæc sententia, & alia Cost. quam tradit *dict. num.* 22. rejicitur illa consideratione.

38 Pro cuius faciliori intelligentia aduerto constituti iuris esse, existentiâ sui hæredis pupillares tabulas confirmari, *l. si filius qui patri* 12. *ff. de vulgar. l. filius qui se paterna* 42. *l. Iulian.* 42. *ff. de acquir. hæredit. l. paterfam.* 28. *ff. de reb. author. iudic. possid.* Latéque probat Cost. *vbi suprà, verbo deferuntur, à num.* 2. & ab Osuald. relati *in notis ad Donel. lib.* 6. *cap.* ... *lit. X.* Valenc. *tom.* 3. *illustr. tract.* 1. *de acquir. hæred. cap.* 7. *à n.* 12.

39 Item & illud certissimum esse, suos hæredes cùm illis aditio necessaria haud sit, ipso iure existere parentibus hæredes, dummodo in ipsorum potestate fuerint mortis eorum tempore; neque ad hoc scientiam aliquam esse necessariam, §. *sui autem* 2. *Instit. de hæred. qualit. & differ.* §. 2. & §. *sui autem, Inst. de hæred. quæ ab intest. defer.* elegans textus *in l. apud hostes* 8. *Cod. de suis & legitim. hæred.* vnde cùm mortis tempore *in dict.* §. 1. impubes in patris potestate fuisse fingatur mortuo tempore, idest captiuitatis, *ex dict. l. pater* 10. eum extitisse patri suum hæredem eodem tempore necessariò dici debet, sicque tabulas pupillares confirmasse, & paternam hæreditatem propriè iunctam hæredi reliquisse, *l. si quis filiusfam.* 7. §. 1. *ff. de acquir. hæred.* cum multis: de qua re videndus Costa *vbi suprà, verbo Ac deinde filio, num.* 4.

Et quidem mea hæc est opinio, vt Papinianus doceat *in dict. l. quod si filius*, §. 1. valitura lege Cornelia secundas tabulas: & hæc interpretatio rationi Papiniani conueniens est *in dict. l. pater* 10. ex qua veluti continuata ratione infert decisionem ad species dictæ legis *quod si filius* 11. *in princip.* & §. 1. Vnde rectè subintelligitur illa ratio *in dict.* §. 1. non aliàs, hoc est in proposita specie valere secundas tabulas ac si filius reuersus in ciuitate decessisset, iuxta *dict. l.* 10. quod etiam placuisse reperio Cumano viro doctissimo *in dict. l. si pater* 29. *ff. de vulgar.* 40

41 Illud tamen aduertendum est, Papinianum idcirco exigere *in d.* §. 1. vt pater prior decedat, quia ambo simul capti fuerunt; & si patris impubes non superuixisset, intelligi non posse eum patri suo existere hæredem potuisse, sicque secundas tabulas confirmare. Vnde ex eo, quod priùs moritur pater, priùs etiam captum præsumimus, eò vtrunque tempus per legem Corneliam coniungatur, *ex l. penult.* §. *vlt. cum aliis, ff. de vsucap.* quod malim dicere, quàm cum Fabro supponere *vbi proximè*, priùs etiam captum fuisse patrem, idque necessariò supplendum & intelligendum esse *in dict.* §. 1. Nam si prioritas etiam in 42 captiuitate exigitur, cur Papinian. de illa non meminit, cùm iuxta Fabri opinionem, id eius sententiæ fundamentum fuerit? At verò de mortis prioritate solùm mentionem fecit, quæ non præcedente captiuitatis prioritate, nihil ipsa per se ad rem faceret. Certè secundùm hoc Papinianus non tam acutissimi ingenij virum (prout ab Imperatore nuncupatur *in l. cùm acutissimi, Cod. de fideicom.*) ageret, sed rudis, & imperiti; quod etiam cogitatu absonum est. Vlteriùs, quia si pater caperetur, deinde filius, licèt posterior pater, & prior filius decessisset, nihilominus tamen, cùm tempora mortis iungantur temporibus captiuitatis iuxta supradicta, semper verum esset dicere, priùs patrem, quàm filium decessisse: ergo prioritas illa mortis patris superuacuè exigeretur à Papiniano *in dict.* §. 1.

43 Neque obstabit supradictis si dixeris, quoties pater, & filius simul pereunt, præsumptione iuris priùs patrem, mox filium decessisse intelligi, *l. qui duos 10. §. cùm bello 1. l. cùm pubere 23. ff. de reb. dub.* quare videtur inaniter prioritatem in morte patris à Papiniano exigi *in dict. §. 1.* quoniam respondebitur eam regulam tunc locum habere, quando parentes simul cum puberibus filiis decedunt, non verò quando cum impuberibus, quoniam tunc propter imbecillem eorum ætatem priùs mortuos esse, quàm illorum parentes præsumitur, *dict. l. qui duos 9. §. final. l. si mulier 24. ff. de reb. dub. l. inter socerum 26. ff. de pact. dotalib.* de qua materia & præsumptione, vltra Donel. & Cost. *in dict. §. Cùm bello*, videndi sunt Couar. *lib. 2. resol. cap. 7.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 50.* Charond. *lib. 1. verisimil. cap. 21.* vnde vt hæc præsumptio cessaret, meritò exigitur patri superuixisse impuberem apud hostes, vt sic etiam priùs patrem, deinde filium captum & mortuum intelligeremus.

CAPVT XCIX.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere habeat potestatem ferendi censuras in Archiepiscopi, aut Episcopi diœcesi, eis contradicentibus; ac etiam facultatem absoluendi ab illis.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus aut Episcopus in suis diœcesibus habent potestatem ferendi censuras.*

2 *Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo in materia ad suam iurisdictionem concernente habet potestatem ordinario iure ferendi censuras, sicut etiam suus Auditor.*

3 *Nec prohibetur excommunicationes ad finem reuelationis decernere.*

4 *Etiam potest concedere Paulinas.*

1 LICET Archiepiscopus, aut Episcopus in suis Diœcesibus habeant potestatem ferendi censuras cum ea libertate, de qua latè diximus *cap. 79.*

2 Attamen etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo in materia ad suam iurisdictionem concernente habet Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere potestatem ordinario iure ferendi censuras, sicut etiam suus Auditor, vt est textus *in cap. Legatus, de offic. Legati, in 6.* & ibi Gloss. & *in cap. Licèt, de offic. Vicarij, lib. 6. verb. Officialem*, ex quibus ita tenet Leand. *part. 4. de censur. ecclesiast. tract. 1. disp. 2. quæst. 12.*

Nec prohibetur in Concilio excommunicationes ad finem reuelationis decernere, vt tenet Prosper Fagn. *in cap. Quoniam, num. 44. de offic. delegat. pag. 403.* 3

Et etiam potest concedere Paulinas, ex Gomez Bajo *pract. Eccles. lib. 3. part. 2. cap. 1. num. 2.* & sicut potest excommunicare, ita etiam potest absoluere à censuris per viam gratiæ in casibus de quibus agunt DD. quos refert & sequitur Barb. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 5. num. 17.* ex multis iuribus, de quibus ibi. 4

CAPVT C.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere ad Regem nostrum, aut Hispaniarum missus possit etiam in locis Legationum, per quæ non transit, gratias concedere, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Nuntius, aut Legatus possit in locis, per quæ non transit, gratias concedere.*

AFFIRMATIVE resoluenda est quæstio; Legatus enim à latere ad Regem nostrum, ac Hispaniarum missus potest etiam in locis legationum, per quæ non transit, gratias concedere, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, vt ex Puteo *decis. 467. in annotatione marginal. lib. 2.* tradit Bicch. *decis. 400. num. 15. & 16.*

CAPVT

CAPVT CI.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius possint in sua Prouincia quicquid Archiepiscopi, Episcopive in suis Diœcesibus, eis contradicentibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus à latere, & Nuntius potest in sua prouincia quidquid Archiepiscopi, Episcopive in suis Diœcesibus.*

2 *Explicatur, &* num. 3. & 4.

5 *Legatus circa dipensationes concedendas iuxta facultatem potest in sua Prouincia quantùm Episcopus in sua Diœcesi.*

1 LICET Legatus à latere, & Nuntius possint in sua Prouincia quidquid Archiepiscopi, Episcopive in suis Diœcesibus, vt tenet Garcia *de benefic.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 283. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 9. *num.* 25. Mandos. & Gonzal. quos refert August. Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 24. Villaroël. *dict. quæst.* 4. 1. *part. art.* 4. *num.* 21. Castr. Pallau. *de sponsalib. disp.* 13. *punct.* 13 §. 11. *num.* 1. Solorzan. *de iur. Ind. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 14. Reinos. *obseru.* 60. *num.* 9. August. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 24.

2 Attamen in Nuntio procedit in secunda instantia per viam appellationis, vt in Archiepiscopo respectu suffraganei, vt in specie dicit Castr. Pallau. *vbi suprà.*

3 Vel in casibus, in quibus habet expressam facultatem, vt diximus suprà; & secus vltra eos, quia tunc non habet iurisdictionem ordinariam, nec se potest intromittere in Ordinarij, Archiepiscopi, aut Episcopi iurisdictionem, vt diximus suprà.

4 Vel quando non datur præiudicium Archiepiscopi, aut Episcopi, vt ex aliis tenet Barbos. *dict. cap.* 5. *num.* 61.

5 Et ideo circa dispensationes concedendas iuxta facultatem potest in sua Prouincia quantum Episcopus in sua diœcesi, vt per Couar. *de sponsalib.* 2. *part. cap.* 6. §. 10. *num.* 11. Henriq. *in summa, lib.* 12. *cap.* 2. *in princip.* Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 9. *num.* 25. August. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 22.

CAPVT CII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit auferre ius vnius Ecclesiæ, ac separare, alterique concedere in præiudicium Archiepiscopi, aut Episcopi, & eis contradicentibus.

SVMMARIVM.

1 *Licèt potestas Legati à latere summa sit, attamen nihil potest agere in præiudicium alterius, nec potest auferre, aut separare, aut alteri concedere inscio Archiepiscopo, aut Episcopo:* & n. 2.

LICET potestas Legati à latere summa sit, vt suprà diximus *c.* 33. *num.* 2. ex Menoch. *consil.* 477. *n.* 10. 1

Attamen nihil potest agere in præiudicium alterius, nec potest auferre, ac separare, & alteri concedere inscio Archiepiscopo, aut Episcopo, & eis contradicentibus, vt eleganter resoluit Menoch. *consil.* 477. *num.* 13. & 14. *& per tot.*

CAPVT CIII.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere erigere possit Ecclesias, seu Episcopatus, aut eas dismembrare, contradicente Archiepiscopo.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralium erectio est de reseruatis Papæ.*

2 *Idem dicendum est quando Ecclesia Cathedralis in Metropolitanam erigitur.*

3 *Similiter quando ex aliqua Cathedrali fit dismembratio ad alias Cathedrales erigendas, authoritate solius Romani Pontificis fieri debet.*

4 *Idem dicendum est in vnione duorum Episcopatuum, quia solum ad Pontificem pertinet.*

5 *Solus etiam potest in eis nouas dignitates erigere.*

6 Nuntius

6 *Nuntius, aut Legatus à latere nihil potest statuere circa has materias, etiam non contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, & multò minùs eo contradicente.*

7 *Eodem modo non potest priuare Cathedrales sua Cathedralitate.*

1 CVM Cathedralium erectio sit de reseruatis Papæ, *cap. 1. de translatione Episcoporum, cap. 1. ne Sede vacante, cap. Quod translationem*, cum Gloss. *de offic. Legat. cap. Felix, cap. præcipimus* 53. *juncto* 5. *sient*, 16. *quæst.* 1. cum multis Solorzan. *de iure Indiar. 2. tom. lib. 3. c. 4. num. 1.* & *in politic. Indiana lib. 4. cap. 4. in princip.*

2 Idemque dicendum sit quando Ecclesia Cathedralis in Metropolitanam erigitur, ex textu *in dict. cap. 1. de translatione Episcoporum*, Loter. *de re beneficiar. lib. 1. quæst. 11. num. 98.* Frances *de Ecclesiis Cathedralib. cap. 3. num. 1. & 2.*

3 Similiter quando ex aliqua Cathedrali fit dismembratio ad alias Cathedrales erigendas, authoritate solius Romani Pontificis fieri debeat, *extrauag. 1. de præbend. inter commun. cap. Inter corporalia, de translatione Episcopi, cap. Mutationis 7. quæst. 1.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 2. disp. 14. quæst. 15. numer.* 20. Frances *dict. cap. 3. num. 3. 23. & 63.*

4 Et idem dicendum sit in vnione duorum Episcopatuum, quia solùm ad Pontificem pertinet, *cap. Et temporis, cum seqq. 16. quæst. 1.* Garcia *de benefic. part. 12. cap. 2. num. 60.* August. Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 147.* & *ad Concil. sess. 7. de reform. cap. 6. num. 7.* & *sess. 21. de reform. cap. 5. num. 4.*

5 Ac per consequens in eis nouas dignitates erigere, Gloss. *in cap. cùm olim, verb. Concessimus, de consuetudine*, Barbos. *vbi suprà, num. 148.* Frances *dict. cap. 3. num. 9.*

6 Ideo nihil circa has materias potest statuere Nuntius cum potestate Legati à latere, aut Legatus à latere, etiam consentiente Archiepiscopo, aut Episcopo, & multò minùs eo contradicente.

7 Eodem modo non potest priuare Cathedrales sua Cathedralitate, vt prosequitur idem Frances *dict. cap. 3. num. 28.* & *cap. 8. num. 5.* vbi etiam quod non potest Legatus vnire Cathedrales; & quid in illarum Dignitatibus.

CAPUT CIV.

Vtrum si testator condens testamentum duos hæredes instituit, Archiepiscopum scilicet, & Episcopum, & ab Episcopo certam villam, quam ipse testator in bonis suis habebat, Nuntio legauit, & Episcopus hæreditatem repudiauit, & Nuntius ab Archiepiscopo altero cohærede legatum petierit, debeatur, & censeatur repetitum.

SVMMARIVM.

1 *Portio repudiata accrescit alteri cohæredi.*
2 *Idem est in hæredibus ab intestato venientibus.*
3 *Casus controuersiæ maximè dubius est.*
4 *Ponderatur lex* Pater meus 29. §. 1. & 2. ff. de legat. 2. *ad probandum non repeti legatum nominatim relictum.*
5 *Adducitur ad idem textus* in l. si plures 98. ff. de legat. 3.
6 *Adducitur etiam ad idem intentum textus* in l. 1. §. id quod ex substitutione 13. ff. ad leg. Falcid.
7 *Ponderatur etiam textus* in l. 1. Cod. si omissâ causâ testam.
8 *Si legatum relinquatur ab hærede proprio nomine, magis videtur grauata persona, quàm hæreditas.*
9 *Allegantur DD. qui tenent hanc partem.*
10 *Limitatur fauore alimentorum, & piæ causæ, & in pensione annua*, & num. 11. *Resoluitur contraria sententia*, num. 12. cum seqq.
14 *Adducitur rationis fundamentum circa substitutum*, & n. 13. *circa cohæredem.*
15 *Ponderatur textus* in l. si Titio 61. §. 1. ff. de legat. 2.
16 *Rescriptum Seueri introduxit repetitionem legatorum nominatim relictorum*, & num. 20.
17 *Plures simul onerati loco vnius habentur.*
18 *Semper legata repetita intelligebantur, si generalibus verbis ab omnibus hæredibus testator legabat.*
19 *Idem si impersonaliter, vel appellatiuo nomine.*
21 *Expenditur lex* Cùm patronus 18. ff. de legat. 2.
22 *Portio patroni grauari nequit.*

99 *Sensus*

D veram resolutionem consequendam illud tanquam certum supponimus, ab Episcopo nempe repudiatam hæreditatis portionem cohæredi accrescere Archiepiscopo, eique acquiri qui testatoris voluit esse hæres. Iura sunt ad hoc vulgaria, & expressa *in l. si quis hæres 35. l. cùm hæres 52. §. qui ex parte, l. qui ex duabus 53. §. vlt. l. qui patri 59. l. seruus communis 67. ff. de acquirend. heredit. l. 3. §. vltim. ff. de bon. possess. l. testamento 6. Cod. de impuberum, l. quidam elogio 20. Cod. de iure delib. l. vnica, §. his ita definitis, §. in his, Cod. de caduc. tollend.* Quod etiam locum sibi vendicat in hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur, prout certi iuris esse ostendunt textus *in l. 1. §. nemo, ff. ad Tertyll. l. si ex pluribus 9. ff. de suis & legitim. hered. l. vnica, Cod. quando non petent. partes.* 1 2

Sed cùm hoc certissimum sit iuris principium, & indubitatissimum, quæstio tamen proposita satis difficilis est, propter multa Iurisconsultorum loca inter se primâ facie dimicantia: contra Nuntium vrgent sequentia. 3

Primò Celsus *in l. pater meus 29. §. 1. & 2. ff. de leg. 2.* vbi claris verbis decidit id, quod alicuius hæredis nominatim fidei committitur, posse videri testatorem ita demùm dari voluisse, si ille extitisset hæres. Et prosequens docet *in §. 2.* quod si filio hæredi pars eius à quo nominatim legatum est adcrescit, non præstabit legatum; sed ab Episcopo legatum esse fundum nominatim Nuntio proponitur. Ergo secundùm Celsum videtur dicendum Archiepiscopo, cui portio deficiens accrescit, legatum præstare non teneri. 4

Secundò facit dubitandi rationem Paulus *in l. si plures 98. ff. de legat. 3.* in illis vltimis verbis, ibi: *Itaque si quis velit non omnes heredes legatorum præstatione onerare, sed aliquos ex his, nominatim damnare debet.* Clarè ergo docet hîc Paulus, legatum nominatim relictum repetitum non intelligi: sic ergo in casu nostro non repetetur ab Archiepiscopo legatum ab Episcopo nominatim relictum. 5

Tertiò dubium facit idem Paulus *in l. 1. §. id quod ex substitutione 13. ff. ad legem Falcid.* in sequentibus verbis: *Sed ea quæ ab eo legata sunt, si omiserit heredi* 6

hæreditatem, augebuntur, scilicet si ab eo nominatim data sunt. Hic namque apertè significatur non augeri legata ita nominatim relicta, quia corruunt repudiante hærede, à quo legata sunt; vt sic intelligatur, neque à substituto, neque à cohæredi repetita censeri.

7 Quartò faciunt difficultatem Imperatores Seuerus, & Antoninus *in l.1. Cod. si omiss. caus. testam.* Quò loci videntur rescribere, ita demùm substitutum teneri ad præstationem legati ab instituto relicti, si institutus in fraudem legati hæreditatem repudiauerit, cuius fraudis particeps fuerit ipse substitutus. Vnde facilè deducitur, semotâ fraude non teneri substitutum præstare legata ab hærede nominatim instituto relicta.

8 Quintò probatur ratione, quia quando legatum est relictum proprio hæredis nomine expresso, magis videtur grauata persona quàm ipsa hæreditas, *l.quoties* 23. *l.nonnunquam* 28. *ff. ad Treb.* Onus ergo personale ad alium transire non potest. Ita in expresso tenent hanc sententiam Bart. *in l.Licèt Imperator, num.*3. *vers. primo casu, ff.de legat.*1. & *in l.si duobus, §.*1. *ff. eodem tit.* & post eum Alex. Ias. & alios sequitur Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.*108. *à num.*24. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.*8. *tit.*2. *num.*15. vbi inter alios allegat Ruin. *cons.*67. *num.*6. & *cons.*99. *num.*16. *vers. Si ergo vltimus, lib.*2. refertque scribere communem esse, & ab ea non recedendum in consulendo, & iudicando. Gom. 1. *tom. var. cap.* 12. *num.*36. *vers. item etiam*, Peregrin. *de fideicom.*

9 *art.*16. *num.*59. vbi vocat veram, & receptam, asseritque etiam ab ea in consulendo & iudicando recedendum non esse. Surd. *cons.*253. *num.* 37. *&* 38. & *de aliment. tit.*8. *priuil.*15. *num.*2. Gratian. *forens. tom.*1. *cap.*104. *n.*45. *&* 46. Fusar. *cons.*93. *à num.*21. & *cons.* 96. *num.*4. *& de substit. quæst.*344. *num.*7. supponitque Tiraquel. *in tract. de priuileg. piæ causæ, priuil.*36. *circa princip.* Castill. *lib.*8. *de aliment. cap.*32. *à num.*1.

10 Hanc tamen communem sententiam solent limitare DD. fauore alimentorum & piæ causæ; nam tunc etsi ab instituto nominatim legatum sit, docent nihilominus à cohærede, vel à substituto legatum repeti, præstandumque esse, per textum *in l.*4. *§.Lucius, ff.de aliment. & cibar. legat.* sic post alios limitarunt Tiraq. *in dict. priuil.* 36. *&* 37. Surd. *dict. priuil.* 15. *à num.*2. vbi inter alios refert Romanum *sin-*

11 *gul.*388. *num.*5. extendentem ad annuam pensionem, eâ videlicet ratione, quia succedit alimentorum in causam. Gom. *dict. num.*36. *in dict. vers. item etiam*, in illis verbis: *Nisi sit legatum alimentorum.* Mantic. *dict. tit.*2. *num.*16. Peregrin. *dict. art.*16. *num.*60. vbi limitat pro alimentis, pro dote, pro anima, pro pauperibus, & huiusmodi. Gratian. *dict. cap.*104. *num.*47. 48. 49. *&* 50. Fusar. *dict. cons.*96. *num.*2. Castill. *dict. cap.*32. *per tot.* Cùm igitur legatum quod agitur in præsenti specie, neque pium, neque pro alimentis proponatur relictum, & insuper grauatus dicatur Episcopus hæres proprio nomine, sequitur dicendum Episcopo repudiante ab Archiepiscopo non deberi.

Cæterùm saluâ pace tantorum DD. huic sententiæ acquiescere non possum: quare certius existimo, legatum ab Episcopo Nuntio relictum, repudiante Episcopo ab Archiepiscopo cohærede deberi. 12

Moueor regulâ textus *in l. licèt Imperator* 74. *ff.de legat.*1. quò loci fit mentio rescripti Imperatoris Seueri, quo cautum fuit videri voluntate testatoris repetita à substituto, quæ ab instituto fuerint relicta: quod enim à testatore legatum est, declarat voluisse eum id legatario præstari: nulla autem causa est, cur testator ab instituto id præstari velit, nolit autem præstari à substituto. Neque enim magis dilexit substitutum, quàm institutum. Sed minus indicium est, quod institutum in hæreditate substituto prætulit. Huc accedit, quod substitutus iudicio testatoris eandem hæreditatem consequitur. Consentaneum igitur est, vt substitutus, qui in cæteris iudicium testatoris agnouit, etiam hac in re agnoscere debeat. 13

Quæ omnes considerationes æqualiter procedunt in cohærede, cui deficientis cohæredis portio accreuit: nam & hic in eam portionem iure substituitur, *l. si in testamento* 5. *ff. de vulgar.* & ita in specie argumentatur Vlpian. contra Iuliani sententiam *in l.si Titio & Mæuio* 61. *§.*1. *ff.de legat.* 2. in illis verbis: *Sed post rescriptum Seueri, quo fideicommissa ab instituto relicta, à substituto debentur, & hic quasi substitutus cum suo onere consequitur accrescentem portionem.* Quod apertiùs, & generaliùs definiuit posteà Iustinianus *in l.vnica, §. his ita, Cod. de caduc. tollend.* Cùm igitur portio Episcopi in nostra hypothesi accreuerit Archiepiscopo, nihil est vt non dicamus ei debere accrescere eum eodem onere præstandi & soluendi legatum Nuntio. 14 15

Neque Seueri rescriptum limitandum est 16

est in legatis, vel fideicommissis nominatim ab hæredibus relictis, cùm potiùs si verum amamus de ipsis solummodò procedebat, & circa ea disposuisse intelligendum sit, pro regula tradens repetita censenda fore à substitutis vel cohæredibus, ex coniecturata testatoris defuncti voluntate.

17 Et pro maiori rei explicatione aduerto, quod si testator duos, pluresve cohæredes instituerit, & coniunctim eos grauauerit, quamuis nominatim sub propriis eorum nominibus, veluti *Lucius Titius, Gaius Seius Publio Mauio decem dare damnas sunto*; in hac, inquam, specie portio deficiens semper cohæredi cum suo onere accrescit.

Et ratio est, quia non minùs in onere ipso, quàm in hæreditate coniuncti hæredes sunt, & non tam pars, quàm gradus grauatus videtur, & plures simul loco vnius habentur, vt est textus elegans *in l. si duobus 16. §. 1. ff. de legat. 1. l. vnica, §. his ita, Cod. de caduc. tollend.* neque in hoc casu facienda est distinctio, siue coniunctus hæres esse non possit eo tempore, quo adiungitur, siue hæreditatem postea non adiuisset, *dict. l. si duobus, §. 1. in princ. l. Ciuitatibus 122. §. Lucius, ff. de legat. 1. l. quidam referunt 14. §. 1. in vltima specie, ff. de iure codicill.*

18 Similiter certissimi iuris est, quod si testator generaliter ab omnibus hæredibus legata vel fideicommissa præstari caueat per illa vsitata verba: *Quisquis mihi ex suprascriptis hæres, hæredesve erunt, de omnibus damnas sunto præstare, quod cuique infra legauero præstari fieriue iussero*; quorum mentio fit *in l. si quis 3. l. quidam 14. §. 1. ff. de iure codicill. l. hæc verba 3. l. ab omnibus 104. l. Lucius Titius 133. ff. de legat. 1. l. Lucius 88. §. quisquis, ff. de legat. 2. l. quisquis 95. l. si plures 98. ff. de legat. 3. l. quæ conditio 39. ff. de condit. & demonstr.* quæ formula appellatur generale caput, *in l. post emancipationem 40. §. fin. ff. de legat. 3.* & *in l. generale 32. ff. de vsufruct. legat.* repetita censeri, & deberi vel à cohærede, vel à substituto: & in hoc casu semper absque controuersia transiuit præfata hæc conclusio, vt ex supradictis iuribus constat, vt tradit cum pluribus Menoch. *d. præsumptione 180. num. 2.*

19 Et hoc similiter procedebat, si generaliter & absolutè, vel impersonaliter, seu appellatiuo nomine legatum relictum esset ita: *Seio centum dari volo, vel hæres meus centum dabo.* De quibus formulis, & in quibus speciebus accipienda sint iuxta *in l. si pater 47. §. fin. ff. de fideicom. libert. l. quidam 69. §. quoties, ff. de legat. 1. l. cùm pater 77. §. cum pater, ff. de legat. 3. l. si plures 98. ff. de legat. 3.* Menoch. *vbi suprà, à num. 2. à vers. extenditur, cum seqq.*

Cùm ergo si legata sub aliqua ex istis formulis relinquerentur, ex coacta legandi formulæ significatione repetita nominatim relicta esse censenda dubium non esset, vtique præcisè infertur absque præfato rescripto vel à cohærede debita fuisse. Ne igitur superfluum, & inutile dicamus rescriptum Seueri, id ad legata nominatim relicta referri oportet, vt post illius promulgationem concludamus iam regulam esse, legata vel fideicommissa etiam nominatim relicta ab instituto (eo repudiante) à cohærede vel substituto deberi, & specificè sic probatur sequentibus Iurisconsultorum locis. 20

Primus sit Marcelli *in l. cùm patronus 28. ff. de legat. 2.* cuius hæc est species: Patronum ex debita portione hæredem instituit libertus testator, & ab eo fideicommissum quoddam reliquit: omisit patronus hæreditatem, atque ideo vel alteri cohæredi, si illum habuit, accrescit eius portio, vel ad eius substitutum deuoluitur (si eum & substitutum habentem fingamus.) In hac hypothesi dubitat Consultus, an ille, cui eam partem vindicat, teneatur præstare fideicommissum, ea ratione, quoniam quod illius personæ præstaretur, hoc nequaquam ad alium pertinere deberet. Quasi apertiùs diceret, quod quamuis fideicommissum relictum à patrono non valeat, cùm illius portio grauari nequeat, *l. si his 4. in princip. ff. de condit. & demonstr. l. 3. §. Si filius, ff. si à parente quis fuerit manumissus, l. patronus 20. ff. de donat.* hoc priuilegium personale patroni ad alium extendendum non est. Et ecce ergo textus expressus, in quo fideicommissum nominatim relictum à cohærede vel substituto repetitur; quia negari non potest patronum hic nominatim grauatum fuisse: tum quia Iurisconsultus loquitur per verba illa, *Personæ præstolaretur*, quæ significant patronum ipsum ex persona, idest nominatim grauatum. Tum quia demonstrant altera verba (*ab eo*) quæ relationem ad ipsummet patronum grauatum faciunt; & DD. suprà citati, qui contrariam tuentur sententiam, dicunt legatum, vel fideicommissum intelligi nominatim relictum non solùm quando nomen hæredis proprium exprimitur, sed etiam si taxatiuè instituto impositum est onus. Menoch. *dict. præsumpt. 104. n. 24.* 21 22 23

& etiam quando onus reſtringitur ad eius perſonam. Menoch. *lib.1. conſ.86. num.43.* Peregrin. *de fideicom. dict. art. 16. num. 59. in fin.* Gratian. *dict. cap.104. num.46.* Fuſar. *dict. conſ.93. num.23. & 24.* & *de ſubſtit dict. quæſt. 344. num. 6.* Concludit ergo textus hic ita ponderatus intentum noſtrum, etiam ſecundùm ſenſum Doctorum, qui nobis aduerſantur; neque vnquam vidi aliquem illorum ſolutionem ei præſtitiſſe.

24 Secundus locus ſit Vlpiani *in l. ſi Titio & Mæuio, §. 1. ff. de legat. 2.* ſpecies talis eſt: Grauatus fuit quidam ex legitimis hæredibus fideicommiſſis (ſi velis accommoda ſpeciem ad terminos legis *Conficiuntur* 8. *§.1. ff. de iure codicill.*) qui hæreditatem repudiauit (datur etiam inter hæredes ab inteſtato accreſcendi ius, vt ſuprà iam prænotauimus, *num.2.*) inquit I. C. an cohæres eius ſit cogendus fideicommiſſa præſtare? Et refert Iulianum dixiſſe, non teneri, quoniam portio ad cohæredem ſine onere pertineret. Reſpondet tamen contrarium Vlpianus his verbis: *Sed poſt reſcriptum Seueri, quo fideicommiſſa ab inſtituto relicta à ſubſtitutis debentur, & hic quaſi ſubſtitutus cum ſuo onere conſequitur accreſcentem portionem.* Certè, ni fallor, adduci non poteſt locus expreſſior: negari namque minimè poteſt Vlpianum hîc ponere caſum de hærede legitimo nominatim grauato, vt demonſtrant illa verba: *Cùm eſſent ab eo fideicommiſſa relicta*; quæ relationem & reſtrictionem ad perſonam faciunt; atque ideo iuxta ſuprà dicta *n.21.* arguunt grauamen nominatim impoſitum: & tamen vt diſcedat à Iuliani opinione argumentatur ex ſententia reſcripti Seueri, docens cohæredem fideicommiſſorum onere teneri, quia eſt quaſi ſubſtitutus; cùm Seuerus reſcripſerit, relicta à ſubſtituto repetita fore. Docet ergo manifeſtè Vlpianus, poſt reſcriptum Seueri legatum vel fideicommiſſum etiam nominatim relictum repetitum intelligi: cuius etiam textus adbuc ſolutionem ab aduerſariis præſtari non viderim.

Neque aduersùs eum opponi poteſt ex
25 eodem Vlpiano *in l.1. §. illud 9. ff. de legat.3.* vbi pro indubitato ait, quod ſi quis inteſtatus decedens ab eo, qui primo gradu ei ſuccedere poterit, fideicommiſſum reliquerit, ſi illud eo repudiante, ad ſequentem in gradu deuoluta ſit ſucceſſio, eum fideicommiſſum non deberi. Non repetitur ergo fideicommiſſum inter venientes ab inteſtato, ac proinde non ſibi conſtat Vlpianus, vt poſſit ad decisionem noſtri ca-
26 ſus allegari. Quia licèt Faber *lib. 4. conjectur. cap.15.* adeò hac difficultate opprimatur, vt exiſtimet negationem *in dict. §. illud*, abundare, & tollendam affirmet, itavt legatur, eum fideicommiſſum deberi, caſuum tamen diſtinctione in facilem
concordiam reducuntur hi loci. Namque 27
in dict. l. ſi Titio, loquitur Vlpianus de duobus eiuſdem gradus legitimis hæredibus: & *in dict. §. illud*, loquitur de legitimis hæredibus in diuerſo gradu exiſtentibus; & in priori ſpecie aſſerit fideicommiſſum etiam nominatim relictum eo repudiante ab altero deberi: in ſecunda ſpecie docet fideicommiſſum relictum ab eo qui in primo gradu eſt, eo repudiante non deberi ab eo qui in ſecundo gradu eſt. Et ratio differentiæ in eo conſiſtit, quia in priori ſpecie perinde habentur legitimi hæredes ac ſi inſtituti eſſent, cùm videatur ſponte ſua defunctum his relinquere legitimam hæreditatem: quâ ratione admiſſum eſt vt poſſit codicillis eos fideicommiſſis one-
rare, *l. ſi fundum 92. §. ſi Titio, ff. de legat.2.* 28
l.2. §. Sciendum, ff. de legat. 3. l.3. & l. conficiuntur 8. §.1. ff. de iur. codicill. Meritum ergo eſt, vt cohæres cùm ex defuncti iudicio veniat, & veluti ad hæreditatem admittatur, fideicommiſſi onere teneatur,
dict. l. ſi Titio 61. §.1. at verò in ſecundo ca- 29
ſu, cùm ille qui in ſecundo gradu eſt, non ex voluntate defuncti veniat, ſed potiùs ex alterius facto & repudiatione, ideſt illius qui in primo gradu erat, rectè fideicommiſſi onere non tenetur, *dict. l.1. §. illud:* & hic eſt verus ſenſus horum iurium, quem iam præſenſerat Gloſ. *in dict. l. ſi Titio, §.1. verbo Cum ſuo onere.* In ſecunda ſolutione, optimè reprobato Fabro expendit Oſuald. *ad Donel. lib. 8. comment. cap. 8. lit. B.* quem ſequutus eſt Melchior de Valencia *lib.1. illuſtr. tract.1. cap.4. num. 11.* & in effectu tenet Larrea *tom. 2. deciſ. Granat-
tenſ. 51. num. 39.* optimè I. C. *in dict. §. il-* 30
lud, addidiſſe illa verba: *Et ita Imperator noſter reſcripſit*; quia cùm Seuerus ex tacito teſtatoris iudicio legatorum repetitionem inducat, deficiatque hæc voluntas in eo qui in ſecundo gradu eſt, quia neque expreſsè, neque tacitè à defuncto fuit vocatus, ſed ſolùm ille, qui in primo gradu, quem ideo ſolum grauauerit; reſcribit conſequenter à ceſſante ratione ibi repetitionem ceſſare debere, quemadmodum ex eadem defuncti voluntate ceſſat in aliis exemplis relatis *in dict. l. licet 74. ff. de legat.1.*

Et ex eadem defuncti voluntate, atque 31
iudicio admittitur repetitio ab eodem Vlpiano *in l. 2. §. vltimo, ff. de ſuis & legitim. hæred.*

hæred. In eo ponenda est species de hærede instituto cum formula cretionis. Cretio est certorum dierum spatium, quod datur instituto hæredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hæreditatem, necne: veluti, *Titius hæres esto, cernitoque in diebus centum proximis, quibus scieris, poterisque: nisi ita creueris, non hæres esto.* Vl-
32 pian. *in fragment. tit.* 22. §. *cretio:* & hæc distinctio datur inter hæredem sine cretione institutum, & institutum cum cretione; quia hæres institutus sine cretione, si constiterit nolle se hæredem esse, statim excluditur ab hæreditate, & amplius eam adire non potest. Cum cretione verò hæres institutus, sicut cernendo fit hæres (cernere est verba cretionis dicere ad hunc modum: *Cùm me Mauius haredem instituerit, eam hæreditatem adeo cernoque:*) ita non aliter excluditur, quàm si intra dies cretionis non creuerit; ideoque etiamsi constituerit nolle se hæredem esse, tamen si supersint dies cretionis pœnitenti, actu cernendo hæres fieri potest. Prosequitur Cuiac. *in notis ad fragmenta Vlpiani,*
33 *in dict. §. cretio.* Quod verò Vlpianus hîc sit intelligendus de hærede sub illa formula instituto, satis mihi demonstrant verba illa: *Finge eum supervixisse centum diebus.* Hæres ergo sic institutus cum cretionis formula rogatus fuit restituere hæreditatem, & eam repudiauit; & cùm posset compelli adire à fideicommissario, eique restituere hæreditatem, compulsus non fuit, fortè quia erat intra dies cretionis. Decessit proximus qui ab intestato debebat succedere, & post centum dies decessit etiam hæres scriptus, qui rogatus erat hæreditatem restituere. In hac specie Vlpianus docet, posteriorem admitti cum onere fideicommissi. Ratio est, quia cùm transactis diebus cretionis hæres institutus exhæres fit, videtur proximus, qui tunc fuerit, iudicio testatoris admissus, & vocatus ad suam hæreditatem. Nihil ergo mirum, quod ex mente rescripti Seueri onere fideicommissi grauetur. Et licèt apud alium non legerim, hic sanè sensus mihi visus fuit germanus huius textus, omisso Cujacio *obseru. lib.* 18. *cap.* 11. quem si libuerit vide, & sequere si meliora adducit. Hos autem tres locos Vlpiani hîc expendi *in dict. l. si Titio,* §. 1. *ff. de legat.* 2. & *in dict. l.* 1. §. *illud, ff. de legat.* 3. & *in dict. l.* 2. §. *vltim. ff. de suis & legitim. hæredib.* ne videantur sibi contrarij, cùm vnusquisque sibi constet in suo casu, & quam sectamur probet resolutionem.

34 Tertius locus sit Scæuolæ *in l. quidam referunt* 14. *in princ.* & §. 1. *ff. de iur. codicill.* Vbi expressè præsupponit, legatum nominatim ab instituto relictum, si consistat, viresque habeat, à substituto deberi; cùm ea ratione non deberi affirmet, quia hæres in rebus humanis non erat tempore quo relinquebatur; atque ideo legatum non constiterat. Neque dubitari potest, 35
Consultum loqui de legato nominatim relicto, cùm in priori specie agat de hærede ex asse instituto: quibus in terminis in opinione aduersariorum, etiamsi per verba appellatiua loqueretur testator, idem esset ac si proprio nomine illum grauaret, vt post Castrens. fatetur Menoch. *dict. præsumpt.* 108. *num.* 34. iunctis etiam quæ suprà iam tradidimus *num.* 21. etiam ex doctrina DD. qui oppositam sequuntur sententiam.

Neque tunc replicari poterit ex §. 1. 36
huius legis, ibi: *Quia fit substitutus hæres, qui partem faciat, licèt ipse non debeat.* Ex quibus verbis videtur colligi legata à substituto non reperi etiam relicta sub verbis generalibus, *Quisquis hæres mihi erit,* quibus in eo §. vtitur Scæuola; quia hujus §. verus sensus longè diuersus est, qui rectè percipietur si species illius intelligatur. Non est ergo inutile eam ponere, saltem pro Tyronibus, tam principij textus, quàm dicti §. 1. & vt sciatur quid Africanus addiderit *in l. Sed cùm ex testatoris* 15. *ff. eodem tit. de iur. codicill.*

Ergo Scæuola quæstionem difficilem 37
refert inter Sabinianos & Proculeianos agitatam, in cujus resolutione inter se, sicut in aliis diuersi fuerunt. Hæc est species principij textus: Testator hæredem ex asse instituit, eique vulgariter substituit: mortuo hærede testator ipse codicillos fecit, in quibus dedit legata, & alia ademit ab hærede relicta. Dubitatur circa legata data, an valida sint? & circa adempta, an validè adempta sint, an verò non? & an à substituto debeantur. Et difficultatis cardo totus dependet ab illa altera quæstione, an datio hæc, vel ademptio legatorum censeatur facta in testamento, vel in codicillis? Quia si datio censetur facta in testamento, tunc legata consistent in persona instituti eo tempore viuentis, vnde à substituto debebuntur ex tacita defuncti voluntate, *l. Cùm pater* 77. §. *ab instituto* 15. *ff. de legat.* 2. lege lata per rescriptum, de quo *in dict. l. licèt* 74. *ff. de legat.* 1. Et circa adempta, si ademptio censeatur facta in testamento, illiusque tempore, à substituto non debebuntur, quasi etiam adempta ab instituto. At si datio censeatur

facta

ſacta in teſtamento vel codicillis, cùm iam non ſit hæres, ad quem ſermonem dirigat teſtator, inualida erunt legata, ac proinde à ſubſtituto non debebuntur. E contra in ademptis ex eademmet ratione inualida erit ademptio, & conſequenter debebuntur à ſubſtitutis, quia ſunt relicta validè ab inſtituto.

38 In hac autem quæſtione Sabiniani exiſtimabant perinde valere dationem, ademptionemque legatorum, ac ſi teſtamento ſcripta eſſent; & vtebantur collectione huiuſmodi, quòd codicilli pro parte teſtamenti habeantur, obſeruationemque, & legem iuris inde traditam ſeruent: quaſi apertiùs dicerent, Legatum parte aliqua teſtamenti datum, à ſubſtituto debe-
39 tur; ademptum à ſubſtituto non debetur: ſed codicilli ſunt partes teſtamenti, eorumque obſeruatio, & ius ex teſtamento pendet, forma, origo, & principium, *l. 2. §. 2. ff. de iure codicill. l. in bello 12. §. codicillis, ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* Ergo legatum codicillis relictum à ſubſtituto debebitur, ademptum non debebitur. Et hîc obiter notabis eleganter Iuriſconſultum ſyllogiſmum vocare collectionem, ſicut Seneca, & Quintilianus vocant. Cicero autem concluſionem appellat. Hæc fuit opinio Sabinianorum, & hoc illorum fundamentum.

40 Cæterùm Proculeiani exiſtimarunt, non eſſe in hac ſpecie codicillos ad teſtamentum referendos, & Sabinianorum collectioni occurrunt proferentes ſimilem caſum, quo codicilli ad teſtamentum non referuntur, vt ſi mortuo legatur codicillis, qui vixit teſtamenti tempore; eſt enim legatum nullius momenti: quod
41 etiam ipſi Sabiniani fatentur, vt conſtat ex Iuliano, qui & ipſe Sabinianus fuit, *in l. 2. §. 1. ff. de iure codicill.* & meritò, quia deficit perſona cui detur; & vbi perſona deficit, cui detur, fruſtra quæres, an datum valeat. Eſt igitur potiùs quod datum eſt, pro nullo, ſiue pro non ſcripto, atque ita hoc caſu codicilli non referuntur ad teſtamentum, quia ſi referuntur ad illius tempus, vtique eſſet viuus legatarius cui daretur. Inferunt ergo Proculeiani, quod ſicut codicillis inutiliter legatur à mortuo, vel adimitur, ideſt ab hærede mortuo codicillorum tempore, licèt viueret teſtamenti tempore, ita legata in ipſis codicillis data à ſubſtituto non debebuntur, quia à ſubſtituto adempta non ſunt; & ab inſtituto adempta intelligi haud poſſunt, quia vt à mortuo fruſtra das, ita à mortuo fruſtra adimis. Et hanc ſententiam ſequutus eſt Scæuola *lib. 8. quæſt. in dict. l. quidam referunt*, cujus principij ſpecies hæc vera eſt, & hic ſincerus eius intellectus, probans facilè ad noſtram materiam legata valida ab inſtituto, etiam nomine proprio relicta à ſubſtituto deberi.

Caſus autem §. 1. non eſt de hærede ex 42
aſſe inſtituto, ſed de duobus hæredibus: & ſic ponenda eſt ſpecies: Duos inſtituit teſtator hæredes, eiſque dedit ſubſtitutos: vno ex eis mortuo, codicillos fecit, & legata reliquit. Quærit Conſultus, an valida ſint? Reſpondet vtilia videri, quia conſiſtunt ab hærede ſuperſtite etiam codicillorum tempore. Dubitat autem an cohæres ille ſuperſtes tota legata debeat præſtare, an etiam ſubſtitutus? Ratio dubitandi in eo conſiſtit, quia teſtator vſus fuit verbis generalibus: *Quiſquis mihi hæres erit legata præſtet.* Quæ verba videntur etiam comprehendere ſubſtitutum, quia etiam hæres eſt teſtatoris, *l. paterfamilias 46. circa fin. ff. de vulg. & pupil.* Cùm igitur etiam ſubſtitutus cohæredi partem faciat, ideſt eam partem ſibi ferat hæreditatis, quam laturus erat inſtitutus, videbatur dicendum etiam ad præſtationem legatorum teneri. Sed contrarium reſpondet Scæuola, eâ nimirum ratione, quia cùm tempore legationis legatorum non viueret hæres in cujus locum ſubſtitutus fuit Sempronius, v.g. non poteſt ad eum conferri teſtatoris ille ſermo: & cùm in illius perſona non conſtiterint legata, ab illius ſubſtituto repeti non valent. Proſequitur Conſultus, eandem quæſtionem poſſe tractari circa nomina expreſſa, ideſt ſi hæredes grauati ſint propriis nominibus præſtare legata codicillis relicta: & ait multò magis, ideſt indubitabilius eſſe cohæredem ſolida præſtare teneri, conſequenter non ſubſtitutum, quia is adjunctus ſit, qui etiam tunc cùm adjungebatur, in rebus humanis non erat. Quod idem eſt ac ſi diceret, non poſſe intelligi grauatum Titium in rebus humanis non exiſtentem tempore grauaminis, quia cùm non ſit iam perſona, vtpote iam non ens, ad illum teſtatoris ſermo conferri nequit. Concludit ergo Scæuola, cohæredem ſolummodò tota legata præſtare debere: & ſatis ſemper demonſtrat à ſubſtituto repetenda, ſi ab inſtituto conſtiterunt, ſiue ſub generalibus verbis, vel appellatiuo nomine, aut ſi proprio relicta proponantur.

Sed cùm hæc reſpondiſſet Scæuola ex 43
penetralibus iuris, addit African. eſſe ex æquitate temperanda *in l. ſequenti*; quia cùm ea teſtatoris voluntas fuerit, vt ex vniuerſa

vniuersa hæreditate legata erogarentur scriptis hæredibus, profutura erat doli exceptio si amplius quàm hæreditaria portio petatur, idest si in amplius quàm pro hæreditariis portionibus conueniantur; si generaliter vel appellatiuo nomi-
44 ne eos grauatos proponas, *l. legatorum* 33. *l. si pluribus* 44. *ff. de legat.* 2. vel si in amplius, quàm pro virili, si sub nominibus propriis sint onerati, *l. turpia legata* 54. *§. fin. l. si hæredes* 124. *ff. de legat.* 1. *l. quoties* 23. *cum lege nonnunquam, seq. ff. ad S. C. Treb.* explicant Gloss. & Bartol. *in dictis locis*, Gom. 1. *tom. cap.* 12. *numer.* 17. Cuiac. *lib.* 9. *Resp. Modest. in dict. l. legatorum*, & *lib.* 15. *quæst. Pap. in dict. l. nunquam*: optimè Donel. *lib.* 7. *comment. cap.* 20. *à vers. & vt à relicto*: & ibi Osuald. *lit. A.* allegat Simon. de Pret. *lib.* 3. *de interpret. vltim. volunt. interpret.* 1. *dubit.* 5. *solut.* 1. Philip. Massin. *ad l.* 1. *Cod. de impub. substit. num.* 95. *& seq.* idem Donel. *lib.* 8. *cap.* 29. *in vers. & hac in vno hærede*, vbi Osuald. præcipuè *lit. C.* Comprobari autem potest æquitas Africani ex textu *in l. is qui, penult. ff. de iur. codicill.* Cuiac. *tract.* 2. *ad African. in dict. l. sed cum ea* 15. *eodem tit.*

45 Quartus locus sit Papiniani *in l. si duobus* 16. *§.* 1. *vers. Nam etsi duos, ff. de legat.* 1. vbi expressè docet, quod si testator duos ex hæredibus suis nominatim damnasset, & alter hæreditatem non adiisset, ad eum qui adiisset peruenire: ergo satis apertè docet legatum nominatim relictum à cohærede repeti.

46 Tandem resolutionem, quam sequimur, probat textus expressissimus *in l. non iustam* 4. *Cod. ad S. C. Trebell.* Cuius species hæc est: Nepos auiam & fratrem hæredem instituit ex parte, & auiam rogauit, vt partem suam restitueret Quintianæ: auia repudiauit hæreditatem; sed coacta à Prætore, postulante Quintianâ, hæreditatem adiuit: attamen priusquam attingeret hæreditatem, quam adiuit coacta, eamque restitueret, vita decessit. Quæsitum est, an intercideret fideicommissum, quod viua non restitueret Quintianæ? Lex ait consistere fideicommissum, & à cohærede, cui accrescit portio repudiata esse præstandum post constitutionem Seueri, & Antonini, decernentem legata relicta ab instituto censeri repetita à substituto. Cui constitutioni consequens est, vt cohæres etiam quasi substitutus, vel exemplo substituti consequatur accrescentem portionem cum onere fideicommissi. Cum igitur in specie huius textus auia fuisset nominatim granata, vt constat ex illius serie; & Imperatores Diocletian. & Maximin. auctores eiusdem textus ad inducendam repetitionem fideicommissi moueantur authoritate rescripti, omni modo probat textus post rescriptum legata nominatim relicta intelligenda fore repetita.

Hanc sententiam nominatim tenuerunt 47
Gloss. *in dict. l. pater* 29. *verb. Extitisse*, ibi: *Tu dic secundum Azon. quod hic loquitur secundùm ius antiquum, quod hodie corrigitur, & in dict. l. non iustam, verbo Repetitum, in fin.* ibi: *Vel secundùm Azon. ita corrigitur per illam, &c. Raphael Cuman. & Paul. Castrens. in dict. l. licèt, ff. de legat.* 1. *quibus libenter se socium adscribit Fachin. lib.* 5. *contr. cap.* 39. *vers. Sed regula superior, & vers. Substituto similis est cohæres*: & notat sententiam Celsi *in dict. l. pater, §. vltim.* & Iuliani *in dict. l. si Titio* 61. *§.* 1. *ff. de legat.* 2. veterem esse ante rescriptum, & per illud reuocatam: atque ideo cæteris posterioribus Iurisconsultis displicuisse Cuiac. *in recit. ad tit. ff. de legat.* 1. *in dict. l. si rursus quinta quæstio est, circa finem*, notans etiam Celsum ante Seuerum & Antoninum floruisse, nempe Traiani tempore, quo etiam Iulianus floruit. Et iterum in eodem titulo, *in l. si quis à filio* 32. & *ad tit. ff. de leg.* 2. *in dict. l. pater* 29. *& lib.* 8. *resp. Papiniani in l. cùm pater* 77. *§. cùm pater, ff. de leg.* 2. vbi etiam notat Celsum fuisse longè antequam Seuerus rerum potiretur. Et *lib.* 8. *obseru. c.* 12. & iterum *in C. in recit. ad tit. ad S. C. Trebel. col. mihi* 3. *vers. Et huc spectant*: vbi etiam ait esse verum quod Azo dicit, constitutionem illam Seueri & Antonini abrogasse quod veteres iuris Authores existimauerunt, putà Iulianus & Celsus, videlicet accrescere portionem cohæredi sine onere fideicommissi, si ab eo quoque nominatim relictum non sit: & notat ita existimasse Iulianum, & Celsum, cùm nondum prodiisset illa constitutio, sed quod hodie constitutionis sententia sequenda est, idest vt ipse dixerat, repetita intelligenda fore legata, etiamsi proprio nomine relicta ab instituto proponantur. Hanc etiam sententiam amplexus est Valencia *vbi suprà, cap.* 4.

Sed cùm rescriptum in obscura volunta- 48
te locum habeat, inde est vt repetitio ex illo inducta ita sit accipienda, si non fuerit euidens diuersa voluntas, quæ ex multis colligitur. Ponit tria exempla Vlp. *in dict. l. licet.* Primum, seu potiùs prima coniectura illa est, si testator eidem fideicommissario vel legatario aliam rem reliquerit à substituto, quam ab instituto non reliquerat. Et habet hanc rationem, quod testator

cùm aliam rem reliquit à substituto, videtur onera partitus esse inter institutum,& substitutum, quæ vellet propriè inter eos seruari, ne quod vni attributum esset
49 ad alterum pertineret. Alterum exemplum, seu alteram coniecturam ponit Vlpianus si certa causa fuit cur ab instituto reliquerat, quæ in substituto cessaret: & manifestam habet rationem; dicere enim solemus, causa cessante, ei rei, quæ ob causam inducta est, locum non esse, *l.quod dictum, ff. de pact. l. de eo, & seq. ff. de indic.* Vt si fiogas testatorem iussisse hæredem institutum dare centum Titio, quæ ipse debeat, & hærede deficiente, substitutum eius, si testatorem nihil debere appareat, fideicommisso non tenebitur, quia in eo non eadem dandi causa est, vt exemplificat Donel. *dict. cap.* 29.
50 *vers. Sed regul.* Tertia coniectura est si fideicommissarium ipsum substituerit ex parte, vt in specie textus elegantis *in l.Latinus Largus* 83. *ff. de legat.* 2. qui eâ ratione defenditur, quia cùm testator fideicommissarium in partem substitutionis admisit, videtur tantùm detraxisse alteri substituto, quo huic fideicommissario satisfieret de eo, quod ab altero substituto repetitum videri posset.

51 Et ex eadem voluntate dimanat repetitio fideicommissi in illis duabus speciebus, de quibus idem Vlpianus *in l. si Titio* 61. §.1. *ff. de leg.*2. & *in l.* 2. §.*vlt. ff. de suis & legit. hæred.* & denegatur ab eodem in specie legis 1. §. *illud* 9. *ff. de legat.* 3. quæ iura iam suprà expendimus, & explicauimus. Et similiter repetitio denegatur in specie textus *in l. penult. ff. de iur. codicill.* quæ sic se habet.

Quidam cùm vnum filium existentem
52 haberet, codicillos fecit ab intestato, in eis fideicommissa reliquit, & posteà alium procreauit filium: & ait Marcellus, *Agnatione sui hæredis nemo dixerit codicillos euanuisse.* Subsistamus hîc paulisper, quia imò codicillos euanuisse dicendum videbatur, *ex reg. l.*1. *Cod. de codicill.* Sed solues breui-
53 ter si dixeris faciendam esse distinctionem, & separandos casus, quando nempe quis ab intestato fecit codicillos, siue illos confirmauerit testamento, vel non; nam cùm tunc cùm accessorij sint respectu testamenti, sicut ipsum principale rumpitur, idest testamentum, ita ipsi codicilli accessorij rumpentur, *l. si quis eum testamento* 3. §.*testamentum* 2. *ff. de iure codicill.* Ideò autem rumpitur testamentum,
54 non verò codicilli ad intestato facti, quia cùm codicillis non possit dari, neque adimi hæreditas, *l.non codicillis, Cod.de testam.* non potest posthumus intelligi præteritus codicillis, qui testamento præteritur. Pergit Marcell. *Igitur nihil tunc de posthumis sperauit, & codicilli non euanescent, & quæ relicta sunt pro parte dimidia filius ad quem codicillus factus est, soluere compellitur, non etiam posthumus.* Ratio dubitandi est, quia immò videbatur dicendum, etiam à posthumo fideicommissa præstanda, quia fit cohæres alterius filij existentis codicillorum tempore: & tunc quasi à substituto debent intelligi fideicommissa repetita. Quod probare videtur textus *in dict. l. si quis eùm testamentum* 3. §.1. & *in l.ab intestato* 16. *ff.de iur. codicill.* Sed contrarium 55
respondet Marcell.& conciliandus est cum Iuliano *in dict.l.si quis eum testamentum*, §.1. & cum Paulo *in dict. l. ab intestato* 16. & dicendum quod Marcell. loquitur de fideicommissis à filio existente relictis nominatim: alij verò Iurisconsulti loquuntur de fideicommissis simpliciter, & generaliter relictis, vtputà: *Centum Titio dari volo*: vel, *Quisquis mihi heres erit.* Et ratio 56
differentiæ in eo consistit, quia quando adsunt verba simplicia, vel generalia, de omnibus ab intestato venientibus indefinitè cogitauit defunctus, & ideò omnes tenentur: at quando nominatim filium existentem grauauit, solùm de illo cogitauit, ac proinde posthumus non tenetur, & filius existens tenetur solùm pro dimidia, non attento iuris rigore, quia in solidum debebat teneri, vt respondit Scæuola, qui 57
semper ex stricto iuris rigore quæstiones dicidit, *in dict. l.quidam referunt*, §.1. *ff. de iur.codicill.* sed ex æquitate, vt African. dixit *in dict. l. sed eùm ex testatoris.* Tenetur autem filius existens, quia ei creditur sponte defunctus legitimam hæreditatem vel bonorum possessionem relinquere, quia eùm testamentum facere posset, noluit, *l.conficiuntur* 8. §.1. *ff.de iur. codicill. l.si fundum* 92. §.*fin. ff.de leg.*1.

Alteram quæstionem ponit Marc. *in vers. Sed si*, vbi loquitur de eo, qui cùm codicillorum tempore duos filios existentes haberet, alterum mortuum putabat; & supponens pro certo, filium aliàs superstitem & pro mortuo reputatum ad fideicommissum non teneri, ex supradicta ratione deficientis voluntatis defuncti de eo non cogitantis, inquirit, an alter filius solida præstare teneatur fideicommissa? In quo dubio videtur 58
respicere ad responsum Scæuolæ *in d.l.quidam.* Sed sicut in priori casu, ita in hoc secundo ait, *imò dumtaxat partem debet.* Et sic de plano procedit sensus Marcelli, qnio sit necesse

necesse adiicere verba illa, *imò dumtaxat partem debet*, notans esse Vlpiani, vt vult Cuiac. *tract.2. ad African. in l. sed cùm eu, ff. de iur. codicill.* quia aliàs congruenter non loqueretur Marcellus, quippe eadem prorsus ratio militat in priori casu circa voluntatem defuncti, quando post codicillos filios genuit, & quando licèt illum haberet existentem, mortuum tamen credebat. Neque exemplum faciunt iura, quibus mouetur Cuiac. quia in illis ponuntur verba expressa Vlpiani, quæ cùm desint *in dict. l.penultim.ff.de iur. codicill.* nihil est, vt ea contra iuris religionem addamus; & maximè cùm nulla adsit addendi necessitas. Sed quod dixerat, temperat Marcellus his verbis: *Eorum tamen quæ pro parte præstari non possunt, nihil præstandum, quoniam ille non fuerat filio ablaturus, cùm solum putaret successorem sibi futurum.* Vides ergo, quod semper in hoc responso fundatur Marcellus in defuncti voluntate, & ad negandum grauamen in cohærede, imò in ipsomet hærede. Sed vltima illa verba: *Eorum tamen quæ pro parte præstari non possunt, nihil est præstandum*, intelligenda sunt nisi offeratur æstimatio partis; idque siue seruitus sit legata, *l. cùm filius 76. ff. de leg.2.* siue fideicommissaria libertas relicta, quia eam filius præstare non potest, nisi redimat partem à cohærede, *l. qui graui 11. cum leg. seq. ff.de iur. codicill.* aliter esset si libertates directæ in testamento relinquerentur; nam tunc & propter illorum fauorem, & propter illarum indiuiduitatem, cùm nemo possit pro parte esse seruus, & pro parte liber, *l. duobus, ff. de liber. caus. l.iudicatæ, ff. de except. rei iudic.* indistinctè libertates competunt, *dict. l.cùm filius 76.*
59 *in priori casu, ff. de leg.2.* in cuius specie ampliùs non immoror, quia eius quæstio, & resolutio hodie otiosa est, cùm per nouellam Iustiniani rescisso testamento per querelam legata, & libertates conseruentur in solidum, & sola hæredum institutio vitietur, *Auth.ex causa, Cod.de lib.preterit.* & de iure Regio Lusitano Ord.*lib.4.tit.82.* §. 1. videndus tamen Cuiac. pro illorum iurium explicatione *lib.7. respons. Papiniani, in dict. l.cùm filius.*

60 Et quemadmodum ex testatoris voluntate, vt suprà visum remanet, cessat repetitio; ita etiam ex iuris ratione in his, quæ pro non scriptis habentur: hæc enim si non sit substitutus, vel coniunctus aggregatus, remanent apud eos, à quibus sunt relicta sine onere, hæredes scilicet, & legatarios. Et ratio iuris illa est, quia illud grauamen à principio non constitit: igitur non potest repeti, neque à coniuncto, neque à substituto, neque his deficientibus ab hærede, apud quem remanet relictum. Et cùm hæc dixisset Iustinian. *in l. vnic. §.in primo, Cod. de caduc. tollend.* addit illa verba, *nisi perraro*, insinuans sic, aliquos tamen esse casus, licèt paucos, in quibus onus sustineatur. Accurs. ibi duos proponit, & Cuiac. scribit *ibidem*, non 61
posse dari alterum. Primus casus est *in l. vlt. ff. de his quæ pro non scriptis habent, & in l.filius 14. §. vlt. ff. ad leg. Corn. de fals.* in scriptore scilicet alieni testamenti, qui legatum sibi, vel hæreditatem, vel quid aliud testamento adscripsit. Quamuis enim ex Senatusconf. Liboniano, & Claudiano tale legatum pro non scripto sit, *l. 1. ff. de his quæ pro non script. habent. dict. l. filius, in princip. & §.1. cum sequentib. ff. ad leg. Corn. de fals.* tamen fideicommissum, vel aliud onus illi iniunctum valet, ita vt portio illa vel legatum penes hæredem remaneat cum onere fideicommissi, in quo cessat ratio prohibitionis.

Secundus casus est in specie textus *in* 62
l. cùm verò 26. §. si pro non scripto 6. ff. de fideicommiss. libert. vbi seruus legatus fuit alicui, & legatarius rogatus vt eum manumitteret; vel legatum illi relictum est, & fidei illius commissum, vt libertatem seruo proprio præstaret: nam in hac specie docet Vlpian. *in dict. §. si pro non scripto*, quod licèt legatum serui, vel alterius rei ex aliqua causa pro non scripto sit, deberi tamen seruo fideicommissariam libertatem ab eo apud quem vel ipse seruus, vel legatum remanserit, siue hæres sit, siue legatarius. Cuiac. *lib. 12. quæst. Paul. in dict.l.vlt. ff.de his quæ pro non scriptis habent.*

Neque his duobus casibus addi potest 63
tertius *ex l. Ciuitatibus 129. ff. de leg. 1.* quia malè accipitur de his, quæ pro non scriptis habentur. Species legis hæc est. Quidam scripsit hæredes Gaium & Seium, & ita dixit: *Gaius & Seius illi decem danto*; & vtrumque hæredem nominatim onerauit. Seius repudiauit hæreditatem: accrescit pars eius Gaio, & Gaius illi præstabit totum legatum; quia, inquit, Seius habetur pro non scripto, & remanet cum onere præstandi totius legati. Breuiter sic respondebis, illo loco non dicere Iurisconsultum portionem Seij pro non scripta haberi, cùm ei fuerit vtiliter scripta ab initio; sed Seium qui repudiauit, haberi pro non instituto, idest perinde esse ac si Gaius solus fuisset hæres institutus. Solus ergo

meritò præstat totum legatum. Quod etiam probat textus *in l. si duobus* 16. §.1. *ff.de leg.*1. & ita respondet optimè Cuiac. *in dict. l.vnic. dict. §. in primo, circa finem.* Exceptis ergo tantummodò illis duobus casibus, quæ pro non scriptis habentur, remanent sine onere.

64 Firmum ergo remaneat post Seueri constitutionem, legata, vel fideicommissa etiam nominatim relicta ab instituto hærede, à substituto vel cohærede intelligi repetita. Quod verum sine dubio sentio, & in Lusitaniæ Regno sequendum in iudicando, & consulendo, propter iura expressa, quibus moueor, suprà adducta, & ponderata, quæ priùs sequi iubentur quàm Doctorum authoritates, per Ord. *lib.*3. *tit.*64. *in princ.* Et quia etiamsi Doctorum authoritates attendamus, præualet Bartolo & aliis Accursij authoritas, vt cauet §. 1. *dict. tit.*64. quæ etiam fuit opinio nostra.

65 Neque in hac re audiendum existimo
Anton. Fabr. sibi contrarium, quippe
*lib.*4. *coniectur. cap.*13. *à num.*5. etiam ante
Seueri rescriptum, de quo *in dict. l.licèt*,
in cohæredibus testamentariis repetitio-
nem admitti scripsit: posteà autem *lib.*18.
*coniectur. cap.*14. sententiam hanc retracta-
uit, & neque antea, neque post rescrip-
tum in cohæredibus repetitionem conces-
sit, sed solummodò post rescriptum in
substitutis, vt constat ex traditis *dict. c.*14.
*num.*11. In cohæredibus verò inductum id
de nouo censet Iustinianus, vt constat *in*
l.vnic. §.pro secundo, & §. Sin autem, Cod. de
caduc. tollend. Et mouetur verbis eiusdem
textus, vbi istius iuris inductionem, &
nouiter sibi Iustinian. tribuere videtur:
66 quippe quòd neque potuit Faber satisfa-
cere, neque quidem tentauit tot Iurisconsultorum responsis, ante Iustiniani tempora portionem cum onere accrescere probantibus; & cùm maximè conuincatur per textum expressissimum *in dict. l.si Titio* 61. §. 1. non dubitauit asserere totam illam clausulam, *sed post rescriptum Seueri*, Triboniani esse, non Vlpiani; & eadem ratione, quâ totam illam clausulam Triboniano adscripsit, tribuere etiam debebat totum Imperatorum Dioclet. & Maxim. rescriptum *in dict. l. non iustam* 4. *Cod. ad Treb.* quia præfati Imperatores cùm multò antequam Iustinianus vitam duxerint, nihilominus tamen portionem cum onere accrescere ex rescripto Seueri responderunt, non quasi ius nouum statuentes, sed ius quod iam ante rescriptum erat, explicantes, vt satis acutè vidit Valenc. *d.c.*3.*n.*24. & 25.

Vt verò facile assequamur quid Iustin. 67
de nouo introduxerit, animaduertere oportet ea, quæ vltimis elogiis relinquuntur, triplici modo deficere; vel enim deficiunt statim initio testamenri, vel post testamentum viuo testatore, vel post mortem testatoris, vt distinguit textus *in l.vnic. §. & cum triplici, Cod. de caduc. tollend.* vbi etiam habetur ea, quæ ab initio deficiunt, pro non scriptis esse; ea verò quæ post testamentum, viuo testatore, fuisse in causam caduci; quæ verò post mortem testatoris, directo nomine caduca. Ea quæ pro non scriptis sunt, perinde semper habita fuere, ac si scripta, & inserta testamento non essent: quapropter inutilia, & nullius esse momenti semper dicta sunt; cuius generis sunt quæ iam mortuo fortè ignorans testa-
tor reliquit, *l.2. in princip. l.quidam referunt* 68
14. *l.penult. ff.de iur. codicill. l. quo loco* 20.
§.quod si viuus, ff.de hared.instit. l.penult. ff.de
his quæ pro non scriptis habent. Dixi, haberi
pro non scriptis, quæ iam mortuo relin-
quuntur; nam & qui nondum nati, vel
concepti sunt, in rerum natura non sunt;
sed non tamen omnia, quæ his relinquun-
tur, pro non scriptis habentur, *l. placet* 4. 69
de liber. & posthum. l. 2. in princip. ff.de iur.
codicill. l.quidam 6. *§.fuit, ff. de reb. dub.* &
idem ius est circa non scripta, si quid re-
linquatur his, qui capti sunt ab hostibus
testamenti tempore, si posteà non redie-
rint, *dict. l.pen. ff.de his quæ pro non scripe.* 70
habent. l.si seruo meo 101. *in fine, ff.de leg.*1.
quia eo ipso tempore, quo capti sunt, mor-
tui intelliguntur, idest mors, quæ sequuta
est, iungitur captiuitati, vel primo mo-
mentocaptiuitatis, *l.pater* 10. *l.omnibus* 18. 71
ff.de captiuis, l.iusto, in fine, ff.de vsucap. item
pro non scripto est, quod quis dictante
testatore sibi adscribit, ex Senatuscons. Li-
bon. siue hæreditatem adscribat, siue le-
gatum: & ex alio quoque Senatusconsulto 72
omnis scriptura captatoria pro non scripta
est, idest quando quis alij relinquit in ha-
mata scriptura, vt ab eo cui quid relinquit
eliciat tantundem, vel amplius, veluti hoc
modo: *Quantùm mihi Lucius Titius legaue-*
rit, tantùm illi hæres meus dato; legatum
hoc est captatorium, & ideo ex Senatus-
consulto habetur pro non scripto, *l.1. ff.de* 73
his quæ pro non script. habent. Item quæ re-
linquuntur peregrino, idest qui non est
ciuis Romanus, vt deportato, vel in me-
tallum damnato, *l.1. Cod. de hæred.inst.* ex-
ceptâ tamen alimentorum causâ; nam hu-
ius legati incapaces non sunt deportati,
vel in metallum damnati, vt probant iura
in l.3. ff.de his quæ pro non script. habent. l.cùm
Vlpianus 74

Vlpianus 16. *ff. de interdict. & relegat.* prosequitur Cuiac. eleganter explicans *in dict.*
75 §. *& cum triplici.* At circa ea, quæ pro non scriptis habentur, nihil de nouo introduxit Imperator, sed iura vetera intacta, atque illibata præcepit custodiri in omne æuum, *in §. in primo, eiusdem legis vnicæ, Cod. de caduc. tollend.* iam verò diximus ea sine onere non remanere, nisi perrarò, iuxta tradita & explicata suprà *à n.* 59.

76 Circa ea verò, quæ viuo testatore deficiebant, distinguenda sunt tempora, & hæc sunt quæ *in dict. §. & cum triplici*, in causam caduci esse dicuntur, videlicet quæ post testamentum factum viuo testatore deficiunt morte naturali hæredis, vel legatarij, vel conditionis defectu; namque secundùm ius antiquum similiter pro non scriptis erant, quippe deuenerant ad eum casum, à quo incipere non poterant, argumento legis *pro parte* 11. *ff. de seruit. l. debitor* 82. *vers. Quod si viuo. ff. de leg.* 2. *l. existimo* 96. *l. pluribus* 140. *ff. de verbor.*
77 *oblig.* sed rogatâ lege Papiâ postea in causam caduci affecta sunt, *dict. l. vnic. §. pro secundo*, idest obnoxia fisco, si morte naturali hæredis, vel legatarij, vel defectu conditionis deficerent. Non si seruitute, vel deportatione, quamuis intercidere dicerentur, *l. intercidit* 59. *ff. de condit. & demonstr.* ius tamen antiquum vigebat, & Fisco non applicabantur, *l.* 3. §. 1. *ff. de his quæ pro non scriptis habent.* quam ita latè explicat Cuiac. *loco suprà citato.* Sed con-
78 stitutione Iustiniani, quod est vltimum tempus, ab his quasi caducis excluditur fiscus, & restituto iure antiquo pertinent ad substitutum: quod si nullus sit substitu-
79 tus, accrescunt coniuncto, idest cohæredi, vel legatario; substitutus namque præfertur coniuncto, *l.* 2. §. 1. *ff. de bonor. possess. secundùm tab.* Quia hic venit ex tacita voluntate; ille verò ex expressa, & expressa voluntas facit cessare tacitam: quod si nullus sit substitutus, vel coniunctus, ea quæ in causa caduci sunt, remanent apud hæredem vel legatarium, vel alium quemlibet, à quo iure relicta sunt; quia vt optimè notat Cuiac. *in §. pro secundo, d. l. vnicæ*, substituto datur primus locus, coniuncto secundus, ei à quo relicta sunt tertius,
80 & hoc est, quod de nouo solummodò introduxit Imperator *in dict. l. vnic. d. §. pro secundo*, idest aboleuit in hac parte legem Papiam, & ius antiquum restituit.

81 Licet verò scribat *in dict. §. pro secundo*, omnes personas, quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiam grauamen quod ab initio fuerat complexum omni modo sentire debere, non ex eo bene intulit Faber *lib.* 18. *coniect. cap.* 14. repetitionem legatorum de nouo induxisse, id enim iam inductum erat vel ex iuris regulis, si hæredes omnes vel simpliciter, vel sub appellatiuo nomine grauasset testator (eadem ratio est de legatario, vel fideicommissario) vel ex Seueri & Antonini constitutione, quæ ex coniecturata defuncti voluntate etiam nominatim relicta repetebat. Quod apprimè sine dubio pro- 82
batur, quippe quod ea quæ recidebant in fiscum, ex præfatis legibus cum oneribus recidebant in Fiscum, *l. in facto* 60. (quæ habet inscriptionem Paul. *lib.* 7. *ad leg. Iul. & Pap.*) §. 1. *ff. de condit. & demonstrat.* Deinde quibus in casibus non recidebant in Fiscum, veluti liberis, aut parentibus hæredibus institutis, *dict. l. vnic. Cod. de caduc. tollend. in princip.* vel vsufructu leto (nam vsusfructus nunquam recidit in Fiscum, neque caduci, neque veluti caduci iure,) his casibus remanent apud eos à quibus relicta erant, similiter cum suis oneribus, *l. si ab eo* 9. *ff. de vsufruct. legat.* ergo euidentissimè concluditur contra Fa- 83
brum eam repetitionem onerum non esse inductam de nouo constitutione Iustiniani: sed quæ diximus de onere sequendo substitutum, vel coniunctum, vel eum à quo relictum est, explicabis optimè cum eodem Iustiniano *in §. ne autem, eiusdem* 84
leg. de cuius materia videbis Manticam *de coniectur. vltimar. lib.* 11. *tit.* 17. *num.* 10. & *de tacit. tom.* 2. *lib.* 14. *tit.* 42. *num.* 20: Gomez 1. *tom. cap.* 12. *num.* 37. Galganet. *de condit. & demonstr. part.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 8. *num.* 2. Menoch. *d. præsumpt.* 108. *à num.* 13. Peregrin. *de fideicom. art.* 16. Mol. *lib.* 1. *c.* 6. *à num.* 23. citati per Larr. 2. *tom. alleg.* 51. *num.* 4. Castil. latè *lib.* 66. *cap.* 117. *ferè per tot.* quibus locis latissimè de repetitione qualitatis, & conditionis.

Circa ea verò quæ propriè caduca sunt, 85
vt facilè intelligatur quid lege ipsa Papia esset constitutum, & quid introductum (eâ abditâ) Imperatoris Iustiniani constitutione; oportet distinguere & separare hæredes suos ab extraneis: & rursus oportet separare ipsos extraneos, quando vnum insolidum testator, vel quando duos, seu plures ex partibus instituit. In priori casu, quando nempe instituti sunt sui hæredes, nihil cautum extabat *l. Iulia & Papia*: & ratio erat, quia illud propriè 86
caducum erat, & appellabatur lege Papia, quod deficiebat post testatoris mortem, sed ante apertas testamenti tabulas, *dict. l. vnic. §. in nouissimo.* Sed sui hæredes, siue

ex parte, siue ex asse scripti sint, statim à
morte testatoris, etiam clausis testamenti
tabulis, ipso iure hæredes existunt inui-
87 ti, etiamque ignorantes, *l.3. ff. de iur. de-*
liber. l. apud hostes 8. Cod. de suis & legitim.
hæredib. l.2. §. si quis ex libertis, ff. de Tertyl-
lian. & quidem hoc semper obtinuisse,
etiam lege Papia vigente, ostendit textus *in*
88 *l. in suis 14. ff. de suis & legitim. hæredib.* quæ
cùm sit scripta ad legem Papiam, tenet in
suis hæredibus non esse necessariam adi-
tionem, quia inquit, statim ipso iure hæ-
redes existunt: statim, idest ante aper-
tas tabulas existere, est proprium suorum,
quod est apparere de repente: ergo circa
hanc speciem nihil introduxit Iustinian.
neque opus erat introducere. Similiter
quando extraneus ex asse institutus erat,
poterat adire hæreditatem statim à morte
testatoris, etiam clausis tabulis testamenti,
89 *l.1. §. vlt. ff. de iur. & facti ignorant. l. mul-*
tùm interest 21. circa finem, ff. de condit. &
demonstr. ac proinde eodem modo circa
hanc speciem nihil de nouo introduxit
Imperator: quando verò extranei pro par-
te erant instituti, tunc adire non poterant
hæreditatem, nisi apertis tabulis, vt bene
probat textus *in dict. l. multùm:* & ideo
quod deficiebat ante illas apertas, cadu-
90 cum fiebat. Et ob hanc causam Vlpianus
lib.8. regul. cùm definit caduca, de hære-
de scripto ex parte loquitur, non de hære-
de scripto ex asse. Et similiter Senatus-
consultum quod factum est authore Adria-
no de petitione hæreditatis, loquitur de
partibus hæreditatis caducis, non de asse
caduco, *l. item veniunt 20. §. ait Senatus,*
ff. de hæred. pet. ibi: *Cùm antequam partes ca-*
duca ex bonis rustici fisco peterentur, &c. sed
ne supradictis obstet sequens versiculus,
sed & si ex asse fiat, Senatusconsultum locum
habebit, intelligendus est cum Fabro *in ra-*
tionali ad illum, & lib.3. coniect. cap.16. ita
vt verba illa accipienda sint de omni hæ-
reditate, quando per partes tota caduca
fieret: vel referas prædicta verba ad cœli-
91 bem hæredem institutum, qui tamen in-
tra centum dies legi non paruit, iuxta Vl-
pian. *in fragmentis, tit.17.* quod malim di-
cere, quàm verba illa emendare, prout
emendat Cuiac. *in dict. §. pro secundo, in*
92 *vers.3. ordo.* In hac igitur specie correxit
Imperator Papiam legem, statuitque hæ-
reditates pro partibus relictas posse adiri à
morte testatoris, & ante apertas testa-
menti tabulas; similiterque introduxit
dies legatorum cedere à die mortis, non
verò à tabularum apertura, sicut caduca-
riæ leges postulabant, *dict. l. vnic. §. Cùm*
igitur, & *in §. in nouissimo, Cod. de caduc.*
tollend.

Hæc diximus, vt videatur; non benè 93
Fabrum repetitionem legatorum Iustinia-
no tribuisse, cùm nulla ante Seueri Consti-
tutionem, de qua *in dict. l. licet 71. ff. de le-*
gat.1. esset coniecturata, etiam circa lega-
ta nominatim relicta. Sed vtcumque sit, 94
summè notandi sunt DD. *suprà citati, à*
num.9. qui contrarium responderunt, sup-
posito apertissimo textu *in dict. §. pro secun-*
do, & supposità eius eleganti ratione, ibi:
Neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem
amplectitur, onus autem ei annexum contem-
nit. Nam cùm Pragmatici sint, qui quæ-
stiones definire debent secundùm ius
quod actualiter viget, omni modo respon-
dere debebant siue per dictam legem *Li-*
cèt, siue per dictum §. *Pro secundo*, legata,
seu fideicommissa etiam nominatim relicta
debere intelligi repetita vel à substituto,
vel à cohærede.

Neque excusari possunt, si dicant tex-
tum *in d. §. pro secundo*, non esse intelligen-
dum de legatis, vel fideicommissis repe-
tendis à substitutis, vel cohæredibus, sed
potiùs de oneribus conditionum, siue in
dando, siue in faciendo consistentium:
quod explicare videtur textus alter se-
quens *in §. ne autem*, eiusdem legis vnicæ.
Quia respondebitur verba textus *in dict.*
§. pro secundo, hanc restitutionem non ad-
mittere, sed generalia esse ad quæcunque
onera, atque grauamina, & maximè ar-
rentâ ratione dicti versiculi, *neque enim*;
vltra quod verbum *onus*, in iure nostro 95
hanc significationem recipit, vt cùm in-
quirimus an portio deuoluatur ad substi-
tutum, vel accrescat cohæredi cum one-
re, intelligamus de legatis seu fideicom-
missis præstandis, vt probat Scæuola in tex-
tu eleganti, *in l. species auri 15. ff. de auro &*
argento leg. ibi: *Respondit verbis quæ propo-*
nerentur proprietatem legatam addito onere
fideicommissi. Et *in l. hæredib. 77. in fine prin-*
cipij, ibi: *Videri fideicommissi onere liberatos,*
ff. ad Trebell. Papinian. *in l. pater filiam 14.*
§. Auia, ibi: *Sed huius quoque onus in contri-*
butionem veniret, ff. ad leg. falc. Vlpian. *in*
l.., §. si is qui 17. ibi: *An tercentorum onus fi-*
deicommissarius subeat, ff. ad Trebell. & *in*
l.2. §. vlt. ff. de suis & legitim. hæredib. ibi:
Dicendum admitti posteriorem cum onere fidei-
commissi. Celsus *in l.2.* ibi: *Quia præsump-*
tum est testatorem cum onere legatorum, ff. ad
Trebell. Paul. *in l. fin. ff. de his, quæ pro non*
script. habent. ibi: *Cum onere fideicommissi.*
Non poterit ergo admitti præfata ex-
cusatio; sed semper concludendum est,
DD.

DD. illos pragmaticos minùs benè propositæ quæstioni respondisse; quare minimè sunt sequendi, licèt plures numero sint.

96 Neque obstant argumenta, quibus ipsi mouentur; namque ad primum, nempe ad textum *in l. pater* 29. §. 1. *&* 2. *ff. de legat.* 2. responderi posse facilè videbatur, dicendo illum textum esse Celsi, qui sicut

97 & Iulianus, vt iam diximus, Trajani temporibus floruit, multoque antequam Seuerus & Constantinus vitam ducerent: nihil mirum igitur si Celsus responderit in legato nominatim relicto repetitionem cessare; cùm eam in illa specie post longos lapsos annos ex coniecturata testatoris voluntate introducerent prædicti Imperatores. Ita responderunt Donel. *lib.* 8.

98 *comment. cap.* 29. *vers. Substituto similis est:* Cuiac. *ad tit. ff. de legat.* 1. *in l. si duob.* 16. *vers. quinta quæstio à verbis, obstabit scilicet:* & *ad tit. Cod. de cad. toll. in princip. vers. & hoc est etiam:* & ante eos senserat Gloss. *extitisse, vers. Tu dic secundum Azonem, in dict. l. Celsus, & in dict. l. vnic.* §. *pro secundo, verbo Sentire, circa finem, Cod. de cad. tollend.*

99 Sed quamuis Celsus cùm ante rescriptum vitam degeret, absque dubio responderit legata, seu fideicommissa nominatim relicta non esse repetenda à cohærede, vel substituto; non tamen talis Celsi mens est in specie, de qua agit *in dict. l. pater*, à principio, neque ad finem, sed longè diuersa, & adeo iuri consona, vt sibi locum vendicet tam ante, quàm post rescriptum Seueri, & Iustiniani constitutionem.

100 In principio textus hanc speciem proponit Celsus: Catulus filiam ex asse hæredem instituit, libertoque ducenta legauit, & petit ab eo, vt ea concubinæ suæ daret; libertus viuo testatore decessit: in hac specie respondet Consultus, quod ei relictum erat, apud filiam remansurum, sed esse cogendam fideicommissum concubi-

101 næ reddere. Fluit quidem interpretatio huius textus ex dictis suprà, quippe cùm proponatur filia hæres instituta, & suis hæredibus erubuerit lex Papia iugum suum imponere, licèt libertus decesserit viuente adhuc testatore, legatum non incidit in caduci causam, idest non fit obnoxium fisco, sed secundùm ius vetus habetur pro non scripto, cùm deuenerit ad casum à quo incipere non possit, deficiente persona cui legabatur, *l.* 3. *ff. de his quæ pro non script. hab.* cum aliis iam suprà à nobis adductis, *à num.* 76. Ideo verò legatum ibi habitum pro non scripto remanet cum onere, quia testator ne inhonesto legato & filiæ verecundiæ minimè decenti eam oneraret, liberti fidem, & ministerium elegit, ad quem non legati commodum pertinere voluit, sed voluntatis obsequium. Cùm igitur ea de causa non ipsi liberto, sed concubinæ ab initio relictum videatur, hinc fit, vt omissâ mediâ liberti capientis personâ, concubinæ persona spectetur, & perinde filia teneatur ac si ab initio non liberto, sed concubinæ legatum relictum fuisset, argumento textus *in l.* 3. §. *etiamsi quis, iuncto* §. *sequenti, ff. de legat. præst. l. cùm dotem* 57. *ff. ad leg. Falcid. l. avia* 77. §. *Titius, ff. de cond. & demonstr.* Et hac de causa cùm statim à principio potiùs ipsa filia, quàm libertus grauata censeatur, hunc casum non adjunxit aliis illis duobus, in quibus solummodò remanent onera salua in his, quæ pro non scriptis habentur, de quibus egi *à num.* 61. *&* 62. 102 103

Continuando hanc hypothesim dicit I. C. *in* §. 2. quod si filio hæredi pars eius, à quo nominatim legatum est, accrescat, non præstabit legatum, quod iure antiquo capit. Est intelligendus §. *hic*, vt loquatur cohærenter Consultus de portione deficiente, non per repudiationem cohæredis, sed potiùs quia ipse cohæres defecit in testatoris vita: quia licèt portio extraneis hæredibus institutis, tanquam quasi caduca ad fiscum deuolueretur, non ita est filio hærede instituto, sed filio ipsi accrescit: & cùm accrescat tanquam habita pro non scripta, quod statutum erat iure antiquo, idest non vigentibus in filio caducariis legibus, sed iure veteri, quod ante eas erat, tanquam pro non scripta habita remanet sine onere, iuxta supradicta *à num.* 60. 104 105

Hac igitur ratione meritò asserit Celsus *in dict.* §. 1. quod alicuius hæredis nominatim fidei committitur, posse videri ita demùm dari voluisse si ille extitisset hæres. Nam si non extiterit, & viuo testatore decedat, & institutus sit filius, vel alia persona circa quam vigorem non habuit dicta Papia lex vnica *in princip. Cod. de cad tollend.* pars deficiens habetur pro non scripta, & legata seu fideicommissa habentur ac si à principio inutilia essent, cùm deficiat illa persona à qua dabantur; atque ideò non potest tractari de eorum repetitione ad grauandum cohæredem, *l. quidam* 14. *ff. de iur. codicill.* & ita hunc textum intellexit sapientissimus Præceptor Valenc. *tract.* 1. *cap.* 4. *à num.* 5. *vsque ad* 10. quo vero intellectu 106 107

tellectu sequuto apparet neutiquam facere dictam legem *Celsus*, pro opinione in cuius adducitur fundamentum.

108 Ad secundum argumentum deductum *ex l. si plures 98. ff. de leg. 3.* omissâ interpretatione Alciati, quam rectè credo impugnari per Menoch. *dict. præsumpt.* 108. *n.* 27. respondet Cuiac. *tract. 2. ad African.* dum

109 explicat legem 15. *ff. de iur. codicill.* necnon Donel. *lib. 8. comment. cap. 29. vers. Sed regula*, loqui ibi Consultum de pluribus institutis, qui in eodem gradu sint: & ait eius resolutionem ad institutum, & substitutum non pertinere. *Cùm enim testator in pluribus institutis à quibusdam nominatim quid legat, non potest alio consilio* (verba hæc, & sequentia sunt Donelli) *id fecisse videri, quàm vt cæteros legato eximeret, qui ex persona tantum sua teneri potuerunt, non ex persona eorum, qui nominatim dare iussi sunt. Cùm igitur de instituto, & substituto, si quid ab instituto leget testator, tantum abest vt videri debeat id fecisse substituti eximendi causâ, vt potius existimandus sit fecisse illius pariter onerandi, quoniam substitutus tenetur ex instituti persona, vtpote in locum eius substitutus.*

110 Sed hæc solutio displicet; quia apertè Paulus *in dict. l. si plures*, loquitur de hæredibus plurium graduum, idest de institutis, & substitutis. Quapropter Osuald.

111 *in dict. cap. 29. lit. E.* prædictam legem *si plures*, ita accipiendam esse opinatus est, si sic nominatim damnet testator hæredem primi gradus, vt inde appareat eum nolle sequentem gradum onerare. Quam solutionem in effectu videtur tradidisse Paul. Castr. *in l. licet 74. num. 4. circa finem,*

112 *ff. de legat.* 1. Sed certe huic solutioni acquiescere non possum. Moueor quia ante versiculum *itaque*, posuit IC. duas legandi formas, quibus hæredes omnium graduum ad legatorum præstationem adstringuntur. Prima si testator dixerit: *Quisquis mihi hæres erit*; & vt doceat formulam, quâ testator vti debeat, ne omnes gradus, sed aliquos comprehendat, docet nominatim damnare debere. Vnde rectè concluditur textum dicere grauamen non esse repetendum ad omnes gradus, si nominatim aliqui damnentur, demonstrans solummodò ex grauamine nominatim posito denegari repetitionem ad alios gradus. Non rectè ergo Osuald. addidit, ita nominatim debere grauari primi gradus hæredem, vt inde appareat sequentem grauare noluisse, quasi quod alio superaddito opus sit ad significandam testatoris voluntatem.

Minùs audiendus est Fachineus *controvers. lib. 5. cap. 39. vers.* ad primum, qui intelligit textum hunc de iure vigente ante rescriptum Seueri Antonini; quippe quod huius legis author est Paulus *lib. sing. de forma testam.* qui Iurisconsultus Alexandri Mammeæ temporibus floruit, & eiusdem Alexandri Principis fuit Consiliarius, & Papiniani Prætorio Præfecti cum Vlpiano assessor, vt testatur Lampridius *in illius vita*, & constat *ex l. lecta, ff. de reb. cred.* & Vlpiano vita functo in eius locum subrogatus, & Prætorio Præfectus factus est ab Heliogabalo, vt refert Cuiac. *in eius vita*, quam scribit ante recitationes ad ipsius quæstiones. Ex quibus apparet vixisse post rescriptum Seueri, sicut Vlpian. & Papinian. ipsius collegæ: nutatque Faber *coniect. lib. 4. cap. 13. sub num. 6.* Caualh. *in cap. Raynald. de testam. part. 3. num. 82.* & sine dubio probatur ex textu *in dict. l. Ciuitatibus* 122. §. *lucius Titius*, de cuius intellectu iam suprà diximus *à num. 63.* vbi cùm ageret de legato à duobus hæredibus nominatim relicto, cùm solus vnus existeret, ab eo repetit partem legati, quam alter si hæres extitisset, præstare tenebatur: & satis stultè se gereret Consultus, si cùm ageret de consilio testatoris præstando secundùm ius antiquum responderet. 113 114

Quapropter omissis aliis interpretationibus respondendum existimo Consultum Paul. *in dict. l. si plures*, non de illo tractare, an portio deficiens cum onere accrescat, vel deuoluatur ad substitutum; sed potiùs docere, quo casu pluribus vel eiusdem gradus, vel diuersorum hæredibus existentibus, legata vel à quibusdam eorum, vel ab omnibus debeantur? Et respondet Consultus, si testator scripserit: *hæres meus, vel quisquis mihi hæres erit*, omnes hæredes obstrictos esse oneribus, & legatis; atque ideò si voluerit, non omnes hæredes, sed aliquos ex his legatorum præstatione onerare, nominatim damnare debere. Et ita fingenda est species: Titius tres instituit hæredes, eisque tres dedit substitutos vulgares; si voluerit omnes hæredes grauare, tam primi, quàm secundi gradus, sufficiet dicere: *Hæredes mei danto*; vel, *Quisquis mihi hæres erit dato.* Cùm enim tam instituti, quàm substituti sint hæredes, omnes in suo casu, & gradu remanent grauati. Quod si noluerit omnes grauare in primo gradu, debet duos nominatim grauare, vtpote si dixerit (cùm Petrum, Franciscum, & Antonium institueret) *Petrus & Franciscus centum præstate Titio*, clarum erit, Antonium non 115 116

grauatum

grauatum intelligi; & sic similiter si noluerit non grauare omnes in secundo gradu (cùm Ioannem, Iosephum, & Didacum substitueret) debet dicere, *Ioannes & Iosephus centum præstate*; & tunc in aperto erit, quod Didacus in gradu substitutionis non præstabit. Vides ergo, quomodo Paul. hîc nihil contra nostram resolutionem dicat: quia non negat deficientes portiones illorum, qui nominatim sunt grauati, ad cæteros cum onere peruenire, vel ad illorum substitutos, cùm de hoc non agat, & solummodò tractet de ea specie, in qua omnes extitere hæredes, siue in primo, siue in secundo gradu. Et hic sine dubio est verus, & sincerus huius legis sensus, quem tradidit (licèt non ita explicuerit) Valencia *vbi suprà, cap.4. num.*10.

117 Ad tertium argumentum deductum *ex l.1. §.id quod ex substitutione* 13. *ff. ad l.Falcid.* respondetur, textum manifestè retorqueri in oppositum, & expressissimè probare legata nominatim relicta repetita intelligi à cohærede, & substituto. Si enim non repeterentur, & corruerent, vt aduersarij dicunt, satis stultè quæreret Paulus, vtrum augerentur nunc? Cùm ergo inquirat, an augeantur legata nominatim relicta? satis apertè ostendit, ea repetita censeri, vt benè norat Carualh. *in c. Raynaldus, de testam.* 1. *part.n.*81. Valenc. *in dict. tract.*1.*c.*7.*n.*13. & notandus est Fachin. *d. c.*39.*vers. ad l.primam*, qui malè dicit textum hunc neutri opinioni fauere.

118 Sed quia textus hic contributionum materiam agit, quæ maximè affinis est repetitionum legatorum materiæ, de qua noster hic est tractatus, operæpretium erit aliquantulum textum hunc *in d.§.id quod ex substitutione*, expendere. Ad illius verò rectum intellectum percipiendum animaduertendum est, quod si testator plures hæredes instituerit, quilibet ex sua portione poterit falcidiam deducere, licèt alte-
119 rius cohæredis portio non sit grauata, *l.in singulis* 76. *ff.ad l.Falcid.* §. *& cùm quæsitum, Inst.eodem*, Donel. *lib.*8.*comment. cap.*23. *in princip.* Cuiac. *lib.*4.*obseru* 35. Pichard. *in*
120 *dict.* §. *& cùm quæsitum, per totum.* Hoc tamen intelligendum est omnibus hæredibus existentibus. Sed si vnius cohæredis portio deficiat & ad cohæredem deuoluatur, tunc distinguendum est cum Gaio *in l.quod si alterutro* 78. *ff.eodem tit.ad l.Falcid.* nempe vt si illius, qui hæres extitit, portio exhausta fuerit, adiuuentur legatarij per deficientem portionem non oneratam, & confundantur partes, partiumque legata contribuantur. Si autem pars deficiens exhausta sit, cùm agnita portio non fuerit grauata, partium & legatorum separatim ratio habeatur, vt perinde in portione deficiente lex falcidia locum habeat, ac si ad eum ipsum pertineret, à quo defecta est: quod Interpretes ita solent explicare dicentes, quod quoties portio integra accedit portioni oneratæ, augeantur legata; quoties verò integra portio onerata ad-
iungitur legatariis, non proficiat. Sed ita in 121
hoc casu in singulis portionibus falcidia imponatur, quemadmodum in singulis hæredibus solet poni, *l.*1. *§ si cohæredis* 14. *l.in ratione* 11. §.*quæsitum* 7. *ff.ad l. Falcid.* Ratio est, quia legata quæ deficiunt, & apud hæredem remanent, cæteris legatariis proficiunt, & hæredi in quartam im-
putantur, *d. l.quod si adultero, vers. quia &* 122
legata. Eodem ergo modo pars hæreditaris, quæ accrescit, proficere debet ipsis legatariis, & in quartam hæredi imputari, cùm iure hæreditario capiatur, *l. quod bonis* 13. §.*fructus, l.quod autem* 74. *l.in quartam* 90. *ff.ad l.Falcid.* & quamuis hæc ratio prima fronte videatur posse applicari etiam illi
speciei, in qua pars exhausta accrescit; ni- 123
hilominus ratio diuersitatis in eo consistit, quia non potest eadem portio locum principalis & locum accessionis obtinere, *l.cum qui ades, ff.de vsucap.* vnde cùm pars deficiens, quæ agnitæ portioni accedit, accessio sit, principalem augere, vel replere commodè valet; ipsam autem per principalem portionem augeri aut repleri absurdum esset, cùm ex eo sequeretur principalem rem accessionis ius sequi, & illius esse
accessionem, contra regulam textus *in* 124
l.quod per manus 10. *ff.de iur. codicill. l.in rem* 25. § *in omnibus, ff.de rei vend. l.cùm aurum* 19. §.*simili modo, &* §.*perueniamus, ff.de auro & argent.legat.* Quam rationem differentiæ post Cuiac. *lib.*29.*quæstionum Papin.in l.in ratione* 11.§.*quæsitum, ff.ad leg.Falcid.* perpendit Valenc. *vbi suprà, c.*7.*n.*4. Hoc in partibus
iure accrescendi coniunctis apud omnes 125
constat, traditque Bart. *in dict. l.rationem*, §.*quæsitum, vers. aut portio grauata*, & *l.qui fundum* 86.§.*vlt.n.*4. *ff.ad l.Falcid.* & ibidem Alexander Duareren. *ad tit. de l.Falcid.c.*8. Doctissimus Ant.Gouean. *ad eum tit.in l.*1. §.*si cohæredis*, Donel.*lib.*8.*comment.c.*23.*vers. & hæc ita*, & *vers.sed de vtraque parte*, & ibi Osuald. *in notatis, lit. A.* Cuiac. *lib.*4. *obseru.* 35. & *lib.*29.*qq.Pap. in d.l.in ratione* 11.§.*quæsitum*, Faber *lib.*4.*coniect.c.*13.*n.*2. explicatque benè Carualh. *in c. Raynaldus, de testam.p.*3. *à num.*70. *vsque ad* 74. expenditque subtiliter Valenc. *vbi suprà, c.*7. *à n.*1. *cum seqq.*

Punctum tamen difficultatis est, quid 126

dicendum sit, si cohæres vulgariter fuerit
cohæredis substitutus, an scilicet sint con-
fundendæ & commiscendæ portiones, an
verò separandæ quæ habentur ab institu-
tione, & à substitutione, vt habeat locum,
vel cesset falcidia? Qua in re vna docet
opinio, quod siue portio deficiens sit one-
rata, siue integra, & siue illa, cui accedit,
onerata fuerit, siue non onerata, contribui
debeant legata, & portiones confundi, &
127 commisceri: docent Bart. *in d.l.qui fundum,*
§. qui filium, & ibidem Alex. Gouean. *in*
d.l.1.§.id quod ex substitutione, Anton. Fab.
d.cap.13.n.3. Cuiac. *lib.61. Digest. Iuliani,*
in l. qui fundum, §.qui filium, ff.ad leg. Fal-
cid. Carualh.*vbi suprà, num.75.*

128 Altera verò opinio tenet non commis-
cendas esse portiones, neque legata debe-
re contribui, si portio quæ accedit onerata
sit; illa autem cui accedit, integra fuerit,
etiamsi ex vulgari substitutione accedat.
Hanc tenet Cuiac. *dict. lib.4. obseru.35.* &
lib.29.quæst. Papinian. in d.l.in ratione, dict.
§.quæsitum, Donel. *dict.cap.23. d.vers.Sed de*
vtroque, & ibi Osuald. *lit.D.* Sed in confli-
129 ctu harum opinionum primam tenendam
existimo. Moueor textu expressissimo *in*
l.qui fundum 87. §.qui filium, ff.ad leg.falcid.
hæc est species. Testator filium suum im-
puberem, & Titium æquis partibus hære-
dem instituit, à filio totum semissem le-
gauit, à Titio nihil, & Titium filio sub-
stituit. Titius ex institutione adiit, & im-
pubere filio mortuo, ex substitutione hæ-
res extitit. In hac specie quæsitum est, an
solida legata præstare debeat Titius. Ra-
tio dubitandi est, quia in hac præfata spe-
cie pars onerata parti non oneratæ non ac-
cessit, & vt suprà iam vidimus, quando
pars onerata parti non oneratæ accessit,
non fit contributio. Sed contrarium res-
pondet Consultus, ac refundendas esse
portiones docet, & legata in contributio-
nem ventura, si filius antequam patri hæ-
res extitisset, decessisset, idest si Titius suc-
cesserit ex substitutione vulgari compre-
hensa in pupillari, *l.iam hoc iure 4. ff. de*
vulg. ea elegantissima ratione, quia confusi
duo semisses id effecerunt, vt circa legem
Falcidiam totius assis ratio haberetur, &
solida legata præstarentur. Ecce ergo tex-
tus expressus in quo pars onerata accedens
ex substitutione vulgari non oneratæ ita
operatur confusionem semissium, vt pro-
ficiat legatariis ipsa accretio.

130 Neque textus adeò apertus potest ad-
mittere restrictionem Donelli *ad c.23.vers.*
vna hic exceptio est; cùm non possit dari dif-
ferentiæ ratio congruens inter illum ca-
sum, in quo fit locus substitutioni vulgari
per mortem deficientis in vita testatoris,
vel post mortem ipsius, aut quando defi-
cit per repudiationem.

Multoque minùs admittenda est solutio 131
Cuiac. *in dict. obseru.35.* subintelligentis in
hac specie Iuliani generalem repetitionem
legatorum, id enim solummodò poterit in-
seruire ad repetenda legata, etiam nomi-
natim relicta ante Seuerum, quando flo-
ruisse agnoscimus Iulianum; sed nihil va-
lere potest ad denegandam falcidiæ de-
ductionem, qua vti poterat ille alter cohæ-
res deficiens, si hæres extitisset, vel adiis-
set; quod pungit Fab. *in d.cap.13.n.4.*

Moueor etiam sequenti ratione, quia il- 132
le qui ex parte hæres institutus cohæredi,
si hæres non erit, substituitur, similis est ei
qui ex parte hæres institutus est purè, &
ex parte sub conditione, *d.l.1.* §.quod ex
substitutione. Sed in ea specie, in qua quis 133
ex parte purè, & ex parte sub conditione
hæres instituitur, portiones commiscen-
tur, & legata contribuuntur, *l.in ratione 11.*
§.quæsitum, d.l.qui fundum 87.§.si tu ex par-
te 3.ff.ad leg.falcid. Ergo similiter commis-
ceri debent partes, & legata contribui,
quando cohæres alteri cohæredi substi-
tuitur. Rationem autem differentiæ assig- 134
nant, quos sequimur DD. inter ius accres-
cendi, & ius substitutionis, quòd per ac-
cretionem ipso iure absque expresso iudi-
cio testatoris pars grauata pertinet ad co-
hæredem. Meritò ergo non iuuabitur per
alteram partem non grauatam. At quando
ad eum pertinet iure substitutionis, ei ac-
quiritur expresso testatoris iudicio. Rectè
ergo portiones confunduntur, & legatis iu-
uabitur per alteram partem non exhaustã.

His sic notatis iam fas est accedere ad in-
terpretationem textus *in d.l.1.§.id quod ex*
substitutione, quem pro tertio argumento 135
adduxerunt DD. Docet ergo Paul. in eo
textu, id quod ex substitutione cohæredis
ad cohæredem peruenit, proficere legata-
riis: *Is enim heres* (verba sunt Consulti)
similis est ex parte purè, ex parte sub con-
ditione heredi instituto: quod est confor-
me à nobis supra, & modò traditis. Posteà
ait: *Sed ea quæ ab eo legata sunt, si omise-*
rit hereditatem, non augebuntur. Hîc lo- 136
quitur in casu contrario, nempe quando
pars grauata aduenit parti non grauatæ:
& in hoc versiculo fundantur Cuiac. Do-
nel. & Osuald. *in locis suprà citatis*, vt
existiment partem grauatam aduenientem
etiam iure substitutionis vulgaris, non
commisceri cum non grauata, vt legata
contribuantur; quia opinantur in dicto
versiculo

versiculo retinere Consultum thema, de quo in principio egerat, vbi loquutus fuit de parte alteri aduenieute iure substitutionis. Sed eùm in contrarium sit expressissimus textus à nobis suprà ponderatus *in dict. §. qui filium*, omisso Cuiac. *ibi*, placet
137 magis interpretatio Fabri *in dict. cap.* 13. Goueani *in dict. l.* 1. *§. id quod ex substitutione*, quam sequitur Valenc. *dict. cap.* 7. *n.* 10. videlicet partem hanc, de qua loquitur dictus versiculus *sed ea*, grauatam alteri non grauatæ non aduenire iure substitutionis, sed solummodo iure accrescendi; quia non est ponenda species de duobus hæredibus, v.g. substitutis ad inuicem, sed tantummodò in duobus hæredibus, quorum vnus tantùm alteri fuit substitutus; & ideò in priori specie agit Paul. de parte adueniente iure substitutionis, quia nempe testator institutum grauatum substituit cohæredi non grauato, non verò etiam vice versa non grauatum substituit grauato: & ideò pars grauata *in dict. vers. sed ea*, aduenit non grauatæ iure solummodò accrescendi: quapropter rectè docet Consultus legata nominatim relicta à grauato repudiante non augeri; augeri verò illa quæ relicta sunt verbis generalibus, *quisquis mihi hæres erit, &c.*

138 Et ratio differentiæ est, quia legata nominatim relicta repetuntur à cohærede virtute rescripti Seueri. Ergo cohæres sic debet ea præstare, quemadmodum ea præstaret hæres eis grauatus. Cùm ergo certi iuris sit, hæredem grauatum legis Falcidiæ beneficio vti potuisse, meritò cohæres qui in eius locum reponitur, eodem beneficio vti potest: non sic autem quando le-
139 gatum relinquitur per verba, *quisquis mihi hæres erit*; quia absque beneficio rescripti similia verba tenent & cohæredem & substitutum; & ideo cùm in rei veritate cohæres ex portione sua non grauata quartam habeat, non est cur vtatur falcidiæ beneficio: sentit Valenc. *vbi suprà*, expenditque latiùs Carualh. *in d.* 3. *p. à n.* 79. *à vers. Qua-*
140 *propter*. Concluditur ergo manifestè ex dictis textibus minimè facere pro contraria opinione, quin immò probare manifestissimè legata etiam nomine proprio relicta intelligi repetita; non enim inter modum legandi nomine proprio, vel generaliter distinguit Consultus ad repetitionem concedendam, vel negandam, sed solummodò ad contributionem imponendam, vel non.

141 Neque contra supradictum intellectum potest obiici *§. si cohæredis*, qui totus est de iure accrescendi, & immediatè adiungitur *§. id quod ex substitutione*, antecedenti, pon-

derando omnino reddi superfluam contexturam dicti *§. Si cohæredis*, si *in d. vers. sed ea*, iam egisset Paul. de ea specie, in qua pars grauata accresceret non grauatæ. Quia respondendum est sequentem *§. si cohæredis*, prosequutum fuisse Consultum ad comprobandam resolutionem, quam præstiterat *in d. vers. sed ea*; atque in ea quæstione 142
quando portio exhausta accrescit, integrè dissensisse Cassianos & Proculianos; quia Cassius cum discipulis confundendas esse portiones existimabat, Proculus cum discipulis contrà, id est non confundendas; in qua specie & Iulianum Proculo assensisse refert, vt probet adeò Cassij incertam esse resolutionem, vt ab ea discederet Iulianus, cùm aliàs Cassianus esset; & ait Paul. *Quam sententiam probabiliorem esse puto*: quibus verbis apertè ostendit confirmare id, quod prædixerat *in dict. vers. sed ea*. Sed tunc vi- 143
dentur facere ingentem difficultatem sequentia verba, *Sed & Diuus Antoninus iudicasse dicitur commiscendas esse vtrasque partes in computationem legis falcidiæ*. Quibus videntur destrui omnia, quæ vsque huc dicta sunt, & præcipuè tradita suprà, *à n.* 120. quare Iacob. Cuiac. *lib.* 4. *obseru.* 35. nega- 144
tionem in hoc versiculo deesse existimauit, & legendum putauit, *non commiscendas*. Et sanè meo videri, si aliquis extat locus, qui corruptus apparere possit, ille est: tum quia post suam scriptam sententiam Paul. Antonini sententiam refert, per hæc verba: *Sed & Diuus Antonin.* quæ videntur mouere in confirmationem illorum, quæ antecedenter, & immediatè dixerat: tum etiam ne videatur plenum audacia, Iurisconsultum contra Imperatoris sententiam de iure respondere: non licet tamen verba textuum corrigere, neque mendum aliquod in illis supponere, multoque minùs admittere.

Quapropter dictum sensum præfati *§. si* 145
cohæredis, in d. vers. sed & Diuus, dicendum illum esse, vt asserat Paul. Proculi, & Iuliani sententiam sequendam, etiamsi pro Cassij opinione iudicasset Antoninus, vt ostendat decreta Principum, vel in controuersiis sententias, neque ius facere, neque pro lege haberi, nisi inualuerint, vsuque recepta sint. Et ita textum hunc explicuit etiam ipsemet Cuiac. *lib.* 5. *obseru.* 14. *& lib.* 29. *quæstion. Papiniani, in l. in ratione* 11, *in §. quæsitum, ff. ad l. Falcid.* Anton. Fab. *lib.* 4. *coniectur. c.* 13. Duar. *ad leg. Falcid. c.* 8. neque nouum est, Paulum decretis 146
Principum non assentire, immò cedere potiùs iuris rationi, & dictamini, vt constat *ex l. Æmilius* 38. *ff. de minorib.* ibi:

Imperator autem motus est, &c. iunctis illis aliis verbis, ibi: *Dicebam posse magis*, &c. *l. Clodius* 97. ibi: *Pronuntiauit Clodium intestatam decessisse, ff. de acquir. hæred.* iuncto Cuiac. *in l. si duobus* 12. *ff. de bonor. possess. contra tab.* ibi: *Quod tamen Paulus ait esse iniquum.* Itaque refert tantùm, non verò approbat Imperatoris rescriptum, *l. Paulo Callimacho* 27. *§.*1. *ff. leg.* 3. *l. vlt. ff. de iur. fisc.* & hæc sufficient pro solutione tertij argumenti in oppositum adducti: reliqua quæ pertinent ad totalem explicationem materiæ contributionis legatorum ad excludendam falcidiam in DD. suprà citatis videbis.

147 Ad quartum argumentum deductum *ex l.*1. *Cod. si omiss. caus. testam.* respondeo cum Cuiac. *in recit. ad illum text. vers. Et secundùm hunc ordinem*, dictam legem fuisse priorem illo rescripto eorundem Imperatorum, de quo fit mentio *in dict. l. licèt*, quia fuit emissa hæc lex initio Imperij Seueri, & Antonini, vt subscriptio Consulum demonstrat, *Dexter & Priscus.* Ergo tempore editæ huius legis 1. nondum legata relicta nominatim ab instituto censebantur repetita à substituto: quare in ea consideratur fraus, & illius participatio, & præmium, vel quod defuerit, vt actio vtilis legatariis competat aduersus hæredem substitutum: quæ si assequutus esset

148 Fachin. *d. cap.* 39. *vers. Quæsitum est*, haud diceret se non videre, quomodo textus hic faciat ad rem; multùm namque renerà vrget pro contraria opinione, si illius principij tempus nos percipere non fecisset Cuiac.

149 Ad vltimum argumentum de quo *n.*8. *&* 9. à ratione, & ab authoritate respondemus meliores rationes vigere pro legato repetendo, etiam nominatim relicto, quales sunt suprà positæ, *à num.*12. vt consideranti facilè patebit: & quod attinet ad authoritates DD. non sunt inferioris nominis, qui nostram resolutionem amplectuntur; immò secundùm iuris normas præcisè resolutio nostra in praxi sequenda est, vt constat ex allegatis suprà, *n.*64.

150 Neque quia frequentiùs ab speculatiuis DD. hæc sequitur resolutio, ideo minùs tenenda est in praxi, sed potiùs ex eo magis amplectenda, & sequenda, cùm veritatem magis & meliùs discussam supponat: de quo vide Dian. *part.*1. *tract.*13. *de opinion. probab. resol.* 5. & de quæstione principali vide textum *in cap. officij, de test.* Ramires *de confirm. Ord. Diui Iacobi, cap.*11. *num.*32. *pag. mihi* 52. post hæc scripta visum, qui agit de legato relicto Episcopo.

CAPVT CV.

An Nuntius nepos ex fratre teneatur patruo suo Episcopo alimenta præstare, vel è contra? Vel frater Nuntius teneatur alere fratrem Episcopum?

SVMMARIVM.

1 *Nuntius frater tenetur alere fratrem Episcopum pauperem.*

2 *Quid in nepote Nuntio respectu patrui Episcopi: & ponderatur textus* in l. Titio 71. ff. de condit. & demonstrat. *pro fauore nepotis contra patruum. Vide tamen eius ratum intellectum* à n.29. vsque ad num.35.

3 *Correlatiuorum eadem est ratio.*

4 *Ponderatur ad idem intentum textus* in l. si quis à liberis 5. §. vtrum 20. ff. de agnosc. liber. *& vide* à num.36.

5 *Patruus comparatur patri, & ex eo sic denominatur.*

6 *Ponderatur textus* in l. ex duobus 27. §. final. ff. de neg. gest.

7 *Ponderatur etiam textus* in §. cùm filius 6. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer.

8 *Ponderatur etiam textus* in dict. l. si quis à liberis, §. vtrum 2.

9 *Deficiente iure scripto recurritur ad æquitatem.*

10 *Deficiente lege sufficit naturalis ratio.*

11 *Ponderatur textus* in cap. 1. de cohabit. clericor.

12 *Ponderatur etiam textus* in cap. cùm quidam 12. §. final. de iureiur.

13 *Recurritur ad ius canonicum ciuili iure deficiente.*

14 *Citantur DD. qui hanc partem affirmatiuam tuentur.*

15 *DD. qui sic pro hac parte iudicatum referunt, allegantur.*

16 *Resoluitur pars negatiua, & pro ea ponderatur textus* in l. 1. §. 2. vers. sed nonnullos, ff. de tutel. & rat. distrah. *& alia iura*, & num.17.

19 *Ponderatur lex* cùm plures 12. §. final. ff. de administrat. tut. *vbi quod valet argumentum de dote ad alimenta.*

20 *Lex* qui filium 4. ff. vbi pupil. educ. deb.

21 *Ponderatur etiam textus* in l. si instituta 27. §. de inofficios. 3. ff. de inoffic. testam.

22 *Citantur DD. qui hanc partem sequuntur.*

23 *Ostenditur*

23 *Ostenditur* Merendam *hanc eandem resolutionem sentire.*

24 *Quid in hac materia singulariter dicat Merenda, proponitur.*

25 *Quot DD. sint citati pro nostra resolutione.*

26 *Pro eadem parte allegantur etiam DD. Theologi.*

27 *Sic multoties iudicatum in variis Senatibus.*

28 *Et in supremo supplicationis Senatu.*

29 *Respondetur ad primum argumentum deductum ex textu* in l. Titio centum, ff. de condit. & demostrat. *& n.* 31. 33. 34. & 35.

30 *Non est præstanda cautio, quando modus respexit solius legatarij commodum.*

32 *Fortiores sunt termini in quibus patruus à nepote petit alimenta, quàm vice versa.*

36 *Respondetur ad secundum argumentum deductum suprà.*

37 *Quid comprehendatur sub nomine* Obsequium.

38 *Sensus legis* 1. ff. de parricid.

39 *Respondetur ad tertium argumentum deductum suprà.*

40 *Deficiente conditione deficit actus.*

41 *Ponderatur textus* in l. si patrono 15. Cod. de negot. gest.

42 *Respondetur ad quartum argumentum deductum suprà.*

43 *Consideratur textus* in l. fratri, Cod. de inoffic. testam.

44 *Respondetur ad quintum argumentum.*

45 *Æquitas non attenditur vbi scripta non est.*

46 *Respondetur ad Sextum argumentum.*

47 *Interpretatur textùs* in cap. 1. de cohabit. Clericor. *& num.* 48.

49 *Clericus quæ sibi restant, in pauperes debet erogare.*

50 *Interpretatur textus* in cap. cùm quidam, §. final. de iureiur. *& n.* 51. *&* 52.

53 *Respondetur authoritatibus Doctorum, qui ex aduerso citantur*, & n. 56. & 57.

54 *Adducitur casus specialis in nostra specie*, & num. 55.

58 *Stilus modernus in iudicando sequendus est.*

59 *Vtrum nepos ex fratre teneatur patruo alimenta præstare, tanquam possessor maioratus auiti?* & num. sequentib.

1 NVNTIVS Apostolicus, aut alius frater tenetur alere Episcopum fratrem pauperem, & alimenta ei præstare, ex regula legis 4. *ad fin.* vbi Gloss. vltima, *ff. vbi pupil. educar. debeat*, cum aliis, de quibus Boss. *de aliment. obligat. cap.* 8. §. 1. *num.* 490. *& seqq.* quibus addo Sousam de Maced. *decis.* 35. Giurb. *decis.* 5. *num.* 3. *&* 46. Cancer. *var. tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 24. Salgad. *in labyrinth. credit. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 141. Castill. *lib.* 5. *cap.* 104. *&* 164. *num.* 51. & *de aliment. lib.* 8. *cap.* 55. *num.* 6. Phœb. *part.* 1. *decis.* 46. *num.* 2. Themud. *decis.* 317. vbi loquitur etiam de redditibus beneficij & maioratus, aut commendæ: Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 61. Boss. *sup. cap.* 13. *num.* 815. *& seqq.* August. Barbos. *in l.* 1. *num.* 18. *Cod. de alend. liber.* Gratian. *cap.* 259. *num.* 22. Tondut. *qq. ciuil. cap.* 38. *num.* 13. Latrea *decis.* 47. qui etiam agunt quando, & quomodo teneatur.

Quoad nepotem maior est controuer- 2
sia, in qua videbatur dicendum, nepotem
Nuntium patruo Episcopo alimenta præ-
stare teneri, primò ex textu *in l. Titio cen-*
tum 71. *ff. de condit. & demonstrat.* cuius
species hæc est. Titio centum ita vt fun-
dum emat legata sunt; quæsitum fuit à
Papiniano, an teneatur Titius cauere de
emendo fundo? Respondet ex Sixto Cæ-
cilio, non teneri, quoniam ad ipsum
dumtaxat inplementum legati rediret. Sed
si filio fratris alumno minùs industrio pro-
spectum esse voluit, docet Iurisconsultus
Titium cauere teneri, vt fundus compare-
tur, & posteà non alienetur, ex ea ratio-
ne, quia interesse hæredis credendum est.
Sed sic est, quod aliud in specie proposita
interesse assignari non poterit, nisi quia
hæres ex tali legato à præstatione alimen-
torum liberatur. Egregiè probat hic tex-
tus patruum alimenta nepoti præstare te-
neri, siue supponamus alumnum defuncti
consobrinum, siue ipsius hæredis; nam- 3
que in priori consideratione liberatur hæ-
res ex obligatione defuncti, quem repræ-
sentat: in secunda ex propria ipsius obliga-
tione. Cùm igitur correlatiuorum eadem
sit ratio & disciplina, *l. final. ff. de accept.*
cum aliis multis de quibus Barb. *axiom.* 61.
à num. 1. sequitur necessariò quod quem-
admodum patruus nepoti alimenta præ-
stare tenetur; ita nepos patruo tenebitur.

Secundò probari videtur ex Vlpiano *in* 4
l. si quis à liberis 5. §. *vtrum* 20. *ff. de agnos-*
cend. liberis. Prædixerat Iurisconsultus *in*
§. *solet* 18. libertum teneri suo patrono
alimenta præstare: modò interrogat *in*
hoc §. *vtrum* 20. an teneatur etiam libertus
filiis patroni alimenta præstare? Et patet,
causâ cognitâ, iudices, & libertos quoque
patronorum alendos decernere debere;
non quidem tam facilè vt patronos, sed non-
nunquam & ipsos. Et ratio decidendi as-

ſignatur in ſequentibus verbis: *Nam & obſequium non ſolùm patronis, verùm etiam*
5 *liberis eorum debere præſtari.* At verò hæc eadem ratio militat in nepote reſpectu patrui, cui etiam obſequium debet; patri namque comparatur, vt conſtat ex textu *in l.* 1. ibi: *Patruum, auunculum, &c. ff. ad leg. Pompei. de parricid.* Et id importat patrui nomen, id eſt quaſi pater: notat Oſuald. *ad Donel. lib.* 9. *comment. cap.* 4. *in notatis lit. C.* Solorzan. *in tract. de parricid. crimin. lib.* 2. *cap.* 2. Ergo ex ratione huius textus videtur probari ea parte nepotem patruo alimenta præſtare teneri.

6 Tertiò ex textu *in l. ex duobus* 27. *§. fin. ff. de neg. geſt.* loquitur illius ſpecies de quodam patruo, qui alimenta præſtitit nepti ex ſorore; aſſeritque Modeſtinus ea alimenta patruum repetere non poſſe. Videtur ergo ſupponere, patruum teneri illi nepoti alimenta præſtare, & ob id ſi præſtiterit, repetere non poſſe: ergo ex ſupradicta correlatiuorum regula eandem habebit obligationem nepos reſpectu patrui.

7 Quartò ponderari poteſt textus *in §. cùm filius* 6. *Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* vbi appellatione fratris fratrum filij comprehenduntur. Cùm igitur in comperto ſit, & apud omnes indubitatum, fratrem alere teneri fratrem, Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 25. *à num.* 1. cum aliis de quibus *ſup. num.* 1. videtur dicendum, quod & frater filium fratris alere tenebitur; & per conſequens ex rationis identitate, quod & filius fratris patris fratrem alet.

8 Quintò ponderari etiam poteſt textus *in dict. l. ſi quis à liberis, §. vtrum* 20. *ff. de agnoſcend. liber.* vbi demonſtratur ius alimentandi erga conſanguineos poſitum eſſe in æquitate, ſanguiniſque qualitate. Vnde videtur dicendum, quod etiam admiſſo, quod non adſit lex, cuius virtute, & diſpoſitione hæc ſint patruo decernenda alimenta, æquitatem tamen ac ſanguinis coniunctionem ad id adſtringere. Æquitas, quia in ſubſidium iuris ſcripti ad eam recurritur, tanquam ad ius ſecretum, legemque ſecretam; cùm ratio na-
9 turalis quaſi lex quædam tacita ſit; & hæc quidem debet ſufficere, *l. ſcire oportet, ff. de excuſ. tutor.* Quapropter lege deficiente ratio ſufficit naturalis, *cap. ſecundò*
10 *requiris, in fine, de appellat.* ſanguinis ſcilicet coniunctio, & maximè tam arcta: ſæpe namque hæc obligat ad id, ad quod iuris rigor non extenditur, *l.* 1. *§. Largus, ff. de ſucceſſ. edict.* ibi: *In honorem ſanguinis, l. Aurelius* 28. *§. Titius teſtamento, ff. de liber. leg.* ibi: *Propter naturalem affectum.*

Sextò, quia etſi deficiat ius ciuile, videtur tamen clara iuris Canonici diſpoſitio. 11
Primò *in cap.* 1. *de cohabit. clericor. & mulier.* quò loci prohibetur, quod Sacerdos fœminam in domo retineat, quamuis ſit mater, amita, aut ſoror: ſed ſi qua de his neceſſitatem habuerit, videbitur quod Preſbyter illam habeat in vico, aut in villa longè à conuerſatione ſua, & ibi ei, quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtret: ergo clarè diſponit textus, quod amitæ nepos præſtet alimenta: conſequenter ergo idem erit dicendum reſpectu patrui, qui cum amita in eodem eſt gradu; ac proinde diſponit Pontifex ad filios fratrum erga patruum, vel amitam alendi obligationem extendi.

Secundò videtur probari idem intentum ex textu *in cap. Cùm quidam* 12. *§. final. de iuretur.* vbi diſponitur abſoluendum 12
eſſe à iuramento iurantem de non alendo coniuncto, ei impoſitâ competenti pœnitentiâ, quòd malè iurauerit. Vnde oſtenditur, coniuncto incumbere coniunctum alere, & in eo iuramenti malitiam conſiſtere, eo quod vergeret aduerſus prædictam obligationem. Et cùm adſit hæc iuris canonici diſpoſitio, ei prorſus obtemperare debemus, iure ciuili deficiente; ſicut enim ius canonicum in ſuis deciſionibus ſequitur ius ciuile, *cap. paſtoralis, de* 13
cauſ. poſſeſ. & propriet. cap. 1. *&* 2. *de noui oper. nunciat.* ſic etiam ius ciuile non dedignatur Sacros Canones imitari, *Auth. vt Clerici apud proprios Epiſcop. §. final.* Morl. *in empor.* 1. *part. tit.* 1. *de legib. in prælud. num.* 10. Hæc ſunt argumenta, quæ in ſpecie propoſita meo videri conſiderari poſſent pro patruo Epiſcopo aduerſus nepotem Nuntium.

Quod ſi ab authoritate argumentemur, 14
ſtant grauiſſimi DD. qui partem hanc affirmatiuam enixè ſequuti ſunt. Ita tenuerunt Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 28. *n.* 18. & poſt multos Giurb. *deciſ.* 5. *num.* 14. Monter. à Cueua *deciſ.* 16. *per totum*, Fachineus *controuerſ. lib.* 12. *cap.* 61. *verſ. Contrariam ſententiam*, Caſtil. *lib.* 4. *controuerſ. cap.* 61. *num.* 53. Boſſ. *de aliment. obligat. cap.* 8. *§.* 25. *à num.* 578. *cum ſeqq.* Themud. 3. *part. deciſ.* 300. *num.* 5. Caſtil. *de aliment. pag.* 112. *&* 673. *lib.* 8. *cap.* 27. *& cap.* 66. Salgad. *in labyrinth. creditor. pag.* 205. *num.* 134. *&* 135. *part.* 1. *cap.* 24.

Quod ſi à iudicatis rationes hauriamus, 15
ſic multoties iudicatum extat, vt in Aragoniæ Senatu refert Cueua *dict. deciſ.* 16.

&c

& in supremo Consistorio Regni Siciliæ
communi omnium voto Giurb. *vbi suprà,*
dict. num. 14. & in sopremo Castellæ Sena-
tu Molin. *de primogen. lib. 2. cap.* 15. *num.* 87.
vers. his tamen non obstantibus; & in nostro
supremo Senatu Themud. 3. *p. decis.* 317.

16 Nihilominus contraria opinio & ve-
rior, & communior est, & in hoc Regno
præcisè sequenda, prout sequuta fuit
semper in omnibus facti contingentiis. Et
quidem probatur primò ex textu *in l.* 1. §. 2.
vers. Sed nonnullos, ff. de tutel. & rat. distrah.
vbi Vlpian. in transversalibus solam soro-
rem numerat alendam; ibi: *Veluti si matri,*
aut sorori, quæ aliter se tueri non possunt,
tutor alimenta præstiterit, &c. sic demon-
strans alendi obligationem vltra eum gra-
dum in transversalibus non extendi. Re-
ctè ergo non fit extensio, neque vt pa-
truus alat nepotem, nec vt nepos pa-
truum. Concordat textus *in l. qui filium* 4.
ff. vbi pupil. educar. debeat. Nouel. quib. mod.
natural. efficiant. sui, §. Si quis igitur habens,
& alij similes, ex quibus communiter de-
sumitur, ius alimentorum transversalibus
competere ex iure, & sanguinis charita-
te; minimè tamen vltra fratres extendi.

17 Pro quo etiam expendi possunt iura *in*
l. mutus 73. §. 1. *ff. de iur. dot.* ibi: *Aut vt egen-*
tem virum fratrem, sororemve sustineat.
Quò loci comprobatur obligationem ali-
mentandi non extendi in transversalibus
vltra fratrum gradum, *l. tutor* 13. §. *in sol-*
uendis 2. *vers. Aliud est, ff. de administrat.*
& pecul. tutor. l. quamuis 20. *ff. sol. matri-*
mon. ibi: *Aut fratribus, aut parentibus con-*
suleret, &c.

18 Secundò ponderatur textus *in l. cùm*
plures 12. §. *final. ff. de administrat. tutor.* in
illis verbis: *Sed non dabit dotem sorori ex*
alio patre nata. Ex quibus probatur, fra-
trem non teneri dotare sororem vterinam,
& communiter validum est argumentum
de dote ad alimenta, vt qui dotare non te-
netur, non teneatur etiam alimenta præ-
19 stare, vt deducitur ex textu *in l. cùm post* 69.
§. *gener* 4. *ff. de iur. dot.* iuncta lege *si cui* 14.
ff. de ann. legat. & ex Gloss. *in l. ob æs, Cod.*
de prædiis minor. Enerard. *in loco de dote ad*
aliment. plures apud Ozasc. *decis.* 124. *n.* 3.
Tusc. *lit. A. concl.* 287. *num.* 174. Leon *lib.* 1.
decis. 27. *num.* 5. Lara *in l. si quis à liber. §. idem*
iudex, num. 24. *ff. de agnosc. liber.* Igitur
suppositâ prædictâ æquiparatione, idem
circa alimenta dicendum est, nempe fra-
trem non teneri sorori vterinæ alimenta
præstare: à fortiori, ergo non tenebitur
patruus sobrino, nec sobrinus patruo, ali-
menta præstare, cùm in remotiori gradu
existant, vt in specie argumentatur Lar-
rea *decis.* 47. *num.* 18. vbi asserit textum *in* 20
l. qui filium 4. *ff. vbi pupil. educ. debeat*, ibi:
Sorori suæ; intelligi, & procedere in soro-
re ex vtroque latere coniuncta, vt antea
argumentatus fuerat insignis Doctor Ro-
dericus Lopez à Veiga *in lectura ad leg. iu-*
ra sanguinis, ff. de reg. iur. in §. l. Titio cen-
tum, vers. Præterea vterina soror.

Tertiò ponderatur textus *in l. si institu-* 21
ta 27. §. *de inofficioso* 3. *ff. de inoffic. testam.*
In eius specie nepos contra patruum suum
hæredem scriptum pro portione egit, &
obtinuit: appellauit patruus. Refert Vl-
pian. placuisse interim propter inopiam
pupilli, idest nepotis, alimenta pro modo
facultatum, quæ per inofficiosi testamenti
accusationem pro parte ei vindicabantur,
decerni. Demonstrat ergo satis Vlpian.
patruum non teneri nepotem alere ex sua
persona, ex propriaque obligatione, si
quidem vt præstentur alimenta patris hæ-
reditatem considerat, vt eo respectu pa-
truus tanquam patris hæres solummodò
adstringatur.

Quod si voluerimus ab authoritate ar- 22
gumentari, hæc sine dubio opinio & re-
solutio communior est, necnon practica-
bilior, & quæ nititur non solùm maiori
Doctorum, sed etiam famigeratorum nu-
mero. Ita tradunt Angel. & Ioan. Imol. *in*
l. 1. *ff. solut. matrim.* & cum eis subtilissimus
Costa *lib.* 2. *selectar. cap.* 20. *num.* 2. loquens
in patruo respectu nepotis; ibi: *Cùm pa-*
truus filium fratris egentem non teneatur ale-
re. Afflict. *in const. Reg. Sicil. lib.* 3. *rub.* 18.
num. 14. Ripa *in l.* 1. *num.* 86. *ff. solut. matrim.*
Odofred. *in l.* 2. *Cod. de alend. liber.* insig-
nis Petr. Barbos. *in l.* 1. 4. *part. num.* 142. *ff. so-*
lut. matrim. loquens tam in patruo respe-
ctu nepotis, quàm in nepote respectu pa-
trui, ibi: *Et per argumentum à correlatiuis*
neque sobrinus tenebatur alere patruum. Va-
lasc. solitus ad id allegari *consult.* 1. *num.* 11.
vers. Quod vltimum, Garcia *de expensis c.* 3.
num. 35. *vers. Sed verius, & receptius*, vbi ap-
pellat veriorem & receptiorem senten-
tiam. Tusc. *lit. A. concl.* 287. *num.* 175. vbi
etiam loquitur in patruo respectu nepotis,
ibi: *Limita, quia patruus, & alij vltra fra-*
tres, neque ad alimenta, neque ad dotem te-
nentur. Camil. Borel. *in sum. decis. tit.* 40. *de*
vita, num. 27. Marcabrun. *cons.* 110. *in prin-*
cip. post alios Mieres *de maiorat.* 4. *part.*
quæst. 28. *sub num.* 19. *à vers. & primogeni-*
tum, vbi ait *num.* 20. se ita existimare verius
& receptius in practica: & *num.* 31. vbi
in specie, ibi: *Nec patruos, vel amitas.*
Molin. *de iust. tract.* 2. *disp.* 616. *num.* 8. *circa*
finem;

finem, Spino *in specul. testamentor. gloss.* 19. *in princip. num.* 27. illos adducens, Vvesembec. *lib.* 1. *cons.* 50. *num.* 3. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius, de testam. verb. Dotem quam ei dederat, num.* 66. ibi: *Cum etiam non teneantur ad alimenta.* Et in ipsa specie nepotis respectu patrui, Franch. *decis.* 178. *à num.* 3. ibi: *Hoc tamen onus alimentorum non extenditur ad nepotem ex fratre, scilicet vt alat patruum; non enim porrigitur vltra primum gradum, &c.* Marilian. *decis.* 99. vbi in iudicando ab hoc necesse recedendum statuit. Syluan. *cons.* 33. *à n.* 12. *à vers. Quidquid tamen sit*, vbi refert communem esse sententiam: pluribus Mastril. *decis.* 85. *à num.* 29. cum aliis etiam Molin. *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 67. & quamuis *in vers. his tamen non obstantibus*, dicat contrarium iudicatum; attamen *in seq. vers. Sed quamuis*, asserit à communi hac opinione recedendum non esse: & sequuntur ibi addentes, tanquam communiorem & veriorem, *in vers. Non. verò*, Fontanel: *de pact. som.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 3. *num.* 38. assignans eam rationem, quia id iure cautum non reperitur, etsi nostrum sit legis dispositionem extendere. Cum aliis etiam Gratian. *c.* 848. *num.* 17. ibi: *Quod non est in casu nostro, cùm simus in patruo, qui ad ista opera non tenetur.* Aliis etiam multis Giurb. *ad stat. cap.* 3. *gloss.* 3. *part.* 1. *num.* 64. *vers. patruus verò*; optimè Lar. *in l. si quis à liberis*, §. *idem rescripsit*, *à num.* 108. vbi de patruo erga sobrinum, & in sobrino erga patruum, *à num.* 125. *à vers. ex superiori*: eleganter, & omninò videndus qui loquitur in ipsissima specie de nepote erga patruum, Larrea 1. *p. decis.* 47. *per totam*, maximè *à n.* 15. quo in loco nihil videre desiderabis, quod ibi non videatur. Et sanè pro omnibus sufficiebat elegans prædictæ disputationis discursus, vt ampliùs hac de re nec dubitaretur, nec disputaretur. Eleganter, & omninò etiam videndus Salgad. *in labyrinth. part.* 1. *cap.* 24. *à num.* 153. vbi *à num.* 158. loquitur in terminis fortioribus, quando nempe frater diues alebat fratrem egenum, & obiit frater, qui alimenta præstabat. Quo in casu asserit filium fratris alimenta præstantis minimè patruo suo alimenta præstare teneri, nec illorum præstationem continuare à patre inceptam.

23 Hanc eandem solutionem sentit Merenda *lib.* 14. *controuers. cap.* 31. Quæstio huius controuersiæ fuit, an obligatio alendi in transuersalibus vltra primum gradum extendatur? Quam dubitationem decidit regulariter loquendo negatiuè. Sentit ergo, quod nepos qui vltra primum consanguinitatis gradum est, minimè obligatur ad patruum alendum. Asserit 24 tamen, quod si propinquus (& non loquitur limitatiuè ad gradum aliquem) sit benemeritus respectu alterius propinqui, vt eum alat; quod tunc index prouideat secundum suum arbitrium, & prudentiam: & sic intelligit verba illa textus *in l.* 5. §. *vtrum, ff. de agnoscend. liber.* ibi: *Singulorum desideria iudicem perpendere oportet*, prout constat ex traditis *num.* 5. his verbis: *Ex his satisfacit fundamento partis aduersæ, dicentis in legibus nostris non fuisse cautum, vt vltra fratrem teneamur alere aliquem ex iis, qui nobis sanguine coniuncti sunt ex latere*; quia distinguenda est obligatio per modum regulæ constituta, ab ea, quæ religioni iudicis remittitur: de prima enim id verum esse fateor; de secunda verò contrarium probatur *dict.* §. *vtrum.* Inter has autem obligationes illud discrimen adest, quod frater habet fundatam intentionem aduersùs fratrem diuitem; cæteri autem debent iudicibus ostendere, sese obsequio, necessitate, integrisque moribus meruisse subsidia vitæ ab eo obtinere, quem vinculum sanguinis non obligat simpliciter, sed ita demùm si probitate, & erga eum reuerentiâ sese dignum commiserationes reddiderit. Modò ad examen non reuoco, an sit vera doctrina hæc Merendæ, necne: & solùm ex ea deduco, quod ad præsens punctum pertinet; videmus namque ex verbis relatis Merendam cognoscere, & fateri, quod vltra fratrum gradum in transuersalibus alendi obligatio non extenditur: & optimè Carualho *in cap. Raynald. de testament.* 2. *part. num.* 253. & 254.

Et quia iam satis Doctorum numero fundata videtur nostra resolutio, adhuc pro coronide (cuius sanè sola authoritas absque dubio abundè sufficit) adduco doctissimum & sapientissimum magistrum communem omni æuo condecorandum Rodericum Lopez à Veiga *in l. iura sanguinis, ff. de reg. iur. in* §§. & *in l. Titio centum*, vbi eandem 25 probat, & sequitur resolutionem. Sunt ergo pro hac parte citati à nobis 32. DD. vltra perquam plurimos ab eo laudatos insignis notæ, & magni nominis. Quomodo igitur negari poterit prædictam resolutionem veriorem esse, communiorem, & practicabiliorem.

Et non solùm sequuta est à nostris Iuris 26 Professoribus, verùm & eam amplectuntur Theologi, quos refero, vt percipiatur, neque in foro conscientiæ nepotem respectu patrui, nec patruum respectu nepotis

tis ad hanc præstationem teneri. Eam tenet Rebel. *de obligat. iust.2. part. lib.5. q.4. num.26.* Castr. Palaus *de iust. commut. disp.9. punct.4. §.2. num.5.* Fagund. *in 4. præcept. Decalog. lib.4. cap.16. num.21.* optimè Fragos. *de regim. Christ. Reipub. part.3. lib.2. disp.5. §.3. num.41. in vers. Nec refert*, vbi de sobrino respectu auunculi, vel patrui: & meliùs omnibus citatis defendit Boss. *de aliment. cap.8. num.180. & seqq.* & ad contraria respondet.

27 Nec desunt etiam authoritates rerum iudicatarum, quibus magis hæc quam sequimur fulcitur resolutio: sic per ea multoties iudicatum in suis Senatibus, & Consistoriis referunt Franch. *dict. decis.178. à num.2.* Syluan. *dict. cons.33. n.12.* Mastril. *d. decis.85. num.30.* addentes ad Molin. *dict. lib.2. cap.15. d. num.67. & 68. vers. Nos verò.* Lar. *in dict. l. Si quis à liberis, in dict. §. idem rescripsit, num.101.* Larrea *d. decis.47. n.21.* vbi specificè, & *num.57.* & in hoc Regno indubitanter sequendum propter authoritatem Coryphæorum Iurisprudentiæ, qui illam sequuti, & amplexi sunt, nempe subtilis Costæ, insignis Barbosæ, Valasci, & præstantissimi magistri Veiga. Et sic quo-
28 tidie iudicatum extat. Sic iudicatum fuit in supremo Senatu Supplicationis, 13. Maij an.1656. in causa D. Ioannæ à Castro cum nepote ex fratre D. Ioanne Maschrenhas, Senatoribus Petro Paulo de Sousa, & Roderico Rodriguez de Lemos: & in 6. Maij 1657. in causa Iustæ Pinta Ribeira cum Hilario de Azeuedo marito neptis dictæ Iustæ, Senatoribus Manuele Delgado de Mattos, Michaële Zuzarte de Azeuedo, & Michaële Pinheiro de Britto: idem iudicatum est in lite Francisci de Figueiredo de Vasc. cum eius patruo Roderico de Figueiredo, 24. Decemb. an.1657. Senatoribus Melchiore Rego de Andrade, Petro Paulo de Sousa, & Roderico Rodriguez de Lemos. Remaneat ergo firmissimam esse resolutionem, quam sequimur, & veriorem, & communiorem, & practicabiliorem esse, & maximè hoc in Regno, vbi tot sententiis, totque & tantis Senatoribus approbata, & sequuta fuit.

Restat vt argumentis in contrarium adductis satisfaciamus. Et quidem non ob-
29 stat primum deductum ex textu *in d. l. Titio centum 71. ff. de condit. & demonstrat.* In prima textus parte ponitur casus, in quo agitur de quodam modali legato: & quamuis in eo regulariter legatarius præstare cautionem teneatur de modo adimplendo, iuxta textum *in l. quibus diebus 40. §. Thermus 5. ff. de condit. & demonstrat.* cum simi-

libus, non ità est quando modus totaliter respicit commodum, & legatarij fauorem;
tunc enim haud tenetur cautionem præ- 30
stare. Ita procedit prima huius textus pars, & explicant latè Gomez *1. tom. variar. c.12. à num.70.* Molin. *de iust. tract.2. disp.208. per totam, maximè num.9. vers. Quando tamen,* Gratian. *1. tom. cap.44. à num.11. cum seqq. vsque ad num.17.* Peregrin. *de fideicommiss. art.11. num.125.* & *art.16. à n.158.* Mantic. *de coniectur. lib.12. tit.2. n.31.* Surd. *cons.361. n.19.* Fontanel. *de pact. nupt. 2. claus.6. gloss.3. part.2. à num.45.* Cancer. *variar. cap.20. de legatis, à n.120.* Menoch. *lib.1. cons.78. à num.13.* & latiùs *lib.2. cons.131. à num.2. cum seqq.* & *cons.134. à num.30.* & *cons.146. à num.21.* & *3. lib. cons.262. à num.6.* Castil. *lib.4. cap.48. à n.11.* Phœb. *1. part. decis.11.* Cyriac. *forens. contr.72.*

In secunda textus parte solùm versatur 31
difficultas iuxta ponderationem suprà adductam *n.2.* Cæterùm attentâ lecturâ mei codicis, nullum habet locum prædicta ponderatio; sic enim in meo codice sunt litteræ exaratæ: *Sed si filio, fratri, alumno minùs industrio,* &c. Vnde sequitur, quod siue verba hæc referantur ad testatorem, siue ad hæredem, nostro casui non adaptantur: quia neutiquam dubitari potest, quod tam testator, quàm hæres præstare debent alimenta filio, vel fratri: & hac ratione inquit textus tale legatum ad hæredem pertinere, atque ideo interponendam esse cautionem, vt fundus ematur, & vt posteà non alienetur; quia si legatarius non habuerit vnde se alat ex redditibus fundi, tanquam filius vel testatoris, vel hæredis, poterit sibi alimenta petere, etiamsi frater sit vel testatoris, vel hæredis; si frater sit testatoris, ab hærede fratris; & si frater sit hæredis, à fratre. Quapropter secundùm hanc lecturam vtique sumus extra terminos præsentis quæstionis, in qua agitur, an patruus à nepote, vel nepos à patruo petere possit alimenta.

Quod si prædicta verba legenda sint, vt vulgariter leguntur in hunc modum,
Sed si filio fratris, ita vt sit figurandus ca- 32
sus de legato à patruo nepoti relicto; vltra quàm quod sunt fortiores termini in quibus patruus à nepote petit alimenta, his in quibus nepos cum patruo agit, vt eruditè considerat post alios Larrea *dict. decis.47. num.50.* ibi: *Nos verò non de patruo, vt alat nepotem, sed de nepote ne alat patruum, statuimus quod multùm distat, quia amor descendit, & obligatio ascendit,* &c. Nihilominus comparationem admittendo, respondemus ad dictum textum,

33 tum, primò illud interesse de quo ibi agitur, non esse pecuniarium, sed solummodò affectionis, cùm semper hæredis intersit, quod defuncti voluntas adimpleatur, & ne nepos ex fratre testatoris tanto amore ab eo prosequutus, vt tanquam alumnus ab eo fuerit educatus, fame coactus mendicet. Et ita hunc textum post alios interpretatur insignis magister Veiga *vbi suprà*, cuius sunt formalia sequentia verba non otiosè repetita, quia cùm hæc lectura non sit typis mandata, fortasse non omnibus erit nota, nec præ manibus habita.

Neque obstant adducta in contrarium; primò enim ad hunc textum responde, interesse de quo hic, non esse considerandum vt suprà, sed aliter; vertitur enim in modo, de quo hic, interesse testatoris, quia eius interest, ne filius fratris alumnus, ab eo educatus vt filius, & obnixè dilectus, iuxta l. in testamento, Cod. de fideicom. libert. & qua Cost. lib. 2. selectar. c. 20. ostiatim victum quæsiisset in grande testatoris, & eius authoritatis dispendium. Vertitur etiam in eo interesse hæredis, quia credendum est eius interesse, vt dicta testatoris voluntas impleatur, neque eius honor, & authoritas dispendium patiatur, in cuius bona successit hæres: quinimmò quamuis pracisè alere non teneatur, vt suprà, attamen ne sobrinus & alumnus eius cui successit, publicè mendicet, saltem pudore, & verecundiâ coactus aleret, argumento legis pecunia, in fine, de aliment. in specie. Crot. & Socin. iunior n. 8. & 13. in dict. §. Diui, Peralt. in l. Titio, num. 3. de leg. 2. Pinel. in l. 1. de bon. matern. 3. part. n. 57. atque ideo textus hic non simpliciter dicit interesse hæredis, sed tantùm interesse hæredis credendum est.

34 Secunda solutio est, quod in specie huius textus testator voluit legari voluntariè alimenta sobrino, & vt ea certa haberet, voluit fundum emi, vt ex eius redditibus ea perciperet, & ex eis aleretur. Et ex hac ratione ait Papinian. hæredis interesse cautionem interponi de emendo fundo, & de eo non alienando, ne aliàs fundo non comparato, vel alienato remaneat hæres obligatus ad alimenta sobrino præstanda, quæ certa, & secura semper ei voluit superesse testator. Et hæc quidem solutio satis concluditur ex illis textus verbis:

35 *Alumno minùs industrio prospectum esse voluit:* quæ denotant voluntariam dispositionem, neutiquam verò necessitatem, seu præcisam obligationem. Vnde maiori ratione, vt ex hoc textu, concluditur patruum minimè teneri nepoti alimenta præstare; nam si ad id legis necessitate teneretur, superfluum foret ea legare. Et ob hanc rationem dixit eleganter Larrea *in d. disp. 47. num. 42.* verè Cocotyreeos, qui ex hoc textu inferunt præfatam obligationem; siquidem rectè perpensis illius verbis, potiùs ex illis contrarium probatur. Et ita respondent, licèt non tam clarè explicent, Cost. *d. lib. 2. selectar. cap. 20. n. 3.* Lara *in d. l. si quis à liberis, in d. §. idem rescripsit, n. 115. & 118.* Larrea *vbi suprà, dict. n. 42.* & sequutus fuit etiam insignis, communisque magister Veiga vbi suprà, *in vers. præterea*, ibi:

Præterea cùm testator in proposito hæredi iniunxerit id onus vt alumnus non egeret, vt patet ex textu, ibi: *Alumno minùs industrio prospectum esse voluit; interesse hæredis vertitur, quia aliter si iussum testatoris non impleat, vel priuabitur bonis sibi relictis, vel ex propriis alumnum cogeretur alere.* In specie Lar. *in d. § idem rescripsit, ex num. 118.*

Ad secundum argumentum deductum *ex d. l. si quis à liberis, d. §. vtrum autem, ff. de liber. agnoscend.* respondetur dari diuersam rationem, quia simul cum obsequio debito à liberto patroni filiis considerandum est, prædictos filios in idem patronatus ius succedere, quod illorum pater habebat, *l. 1. ff. de iure patronat.* & insimul iidemmet patroni filij tenentur libertum alere, si eguerit, *l. suo victu 18. l. operarum, §. 1. ff. de oper. libertor.* Et sanè nulla ex his omnibus circunstantiis applicabilis est erga nepotem respectu patrui; non legimus namque nepotem patruo debere obsequium, vt comprehendantur omnes illi multi effectus, de quibus agitur *in tit. de obsequio à libert. præstand. patron. & eorum liber.* ex aduersis verò non solet fieri congrua illatio, *l. Papinianus, & l. 1. ff. de minorib. l. inter stipulantem 83. §. sacram ff. de verb. obligat.* ibi: *Sed hæc dissimilia sunt.* Textus verò *in dict. l. 1. ff. de parricid.* solummodò personas illius criminis complices numerat; nihil verò conducit, vt ex eo ad alimenta arguatur. Patet clarè, quia etiam *in d. l. 1.* legitur in eo crimine comprehendi vitricum & priuignum; nemo autem docet similibus personis alimenta deberi, vt eleganter prosequitur Larrea *d. decis. 47. n. 30. 31. & 32.* 36 37 38

Ad tertium argumentum deductum *ex dict. l. ex duobus 27. §. final. ff. de neg. gest.* respondetur, esse textum formalem contra aduersam opinionem. Illius species est de quodam patruo, qui alimenta præstitit nepti ex sorore, quorum expensas repetere conabatur. Et asserit Modestin. quod si prædictus patruus neptem aluit pietatis intuitu, illas haud repetere posse expensas: igitur si ad denegandam patruo actionem ad pietatis causam recurrit I. C. considerans ob eam nepti alimenta præstitisse, 39

&

& donationis gratiâ, sequitur euidenter
textum probare patruum obligationis iu-
re non teneri neptem alere; si enim ad id
adstringeretur, solueret debitum, nec lo-
cus foret dubitationi circa eas expensas re-
petendas, & ex eo principio ei Iurisscon-
sultus actionem denegaret, quin opus esset
recurrere ad præsumendam donationem
ex pietatis causa resultantem. Et quod hæc
sit formalis ratio, constat ex eodem textu,
in illis verbis, ibi: *Si pietatis respectu, &c.*
nemo namque in necessitatibus liberalis
existit, *l. rem legatam* 18. *ff. de adim. legat.*
immò demonstrat Iurisconsultus deficien-
te in illa specie donationis causâ, patruum
actionem habiturum ad expensas alimen-
torum nepti præstitorum repetendas, vt-
pote indebitè compartitas. Quod satis de-
monstrant illa verba, ibi: *Titium si pietatis.*
40 Dictio namque *si*, conditionem importat,
vt latè allegat Barbos. *decis.* 364. *à n.* 1. defi-
ciente verò conditione resoluitur actus,
immò tanquam infectus reputatur, *l. si pe-
cuniam, ff. si cert. petat. l. necessariò, §. quod si
pendente, ff. de pericul. & commod. rei vendit.
l. si legatum purè, ff. de adim. leg.* Cassanat.
cons. 55. *à num.* 4. Fontanel. 1. *part. decis.* 224.
num. 6. & ita in effectu respondet Larrea
dict. decis. 47. *à num.* 41.

41 Et comprobatur hæc solutio *ex l. si pa-
trono* 15. *Cod de neg. gest.* vbi ob similem pie-
tatis rationem vitricus in priuignum ex-
pendens expensas non repetit; & tamen
nemo dicet vitricum teneri priuigno ali-
menta erogare. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 41.
Sic similiter in specie textus *in dict. l. ex duo-
bus, §. Titium*, ineptè arguitur obligatio
in patruo, qui pietatis officio neptem aluit;
sed potiùs vera erit illatio, si ex eius spe-
cie concludatur patruum neptem alere
non teneri: quo in vero sensu hîc probat
textus nostram, neutiquam verò contra-
riam resolutionem.

42 Ad quartum argumentum deductum ex
textu *in d. §. cùm filius, Inst. de hared. qua ab
intest. defer.* respondetur minimè procede-
re, quia decisio huius textus solummodò
inseruit ad successiones hæreditarias, in
quibus disponatur filium patris personam
repræsentare, vt simul cum patruo ad hæ-
reditatem aui concurrat; vnde non con-
gruè ex eo argumentatur ad alimentorum
præstationem, vt nempe filius patris locum
ingrediatur, vt à patruo alatur, quemad-
modum frater à fratre aleretur. Et ratio
est, quia deest lex ita disponens, & sta-
tuens, sine qua non possumus obligationes
extendere, vt suprà remanet probatum.

Et comprobatur exemplo: Certi iuris
est, fratrem fratris posse de inofficioso
querelare, si in eo turpis persona hæres in-
stituatur; id tamen filio fratris permissum
haud inuenimus, immò contrarium, *l. fra-* 43
tri 21. *Cod. de inofficios. testam.* Ergo quamuis
nepos ex fratre patrem repræsentet, ad
hos solum erit effectus à lege concessos. Et
est ad propositum elegans consideratio
Molin. *lib.* 2. *c.* 15. *n.* 67. *vers. Sed quamuis*, ibi:
*Quibus adiicitur quod facilè euenire possit,
quod ex vno fratre decem vel plures nepotes
superessent; quod in maximum fratris possesso-
ris maioratus damnum conuerteretur, si omnes
ex eo alere astrictus sit: nisi dixerimus in eo
casu alimenta non in capita, sed in stirpes præ-
standa esse: quod in materia alimentorum ve-
luti monstrum futurum esset; ideoque nullo pa-
cto à communi opinione recedendum esse mihi
videtur: quod singulariter notandum, atque
memoriæ commendandum erit; quotidie nam-
que poterit in forensibus controuersiis continge-
re.* Quod etiam considerauit Larrea *dict.
decis.* 47. *num.* 47.

Ad quintum argumentum deductum ex 44
æquitate textus *in d. l. si quis à liberis, §. vtrum*
20. *ff. de liber. agnoscend.* respondetur hunc
textum loqui & procedere respectu ascen-
dentium, & descendentium; non verò res-
pectu transversalium. Immò notandum est
in transversalibus limitare sanguinis con-
iunctionem, ex eoque charitatem resul-
tantem; & cùm non loquatur in transver-
salibus, neque in nepote respectu patrui,
vel vice versa, non esset æquitas, immò
magis iniquitas grauamen nepoti impone-
re adeo durum, quod nulla lex ei imposuit,
vt latiùs & elegantiùs respondet Larrea
vbi proximè, à n. 27. *vsque ad* 30. solummo- 45
dò enim ponderatur, attenditurque chari-
tatis ratio quando scripta est, vt optimè no-
tat idem Larrea *n.* 39. vbi allegat Gloss. *in
l. placuit, C. de iudic.* & *in l.* 1. *verbo Ius, C. de
legibus*, & *in cap. final. de transact.* citatque
Bart. Fulgos. Castrens. pluresque alios.

Ad sextum argumentum suprà dedu- 46
ctum ex duobus textibus *Canonicis*, nempe
in c. 1. *de cohabit. clericor. & mulier.* & *in c. cùm
quidam* 12. *§. final. de iureiur.* respondetur
nullo modo illis intentum probari. Non
probat illud textus *in d. c.* 1. quia illius finis,
& intentum in eo consistit, vt Sacerdotibus
consulat, quâ honestate se præbeant, ad
eamque manifestandam: & admonet,
quod nec matrem, aut sororem, amitam-
ve in suis retineant domibus. Et hæc est 47
vera conciliatio, quâ hic textus in amici-
tiam reducitur cum textu *in c. à nobis, pe-
nult. eod. tit.* iunctis traditis per August.
Barbos. *in d. cap.* 1. *n.* 3. & *in d. cap. à nobis.*

Cæterùm tamen ne videretur Pontificem Clericis interdicere, ne necessaria tum coniunctis personis suppeditarent, addit quod ea subministrent extra propriam clericorum domum; neutiquam verò de eo
48 agit textus, & multò minùs decidit, vtrumne de iure debeant præfatis alimenta præstare. Et hic est sine dubio verus huius textus sensus, qui facilè ex illius contextura depromitur, vt rectè notauit Larr. *vbi proximè, num.*43.

Præterea quamuis textus hic eam clericis necessitatem imponeret, ex eo tamen rectè ad nostrum casum, nostramque quæstionem argumentari non potest, quippe quod casus erat specialis. Clericus namque
49 ex ratione status, quo fungitur, eam habet obligationem, vt quæ sibi restant pro pauperum alimentis expendat, propinquos extraneis præferens, vt benè notat Gloss. *in dict. cap.*1. *verbo Subministrent*, & deducitur ex Concil. Trid. *sess.*25. *de reform.cap.*1. vt etiam cum Barbos. Surd.Sarmient. Ceual.Couar.& Filliucio respondet Larrea *in dict. decis.*47.*num.*44.

50 Non probat etiam textus *in dict.cap.Cùm quidam*, §. *final.* & facilè eiusdem textus verbis dicto argumento satisfit, ibi: *Illi verò qui iurant non loqui patri vel matri, sorori vel fratri, aut eis humanitatis subsidium non exhibere, absoluendi sunt ab illius obseruantia iuramenti*, &c.

Ex quibus verbis euidenter apparet præfatum textum loqui, & procedere respectu patris aut matris; neutiquam verò loqui in patruis vel sobrinis, vt rectè, & literaliter respondet Larrea *vbi proximè, num.*39.

51 Addo autem, quod licèt textus hic procederet respectu omnium propinquorum, non exinde rectè inferretur aliquid ad quæstionem, de qua agimus; aliud est enim inquirere, an de iure propinquus ad alios propinquos alendos teneatur; aliud, an sit, vel non humanitatis charitas propinquis subsidium præstare. Cùm igitur dubitari haud possit charitatis opus esse propinquis subuenire, exinde sequitur quod quamuis hic textus respectu omnium propinquorum loqueretur, optimè decideret, inualidè iurasse propinquum de non alendis propinquis, ex eadem ratione in eiusdem contextura adducta, ibi: *Cùm*
52 *illicitum, &c.* Qua etiam ratione eiusdem iuramenti absolutio minimè fundatur, nec cadit super illius vinculi validitate, sed potiùs super illius nullitatis declaratione, iuxta textum *in cap. Audiuimus* 24. *quæst.*1. & *cap. Ex diligenti, de simon.* & ibi Gloss. *verbo Absolutum*, contra dicta Barbos. *in collectan. ad eundem textum, num.*5.

Satis ergo manifestum remanet, non adesse textum aliquem in toto Ciuili, aut Canonico iure, quo contraria opinio fundari possit; immò si benè expendantur, vel pro nostra expressè esse, vel saltem haud remotè illam probare.

Et quod attinet ad authoritates Docto- 53
rum, vltra quàm quod intelligendi sunt quando patruus à nepote alimenta perit, veluti à patris hærede; non verò quando eum iure sanguinis pulsat pro alimentis, qui sunt termini, in quibus modò sermonem facimus, provt eos intelligit specificè Larrea *dict. decis.*47.*num.*50. & specialiter Surd. antesignanus aduersæ opinionis *dict. quæst.*28. *num.*1. in illis verbis, ibi: *Quia omnes dicunt onus hoc transire in heredes; & pro hoc facit, quia in successione filius fratris ingreditur locum patris.* Et cùm hoc hæreditatum proprium sit, manifestè apparet in eis terminis Surdum loqui, quo etiam in sensu loquitur Giurb. provt ex toto decisionis tenore videre est, & satis manifestè ex *num.*14. ibi: *Quod à Ioanne Platamone pater vniuersalis hæres institutus sit.* Et meliùs iterum ibi: *Bonorum ergo paternorum hæres, cùm vna sit eum defuncto persona, eos alere tenetur, ad quos alendos cogebatur defunctus.*

Castil. autem vltra quod non loquitur 54
tam firmiter, vt aliàs solet, vt benè notat Larrea *vbi proximè, dict. num.*51. intelligi benè potest, quod specialiter loquatur eo in casu, in quo vertebatur lis & contentio inter Ducem de Alcala, eiusque patruum, vt id quod asserit procedat in maioratu dignitatem annexam habente, & adeo excellente, qualis est Ducatus dignitas; quod etiam speciali fauore similium personarum retulit etiam Lara *in §.idem rescripsit, l.si quis à liberis, num.*53. in verbis illis: *Quæ contrahi limitarique debent, si auitus maioratus sit dignitas, vt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, quo casu sobrinus fortè cogetur alere patruum, ne mendicet in opprobrium paternæ dignitatis, vt tradit Fab. in auth. nouissima, num.*73. *Cod. de inofficios. testam.* Quod tamen non sequitur Lara, 55
vt constat ex sequentibus verbis, ibi: *Cuius sententia non accedo, quia non debet quispiam cogi alimenta præstare, qui præstandorum oneri non est vllo iure adstrictus, vt in proposito.* Præterea quamuis ita id asserere- 56
rent supradicti DD. conuincuntur facilè ab aliis pro nostra resolutione citatis, & præualent numero, & authoritate. Inter eos numerantur Cost. Barbos. & Veig. celeberrimi

leberrimi sanè, & apud omnem terrarum orbem, tanquam Iurisprudentiæ Patres & Principes sic receptissimi, & comprobatissimi: connumerantur etiam alij moderniores, qui ferè omnes aduersos referunt,
57 & conuincunt: suntque singularissimi Salgad. & Larrea, & Boss. qui latissimè punctum disputarunt, omnibusque obiectionibus responderunt, ita vt nec leuis aliqua imaginatio, quæ pro patruo adduci possit, remaneat insoluta; & cùm sit etiam opinio nostra, quæ moderniùs sequuta est tam in consulendo, quàm in iudicando; stylus verò, qui in iudicando moderniùs obseruatur, sequendus semper
58 omninò est, iuxta notata per DD. *in cap. final. de consuet.* Anton. Mar. Corras. *tom.* 1. *commun.opinion. lib.*2.*tit.*8 *inspect.*1. *num.*10. & communiter DD.quos refert & sequitur Anton.Gabriel inter communes opiniones, *tit. de consuetud. concl.*1.*num.*74. Nicol. Moron. *de treug.& pace quæst.*121.*num.*180. Alder. Mascard. *de statutor. interpret. concl.*8. *num.* 9. Caput. *decis.*163.*num.final.* Mantic. *de tacit. lib.*3. *tit.*9. *num.* 76. Marescot. *lib* 1. *variar. cap.* 55. eleganter Gomez *ad reg. Cancel. de triennal. possess. quæst.*53. ibi: *Stylum modernorum contrarium priori obseruandum, & modernos esse sicut culices in capite elephantis, qui vident priora & posteriora, &c.* Remaneat ergo firmissima nostra resolutio. Et hæc pro primo medio notato suprà *num.* 2.

59 Quoad secundum, an videlicet nepos possessor auiti maioratus subministrare alimenta teneatur patruo? Respondetur quod nepos non teneatur patruum alere, vel vice versa, eo respectu, quia successor, & possessor sit maioratus ab ascendente instituti, qui quando eum instituit, prædicto descendenti alimenta non debebat, quia tunc temporis non extabat in rerum natura. Resoluit Surd. *de aliment. tit.*1. *quæst.*27. *num.*7. & 8. ibi: *Sat est enim, quod non teneatur vti primogenitus, nec de bonis primogenituræ.*

Ex quibus verbis clarè apparet Surdum resoluere obligationem alendi solius coniunctionis sanguinis onus esse, non verò bonorum maioratus: vt sic concludatur, quod si propinqui extra illum gradum sint, cui præfata obligatio coarctatur (quales sunt termini nepotis respectu patrui, vel vice versa) parum interest, quod descendant ab institutoribus, vt maioratus possessor ea alimenta præstet.

60 Sic etiam respectu maioratus possessoris sequitur eandem resolutionem Molin. *de iust. dict. disp.*616. *num.*8. ibi: *Ad quod paucis dicendum, non ad aliud eos teneri, quàm tenerentur si non succederent inter maioratum, &c.* Et retento eodem themate, concludit dictum numerum octauum loquendo in nostris specificis terminis.

Alter Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 67. maximè *vers. Sed quamuis*, & in eadem specifica specie addentes *dict. n.*67. & 68. vbi *in vers. Nos verò*, eandem sequuntur opinionem, eam appellantes veriorem & communiorem, pro eaque iudicatum fuisse fauore nepotis contra patruum, quià nepote alimenta petebat.

Et in eisdem terminis successoris, & 61 possessoris maioratus Lar. *in dict. l.si quis à liberis, in dict.* §. *idem rescripsit, num.* 127. vbi in specie eum multis Mieres *in dict. quæst.*28. *per totam*, maximè *num.*21. & 31. Spin. *in dict. gloss.*19. *in princip.dict.num.*27. ibi: *Nam bona maioratus, in quibus successit, non sunt adstricta onere alendi posteros, &c.* Et loquitur in terminis, in quibus nepos maioratus fuit successor; resoluitque minimè tanquam illius successorem patruo præstare alimenta debere, & ita numerum concludit: *Dicendum est, teneri possessorem eos alere, & præstare illis alimenta, quibus iure sanguinis naturaliter tenebatur.* Sic clarè concludens minimè alendi obligationem augere ex ea ratione, quod ille, à quo alimenta petuntur, maioratus successor sit, si aliàs extra gradum sit, in quo iure sanguinis debentur. Mastril. *dict. decis.*85.*num.*27. optimè Larrea *dict. disp.* 47. *num.*22. *cum seqq.* elegantissimè, & omninò videndus Salgad. *dict. cap.*24. *num.*127. vbi latissimè aliis citatis, *à num.* 166. vsque ad finem capitis: qui omnes DD. loquuntur specificè, præfatam obligationem negando in nepote respectu patrui, vel vice versa, quamuis maioratus possessor, & successor sit ab ascendentibus institutis qui ascendentes dicto patruo relinquere alimenta haud tenebantur, vtpote nondum nato, vel concepto tempore quo institutio confecta fuit.

Cùm igitur hi sint ipsissimi termini, in 62 quibus agimus, neutiquam in dubium venire potest, quod eo tempore, quo institutores hunc, de quo loquimur, instituerunt maioratum, nec natus adhuc, nec conceptus erat patruus; sequitur indubitanter, quod quamuis nepos prædicti maioratus successor, & possessor sit, neutiquam tamen ad alendum patruum tenetur, prout in exemplis suprà relatis iudicatum extitit; in eis namque lites contra maioratuum possessores agitatæ fuere.

Neque nepos tanquam hæres patris sui 63

præstare patruo alimenta tenetur, quia cùm alendi obligatio ex sanguinis iure solummodò proueniat; hoc autem solùm ad fratres extendatur, videtur illorum obligationem personalissimam esse, atque ideo minimè ad filios fratrum transitoriam, etiamsi suorum parentum hæredes sint. Et ita sanè tenet Salgad. *dict. cap.* 24. *num.* 159. vbi licèt breuibus, elegantissimis tamen verbis tria omnia principia comprehendit, nempe illud, quod à iuris sanguine dimanat; alterum, quod in successione, & possessione rerum maioratus considerant DD. tertium & vltimum, quod in successione rerum hæreditariarum consistere videtur, asserens ex nullo illorum ad talem præstationem nepotem patruo teneri. Sunt sequentia Doctoris verba: *Quare iste nouus successor in maioratu nullo ex capite tenetur alimenta continuare.* Et notandum est verbum illud, *continuare*, quippe quod terminos nostros fortiores supponit, scilicet quod patruus in possessione, vel quasi extabat percipiendi alimenta à fratre: & prosequitur ita dicens: *Non ex obligatione sua propria, cùm patruum alere non teneatur.* Quibus verbis disertè resoluit iure sanguinis minimè alimenta deberi; & sic continuat, *non ex obligatione patris prædecessoris*; tum quia eius morte fuit extincta tanquam personalissima: ergo apertè resoluit, quod nepos, nec etiam tanquam patris hæres patruo alimenta præstare tenetur: & ita probat eleganter *num.* 162. ibi: *Quia alia est obligatio patris, alia filij successoris; nam cùm inter eos omnes non detur eadem sanguinis coniunctio, & proximitas, diuersimodi indicandi sunt ad alimentorum obligationem; cuiuslibet etenim obligatio est restricta, & limitata ad certum & limitatum gradum à iure dispositum; & ideo mortuo eo, scilicet patre, simul cum extinctione gradus extinguitur per necesse obligatio eidem accessoriè cohærens &*
64 *coniuncta, &c.* Et redeundo ad prædictum numerum 59. sic illum concludit: *Tum quia filius successor nihil capit à patre, nec eius successor est. Resoluit ergo, quod neque tanquam maioratus successor tenetur nepos patruo alimenta præstare.* Et in iisdem terminis, quibus loquitur Salgado, tenet etiam Franchis *dict. decis.* 178. *num.* 8. vbi in fine decisionis sic iudicatum asserit.

65 Nos verò contrariam sequimur sententiam, asserimusque nepotem tanquam hæredem patris patruo alimenta præstare teneri, prout sequitur Larrea omnibus illis Doctoribus citatis, quos his terminis loquutos refert *dict. decis.* 47. *num.* 50. sicque in Consistorio Ecclesiastico iudicatum fuit pro Nuntio Tauares contra patruum Perrum de Tauora Tauares, quem ad præstanda alimenta Nuntio nepoti naturali condemnarunt Doctissimi Senatores, ex eo principio, quòd probaretur hæres & possessor omnium bonorum, quæ Nuntij pater reliquit; quòd in hoc casu non consideramus, quod statim deduci debet; nam licèt aliàs ex alio capite teneatur ad alimenta, statim debet proponi. Nec postea potest deduci, vt in specie 66
loquendo de illo actore, qui per medium aliquod petiit alimenta, per quod tamen illa obtinere non poterat, quòd illi non sit deferendum ex alio medio non deducto: quod sanè si deduceret, efficax esset ad vincendum. Tenet Salgad. *in d. cap.* 24. *num.* 146. vbi allegat Coller. Barbos. Tepat. Boër. Franch. & Giurb.

CAPVT CVI.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possint concedere sepulturam in Ecclesia Cathedrali, aut in alia non Cathedrali, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Legatus à latere, aut Nuntius possunt concedere sepulturam:* & num. 2.

ICET Legatus à latere, aut Nuntius possint concedere sepulturam in Ecclesiis inferioribus, in quibus omnimodam exercent iurisdictionem, vt tenet Rota apud Cauaier. *decis.* 15. *num.* 3. 1

Attamen tales Legatus, aut Nuntius 2
non possunt concedere sepulturam in Cathedrali, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, vt prosequitur Frances *de Eccles. Cathedralib. cap.* 26. *num.* 204. vbi etiam omnia tradit circa sepulturas.

CAPVT



CAPVT CVII.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit concedere exemptionem, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Exemptionem concedere est de reseruatis Papæ.*

2 *Exemptionem non potest concedere Legatus, aut Nuntius.*

1 Vm exemptionem concedere ad solum Romanum Pontificem pertineat, non solùm in Ecclesiis Cathedralibus, sed in quacunque Ecclesia, vt tenet Kochier *de iurisdict. in exemptos* 1.*p. quæst.*3. *num.* 15. *& quæst.*6. *num.* 13. Frances *de Eccles. Cathedralib. cap.*30. *num.*34.

2 Ideo talem exemptionem non potest concedere Legatus nec Nuntius, vt prosequitur & exornat idem Frances *dict. cap.*30. *num.*35. *&* 36.

CAPVT CVIII.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à Latere, aut Legatus à latere possint cum infamibus, aut cum minoribus & illegitimis quibuscunque dispensare quoad ordines, & beneficia, sicut Papa in vniuerso orbe, & qualiter; contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, aut Capitulo Sede vacante, qui possunt dispensare: & quando, & quid in alius variis dispensationibus?

SVMMARIVM.

1 *Quando Archiepiscopi, aut Episcopi possint cum infamibus, aut cum minoribus, & illegitimis quibuscunque dispensare quoad Ordines, & beneficia, sicut Papa in vniuerso orbe, ad varias quæstiones*, & num.2.

3 *Quid in Nuntio, aut Legato Papa quoad dispensationem.*

Anc quæstionem quoad Archiepiscopum, aut Episcopum, aut Capitulum Sede vacante quoad similem dispensationem tractat cum multis eleganter Fermosin. *in cap. fin. de sacramentis non iterandis, & de filiis illegitimis quæst.*8. Vbi tractat an Archiepiscopus, aut Episcopus possint cum illegitimis quibuslibet dispensare in sua Diœcesi, quoad Ordines, & beneficia, sicut Papa in vniuerso orbe. Et qualiter? Et an Capitulum Sede vacante hoc idem possit? An ad Canonicatum, & dimidiam portionem? An vt ordinatus illegitimus possit ad Sacros Ordines ascendere, & in receptis ministrare? Et quid cum irregulari ex occulta illegitimitate? Et num cum proprio filio. Et ibi omnia tradit. Et quid in Commissario Cruciatæ, etiam disputat, & Corona *de potest. Episcop. tract.*2.*cap.*1 *§.* 10. vbi quod legitima ætas ordinandorum ab Episcopo dispensari potest: *& §.*11. quod possunt ab Archiepiscopo dispensari infames, vt ad Ordines promoueantur: *& §.* 12. quando possit dispensare cum illegitimis ad aliquos ordines suscipiendos: *& §.*13. quando possit dispensare cum illis, qui in infantia expositi fuerunt: *& §.*14. quod Episcopus potest dispensare cum illegitimo occulto. 1

Idem Fermosin. *in dict. cap. fin. quæst.* 2. tractat quid debeat exprimere illegitimus ad hoc vt dispensetur: *& quæst.* 3. *&* 4. quid quando ingressus fuit in religione: *& quæst.* 5. tractat an si legitimus dispensetur à Papa quoad Ordines, intelligatur dispensatus quoad omnes Ordines sacros, & beneficia simplicia? ad Personatus? ad Curata, & ad alias dignitates: & an facultas superioribus Religionum concessa ad dispensandum cum suis subditis illegitimis ad omnes Prælaturas, porrigatur etiam ad obtinendam dignitatem generalem. Et *quæst.*6. an dispensatus quoad omnes Ordines, Beneficia, & Dignitates censeatur dispensatus quoque ad Episcopatum? Et an dispensatus ad beneficium possit obtinere non solùm simplex, verùm & curatum, Canonicatum, & Dignitatem in Cathedralibus, & Collegiatis, & ad duo insimul beneficia. Et sic vt vno dimisso possit aliud obtinere. Et num hæc dicta de dispensato procedant quoque in legitimato à Pontifice. Et *quæst.* 9. tractat, an Episcopus promouendo ad Ordines illegitimum, seu alium qui de iure communi 2

muni promoueri non potest; in casibus tamen, in quibus potest dispensare, intelligatur cum eo dispensare? An possit dispensare cum illegitimo ad pluralitatem beneficiorum simplicium? Et an vt dispensatus à Papa ad vnum simplex beneficium, possit ad aliud obtinere Episcopi dispensationem? Et an possit dispensare cum Clerico coniugato? Et an dispensatio præsumatur, si illegitimus in habitu & tonsura incedat? Et an dispensatus per suum Episcopum possit beneficiari in diuersa Diœcesi. Et *quæst.*10. an filius in dubio præsumendus sit naturalis, hoc est natus ex concubina; an verò spurius, hoc est natus ex coitu damnato, & punibili, ad effectum narratiuè pro dispensatione illegitimitatis consequenda? Et an tollatur irregularitas illegitimitatis non solùm dispensatione, aut professione, verùm per morum probitatem, scientiam, & alias illegitimi dotes.

3 Et de Nuntio, aut Legato Papæ, quoad dispensationem de qua agimus, solent disputare DD. per Gloss. *in cap.*1. *de filiis illegitimis, lib.6.verb. Sedis Apostolicæ*, & ibi. Nec sufficit dispensatio Legati, ex qua notant ibi antiqui, & Barb. *n.* 11. & item Parif. *cons.*136. *n.*26.*lib.*4. Rebuf. *in prax.beneficial.tit.de dispensatione super defectu natalium*, *num.*45. quos refert & sequitur Mantic.*decis.*214.*n.*3.vt Legatus Papæ non possit dispensare cum illegitimo ad beneficia cuncta, nisi hoc ei specialiter à Papa concessum fuerit, prout testatur Fermosin. *in d.cap. fin. quæst.*8. *num.*44. *&* 45. vbi quod cùm respectu beneficij curati id prohibeatur Legato Papæ, videtur quod ad Ordines minores, & beneficia simplicia possit dispensare Legatus, item ad portiones aut Canonicatus in Collegiatis non exigentes ordinem sacrum; & in his potest dispensare etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & ad alios casus vide Gomez Bajo *p.*2.*lib.*4.*cap.*1. *per tot.*

CAPVT CIX.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possint habere baldachinum, etiam contradicente Archiepiscopo, ita vt in casu contradictionis possit censuris plecti.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus debet habere baldachinum.*

2 *Legatus de latere, aut Nuntius cum eius potestate possunt vti baldachino.*

3 *Archiepiscopi impedientes Legatos à latere, aut Nuntios vti baldachino possunt censuris plecti, & tota Prouincia affici interdicto, donec paruerint, vt interim non sit consulendus Pontifex Summus.*

SICVT Archiepiscopus debet habere baldachinum, vt tenet Gambar. *in tract. de authorit. Legati*, §. *illud*, *num.*149. Fermosin. *ad textum in cap.* 1. *de authorit. & vsu Pally*, *quæst.*2.*num.*9. 1

Ita etiam Legatus de latere, aut Nuntius cum eius potestate possunt vti baldachino, eo quod sunt maiores Archiepiscopis in dignitate, vt probat Mart. *de iurisdict.*2. *part. cap. fin. num.*31. quem refert Fermosin. *vbi suprà*, *num.*10. 2

Et ideo Archiepiscopi, aut Episcopi impedientes Legatos à latere, aut Nuntios vti baldachino, possunt censuris plecti, & totam Prouinciam afficere interdicto, donec paruerint, ex textu *in cap. Si quis*, *dist.*94. Martha vbi suprà, *num.*33. Boër. *de potest. Legati à latere de Throno Dei*, *num.*17. Fermosin. *dict. quæst.* 2. *num.* 11. *&* 18. addens vt interim non sit consulendus Pontifex Summus. 3

CAPVT CX.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possint concedere facultates, vt res ecclesiasticæ alienentur, aut super illis transigatur, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Bona immobilia Ecclesiæ, aut minorum alienari non possunt, nisi debitæ solennitates interueniant: & inter illas est necessaria facultas Pontificis.*

2 *Non potest Nuntius cum potestate Legati à latere; nec etiam Legatus à latere interponere suam authoritatem transactioni, aut alienationi rerum Ecclesiasticarum, contradicente, aut consentiente Archiepiscopo, aut Episcopo, nisi necessitas vrgeret in alienando, aut transigendo, & Pontifex non posset consuli

consuli; quia tunc valet alienatio authorizata à Legato, aut Nuntio, etiã ab Episcopo.

1 CVM bona immobilia Ecclesiæ, aut minorum alienari non possint, nisi debitæ solennitates interueniant, & inter illas sit necessaria facultas Pontificis, *ex toto tit. de rebus Ecclesiæ non alienand. c. non liceat Papæ, c. sine exceptione, & per tot. 12. q. 2. c. 1. c. tua nuper, de his quæ fiunt à Prælatis, extrauagant. Ambitiosæ, de rebus Ecclesi. non alienand.* Concil. Trid. *sess. 22. de reformat. c. 11.* quorum iurium materiam latè exornant, limitant, & intelligunt Olea *de cess. iur. & action. tit. 2. q. 1. n. 2. & seq.* & vltra eos Botiller. *de successionibus ab intestat. c. 2. theorem. 56. n. 7.* Delbene *de immunit. Ecclesiar. tom. 2. cap. 17.* Aug. Barb. & Prosper Fagnan. *ad tit. de rebus Ecclesiæ non alienand.* Boss. *moral. tit. de alienatione rerum Ecclesiasticar.* & vltra eos alij multi, quos refert & eleganter tractat Valeron. *de transact. tit. 3. q. 6. & tit. 4. q. 1.*

2 Non potest Nuntius cum potestate Legati à latere, nec etiam Legatus à latere interponere suam authoritatem transactioni, aut alienationi rerum ecclesiasticarum, contradicente, aut consentiente Archiepiscopo, aut Episcopo, nisi necessitas vrgeret in alienando, aut transigendo, & Pontifex non posset consuli, quia tunc valet alienatio authorizata à Legato, aut Nuntio; immò etiam ab Archiepiscopo aut Episcopo, vt multis citatis tenet Frag. *de regim. Reip. d. disp.* 10. §. 4. n. 100. de quo vide Gom. Bajo *pract. Eccles. lib. 4. c. 1. p. 2. n. 17.* explicat Clem. Merlin. *dec. Rot.* 118. *n. 4. & 5.* vbi etiam quod nec creditur dicenti se in mandatis habere facultatem ad hoc.

CAPVT CXI.

Atrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare vt professus in vna Religione, in alia eligatur in Prælatum Prouincialem; aut dispensare cum Religiosis, in quibus Prælatus eorum potest, & illos efficere capaces delegationis ad literas Pontificias exequendas, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate potest dispensare cum Religiosis, in quibus Prælatus eorum potest, exceptis tribus regulæ substantialibus; itemque eorum regulas relaxare.*

2 *Legatus non potest facere Religiosos simplices consentiente, aut contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo capaces delegationis ad literas Pontificias exequendas.*

3 *Neque etiam potest dispensare vt professus in vna Religione in alia eligatur in Prælatum Prouincialem, quia Religiosus nullus potest esse Prælatus illius Religionis, in qua non fuit solenniter professus.*

DICET Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare cum Religiosis, in quibus Prælatus eorum potest, exceptis tribus regulæ substantialibus, itemque eorum regulas relaxare, vt ex Specul. Gomez, Cuch. tradit Fragos. *de regim. Reip. part. 2. lib. 4. disp. 10. §. 4. num. 98.* 1

Attamen non potest facere Religiosos simplices, consentiente, aut contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, capaces delegationis ad literas Pontificias exequendas, vt prosequitur idem Fragos. *vbi suprà.* 2

Neque etiam potest dispensare, vt professus in vna Religione in alia eligatur in Prælatum Prouincialem, quia Religiosus nullus potest esse Prælatus illius Religionis, in qua non fuerit solenniter professus, vt ex Batt. tenet Fermosin. *in cap. ad nostram 37. de electione, n. 7. &* 8. August. Barb. *in cap. officij 38. num. 6. de elect.* 3

CAPVT CXII.

Vtrum Nuntius cum potestate Legatus à latere, aut Legatus à latere possit in prouincia sibi commissa facere leges, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Legatus à latere potest in prouincia sibi commissa facere leges ibidem; & quid in Nuntio.*

EGATVS à latere in Prouincia sibi commissa à Papa potest facere leges, vt docent DD. per textum ibi, *in cap. fin. de offic. delegati*, Syluest. *verb. Lex, quæst. 4.* Villalobos *in summa, 1. part. tract. 2. difficult. 7. num. 7.* 1

vbi quod cùm hoc dependeat à Papa, potest Summus Pontifex hanc potestatem moderari, aut abolere ex toto: sed de natura officij, quia est iurisdictionis, reuera si non prohibentur, poterunt leges, ac constitutiones facere, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: quod non habet locum in Nuntiis Hispaniæ, & Portugalliæ, quia tantùm dicuntur Legati missi, & non à latere, vt his citatis prosequitur Fermosin. *ad rubric. de constit. quæst.* 11. *pag.* 98. *num.* 27. Rota *diuersor. Auditor. part.* 1. *decis.* 780. *num.* 11. *& decis.* 103. *part.* 2. *num.* 18. vbi quod non potest condere statuta iuri communi contraria.

CAPVT CXIII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius Apostolicus teneantur ostendere literas suæ legationis, & an eis credatur, quamuis suas literas non ostenderint ad instantiam Principis, Archiepiscopi, aut Episcopi?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius Apostolicus teneantur ostendere literas suæ legationis, & an eis credatur, quamuis suas literas non ostenderint.*

1 De hac quæstione pro vna & altera parte sunt videndi eleganter multi, quos refert & sequitur Pereya *de instrumentor. edit. tit.* 2. *resolut.* 2. *per tot.* Solorzan. *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 22. *& seqq.* vbi omnia tradunt circa materiam: & omnes quos allegauimus suprà *cap.* 38. *num.* 3. Frances *in Pastorali Regular. part.* 2. *quæst.* 3. *num.* 4. *& seqq.* eleganter Peyrin. *tom.* 1. *in additament. ad constit. Xysti IV. cap.* 3. *numer.* 14. vbi etiam quid si habeant priuilegium, vt non teneantur ostendere.

CAPVT CXIV.

Vtrum Legatus à latere, vel Nuntius cum eius potestate possit facere valida acta nulla, aut alterare quæ à iure communi formam habent, & iurisdictionem tribuere non habenti, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Legatus non efficit valida acta nulla.*

2 *Legatus non potest tribuere iurisdictionem non habenti.*

3 *Legatus de latere non facit aduersùs ea quæ iure communi formam habent.*

Legatus de latere non efficit valida acta nulla, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo; quia hæc suppletio pertinet solùm ad Papam: & inferior à Principe si suppleat, actus est nullus, vt ex Gloss. *in Clementin. Sæpe, verb. Mundamus, de verborum significatione*, tradit eleganter Valenz. *consf.* 43. *num.* 80. de quo vide Ord. *lib.* 3. *tit.* 63. 1

Neque etiam potest tribuere, aut dare iurisdictionem non habenti, vt prosequitur idem Valenz. *dict. consf.* 43. *num.* 81. *& num.* 83. vbi quod Legatus de latere nihil potest facere aduersùs ea, quæ iure communi formam habent; nam etiam Papa de potentia ordinaria debet iudiciarium ordinem seruare. Abbas *in cap. accusatum, num.* 2. *de simonia*, Crauet. *consf.* 103. *num.* 2. 2 3

CAPVT CXV.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit approbare Confessarios, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit approbare Confessarios,*

fessarios, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

Egatiuè resoluit hanc quæstionem, & multis rationibus Bordon. *post quartum tom. resolution. & decision. miscellan. decis.* 433. omninò videndus.

CAPVT CXVI.

Vtrum si Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate committat crimen læsæ Maiestatis, aut alius Legatus sæcularis, à Principe apud quem legatione funguntur coërceri, & puniri valeant, ac debeant remitti carcerati, aut soluti, instante, aut contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo. Et quid in eius familiaribus, & de eius immunitate, & Palatij.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum si Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate committat crimen læsæ Maiestatis, aut alius Legatus sæcularis, à Principe apud quem legatione funguntur coërceri, & puniri valeant, ac debeant remitti carcerati, aut soluti, instante aut contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & quid in eius familiaribus, & de eius immunitate, & Palatij.*

1 HANC quæstionem tractat eleganter pro vna & altera parte omninò videndus nouissimè Salzed. *theatr. honoru gloss.* 26. 27. 28. & 29. vbi de more suo nihil intactum reliquit, & est omninò videndus, quia doctissimè omnia tradit: de quo etiam est videndus Oliua *de foro Ecclesiæ* 2. *part. q.* 17. & Themud. *decis.* 106. vbi etiam quid si Archiepiscopi, aut Episcopi, Clerici, aut Religiosi committant crimen conspirationis, rebellionis, vel proditionis contra Principem, Regnum, seu patriam: & in terminis Nuntij Apostolici Diana *tract.* 8. *miscel. resol.* 2. Cabed. *decis.* 82. *part.* 2.

CAPVT CXVII.

Vtrum Legati à latere, aut Nuntij cum eius potestate possint habere familiam armatam, hoc est officiales armatos ad capiendum, & iustitiæ executionem, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legati à latere, aut Nuntij cum eius potestate possint habere familiam armatam, hoc est officiales armatos ad capiendum, & iustitiæ executionem, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.*

HANC quæstionem resoluit affirmatiuè Oliua *de foro Ecclesiæ* 2. *part. quæst.* 11. *num.* 32. Auguft. Barbos. *de iure ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 96. 1

CAPVT CXVIII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius, aut alij Prælati possint dispensare secum; & quid in Papa, aut Principe, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius, aut alij Prælati possint secum dispensare: & quid in Papa, aut Principe, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.*

HANC quæstionem disputat eleganter Oliua *de foro Ecclesiæ* 2. *part. quæst.* 41. 1

CAPVT CXIX.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium?

SVMMARIVM.

1 *Legatus potest in sua Prouincia, sicut Ordinarius in sua Diœcesi dispensare.*

2 *Legatus à latere non potest dispensare in impedimentis matrimonium dirimentibus, nisi id specialiter ei sit indultum.*

1 LICET Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit in sua Prouincia sicut Ordinarij in sua Diœcesi dispensare, Suar. *de Religione tit. de voto, lib.6. cap.*10. *num.*8. Sanch. *in præcepta Decalog. lib.*4. *cap.*38. *num.*3. Oliua *de foro Eccles.* 2. *part. quæst.*37. *num.*5. ea declaratione, de qua Nos suprà.

2 Attamen nec consentiente, nec contradicente Episcopo potest dispensare in impedimentis matrimonium dirimentibus, nisi ei specialiter sit indultum, vt ex aliis tenet Oliua *de foro Eccles.* 2. *part. q.*38. *num.*6. cum multis Pichon. *in tract. de matrimon. disp.*6. *de dispensat. cap.*2. *num.*162. *&* 163. vbi etiam an possint dispensare in impedimento cognationis spiritualis orto ex Baptismo minùs solenni, & in impedimento publicæ honestatis, & in casu necessitatis. August. Barbos. *in c. Quia circa* 4. *de consanguinit. & affinit. num.*7. *&* 8.



CAPVT CXX.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit in sua Prouincia creare Magistratus, aut aliquos Officiales, & Protonotarios, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & quando dicatur noua creatio officij; & quid in suo Episcopatu?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit in sua Prouincia creare magistratus, aut aliquos Officiales, & Protonotarios, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & quando dicatur noua creatio officij; & quid in suo Episcopatu?*

HANC quæstionem disputat pro vna & altera parte, & eleganter resoluit Giutb. *conf.* 19. *& obs.* 100. Frances de Vrrutigoyti *in var. resolutionib.* vbi etiam an possit creare protonotarios; & est omninò videndus, & declaratum fuit in prouisione vnius officij creati ab Illustrissimo Nuntio in Episcopatu Portuensi; & decisum quod erat nulla concessio facta anno 1672. & de Protonotariis creatis ab eo, Tondut. *resol. benefic. cap.*206. *num.*14. 1

CAPVT CXXI.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit augere, aut præfigere numerum monialium, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & è contra.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit augere, aut præfigere numerum monialium, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo; & è contra.*

HANC quæstionem ex decreto Sacrosancti Concil. Trid. *sess.*25. *de Regularibus, cap.*3. tradit Tamburin. *de iure Abbatissar. disp.*5. *quæsit.*1. *per tot.* vbi *num.*4. refert decretum Sacræ Congregationis circa hoc. 1

CAPVT CXXII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit esse Conseruator Equitum Sancti Ioannis Hierosolymitani, vulgò *dos Malteses*, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit esse Conseruator Equitum

Equitum Sancti Ioannis Hierosolymitani, vulgò dos Maltefes, *contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.*

1 Anc quæstionem resoluit affirmatiuè ex Bulla Pauli V. & Gregorij XIII. Scano *in propugnaculo Sacra Religionis Militaris, discept.* 15. *cap.* 2. *num.*20. *& cap.* 3. *num.*22. Carol. Marant. *respons.*53. *num.*22. & *respons.*89.*num.*42.*part.*5. & in aliis Conferuatoribus Monet. *de Conseruator. cap.* 4. *num.*24. *& seqq.*

CAPVT CXXIII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possint instituere clericum sæcularem in Visitatorem alicuius Religionis regularis, & quid in Religioso alterius professionis.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possint instituere Clericum Sacularem in Visitatorem alicuius Religionis regularis; & quid in Religioso alterius professionis.*

1 HAnc quæstionem eleganter exornat, & resoluit Peyrin. 1.*tom. de offic. subditi Regular. q.* 1.*cap.*18.§.2. *per tot.*

CAPVT CXXIV.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit cogere intrusum ad hoc vt ostendat titulum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit cogere intrusum ad hoc vt ostendat titulum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.*

1 HAnc quæstionem resoluit affirmatiuè Frances *de intrusione quæst.* 70. *num.*22. *& quæst.*71.*per tot.* vbi etiam quando teneatur exhibere titulum, & quando præsumatur, vel non, & dicatur Canonicus; de quo etiam Parexa *de instrumentor. edit. tit.* 2. *quæst.* 2. Barb. *in Concil. Trid. sess.*7. *de reformat.cap.*5.

CAPVT CXXV.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possint irritare, dispensare, & commutare vota Religiosorum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possint irritare, dispensare, & commutare vota Religiosorum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.*

Anc quæstionem tractat Bordon. *var. resolut. part.* 1. *num.*69. vbi quod non potest vota irritare, ex Sanch. *lib.*4. *cap.*33. *num.*14. vtique verò dispensare in omnibus votis Religiosorum, & quod potest ea commutare, ex eodem Sanch. ibi relato. 1

CAPVT CXXVI.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit in gratiis vti verbo, *fiat*, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit in gratiis vti verbo,* fiat, *contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.*

EGATIVE resoluit Rebuf. *in praxi beneficial.* 2.*part. signatura, pag.* 99. *num.* 17. vbi quod solùm Summus Pontifex potest vti verbo, *fiat*, nisi expressè hæc prærogatiua sit ei concessa. 1

CAPVT CXXVII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit gesta per suum antecessorem reuocare, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit gesta per suum antecessorem reuocare, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.*

1 NEGATIVE resoluit hanc quæstionem ex Socino, Surdo, Tusco Frater Antonius ab Spiritu sancto nunc Episcopus Angolensis *consult.96. num.*45.

CAPVT CXXVIII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit concedere fœminis facultatem ingrediendi monasteria virorũ, vel mulierum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit concedere fœminis facultatem ingrediendi monasteria virorum, vel mulierum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?*

1 AFFIRMATIVE resoluit idem Frater Antonius ab Spiritu Sancto *consult.*59.*num.*18. ex Mendo *in statera opinionum, dissert.*13.*quæst.*13.*num.*179.

CAPVT CXXIX.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit cognoscere de causa matrimoniali, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Causæ matrimoniales pertinent ad Episcopum, aut ad eius Vicarium.*

2 *Et pertinent etiam de Legatum de latere, aut Nuntium cum eius potestate.*

LICET causæ matrimoniales tantummodò pertineant ad Episcopum, vel ad eius Vicarium generalem, vt tenet Barb. *ad Concil.Trid.* 1

Attamen de illis potest etiam cognoscere Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate. August. Barb. *in cap. fin. de coniug. seruor.num.*2. 2

CAPVT CXXX.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possint dispensare in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis lege tantùm canonicâ prohibitis.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possint dispensare in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis lege tantùm canonicâ prohibitis?* & n.2.

LICET secundùm aliquos Doctores Legatus possit dispensare in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis lege tantùm canonica prohibitis, quando esset in Prouincia ita remota, vt facilè Papam consulere nequiret, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, vt per Gambar. *de offic. Legati lib.*7. *num.*375. *& seq.* 1

Attamen contrarium verius est; non potest enim in his impedimentis dispensare. Couar. *de sponsalib.p.*2.*cap.*6.§.10.*n.*11. Henriq. *in summa, lib.*12.*cap.*3.*n.*1. Azor. *Instit.mor.p.*2.*lib.*5.*c.*30.*quæst.*15. Sanch. *de matrim.lib.*8.*disp.*6.*n.*15.Aug.Barb. *in c. quod dilectio* 3.*de consanguinitate,& affinitate,n.*4. 2

CAPVT CXXXI.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit cogere partem coram se personaliter comparere, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit cogere partem, vt coram*

coram se personaliter compareat, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

1 LEGATVS à latere, aut Nuntius cum eius potestate secundùm ius non potest cogere partem vt coram se personaliter compareat, nisi habeat speciale mandatum ad hoc, vel nisi necessitas iuris hoc exigat, vt tenet Aug. Barb. *in cap. 1. de iudic. lib. 6.*

CAPVT CXXXII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit causam appellatione remotâ committere, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit causam appellatione remotâ committere, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?*

1 NEGATIVE resoluit Glos. *mandamus, in cap. vltim. de verbor. significatione,* & ibi Barbos. *num.* 14. Scaecia *de appellat. quæst.* 16. *limit.* 1. *num.* 106. *&* 109. idem Barb. *de clausulis, clausul.* 9. *num.* 3.

CAPVT CXXXIII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate, possit dispensare in præcepto Ecclesiastico, de confitendo semel in anno, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare in præcepto ecclesiastico de confitendo semel in anno, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?*

1 HÆC quæstio resoluenda venit ex Soto *in* 4. *distinct.* 18. *quæst.* 1. *art.* 5. Suar. 4. *tom. disp.* 36. *sect.* 1. *num.* 5. Bartholom. de S. Faust. *in tract. de pænitentia, lib.* 4. *quæst.* 31. *&* 38. quos refert & sequitur August. Barbos. *ad Concil. sess.* 14. *de sacra pænitentia, cap.* 5. *num.* 18.

CAPVT CXXXIV.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit commutare voluntates defunctorum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit commutare voluntates defunctorum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?*

HANC quæstionem resoluit Monetade *commutatione vltimar. volunt. cap.* 5. *num.* 348. *& seqq.* August. Barb. *ad Concil. sess.* 22. *de reform. cap.* 6. *num.* 9. 1

CAPVT CXXXV.

Vtrum Archiepiscopus, aut Episcopus possit visitare monasteria Monialium exemptarum circa clausuram, etiam contradicente Legato à latere, & Nuntio cum eius potestate; & concedere licentiam moniali infirmæ eundi ad balnea?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Archiepiscopus, aut Episcopus possit visitare monasteria monialium exemptarum circa clausuram, etiam contradicente Legato à latere, aut Nuntio cum eius potestate, & concedere licentiam moniali infirma eundi ad balnea.*

HANC quæstionem disputat cum multis August. Barbos. *in collectan. ad Concil. Trid. sess.* 25. *de Regularib. cap.* 5. *per tot.* Themud. 1. *pars. decis.* 26. *&* 61. *num.* 39. *&* 40. *&* 63. vbi refert decisum in Sacra Rota Romana. 1

CAPVT

CAPVT CXXXVI.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit vti clausula, *non obstante*, in legis derogatione, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & quid in decreto irritanti, & etiam in motu proprio?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit vti clausulâ*, non obstante, *in legis derogatione, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & quid in decreto irritanti, & etiam in motu proprio.*

1 Anc quæstionem negatiuè resoluit Gloss. *in cap. fin. de hæreticis in 6.* quam refert & sequitur Carol. Rub. *in cons.* 156. *num.*4. sed potest apponere decretum irritans, vt ex Gonzal. *ad regul.*8. *Cancellar. gloss. vlt. num.*20. August. Barb. *in cap. præsenti 3. de offic. Legati lib.6. num.*8. & *cap. vltim. num.*5. *& per tot.* an possit conferre cum clausula, *Motu proprio.*

CAPVT CXXXVII.

Vtrum si Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate deleget alicui causam ante suum decessum, an cesset commissio eo ipso quod Legatus egrediatur limites Prouinciæ animo non reuertendi; & delegatus non obstante decessu possit exercere iurisdictionem, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum si Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate deleget alicui causam ante suum decessum, an cesset commissio eo ipso, quod Legatus egrediatur limites Prouinciæ animo non reuertendi; & delegatus non obstante decessu possit exercere iurisdictionem contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.*

Anc quæstionem resoluit Molina *de iustitia, & iure tract.* 5. *disp.* 9. *num.* 12. *& seqq.* Tusc. *lit. L. concl.* 165. Fragos. *de regim. Reip. part.* 2. *lib.* 4. *disput.* 10. §. 5. *num.*145. 1

CAPVT CXXXVIII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit aliqua dispensare contra ius commune, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntiut cum eius potestate possit aliqua dispensare contra ius commune, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?*

Anc quæstionem resoluit per varios casus Tusc. *lit. L. conclus.* 162. *&* 163. 1

CAPVT CXXXIX.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit commutare onera imposita in dispensatione, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit commutare onera imposita in dispensatione, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?*

Anc quæstionem resoluit Tusc. *lit. L. conclus.*166. 1

CAPVT

CAPVT CXL.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit abſoluere ab irregularitate, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit abſoluere ab irregularitate, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?*

1 HANC quæſtionem reſoluit Tuſc. *lit. L. concluſ.* 167.

CAPVT CXLI.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit concedere Paulinas, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit concedere Paulinas, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo.*

1 HANC quæſtionem reſoluit affirmatiuè Bayo *in praxi eccleſiaſtica, lib. 3. cap. 1. num. 2.*

CAPVT CXLII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit diſpenſare in interſtitiis, & extra tempora, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit diſpenſare in interſtitiis, & extra tempora, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo.*

QVAMVIS in interſtitiis poſſit diſpenſare Epiſcopus in caſibus, de quibus Concilium Trident. *ſeſſ. 23. de reformat. cap.* 13. & ibi Barboſ. in illis, & vt accipiantur Ordines extra tempora, poteſt etiam diſpenſare Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate, vt tenet Bayo *in prax. eccleſiaſt. part. 2. lib. 3. cap. 1. num.* 10. de qua re Tondut. *reſol. benef. cap. 200. num. 34. & ſeqq.* 1

CAPVT CXLIII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit confirmare concordiam, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit confirmare concordiam, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?*

HANC quæſtionem reſoluit affirmatiuè Bayo *dict. cap. 1. num. 15. & 16.* 1

CAPVT CXLIV.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit diſpenſare in homicidio caſuali, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit diſpenſare in homicidio caſuali, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?*

HANC quæſtionem reſoluit affirmatiuè Bayo *dict. cap. 1. num.* 19. 1

CAPVT CXLV.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare cum malè ordinatis ante ætatem, aut sine patrimonio, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare cum malè ordinatis ante ætatem, aut sine patrimonio, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?*

1 AFFIRMATIVE resoluit hanc quæstionem Bayo *dict. cap.* 1. *num.* 20. *&* 31. & Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 1. *& seqq.*

CAPVT CXLVI.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare in oculi dextri, aut Canonis defectu, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & quid in defectu pedis, aut manus, aut alterius membri?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare in oculi dextri, aut Canonis defectu, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & quid in defectu pedis, aut manus, aut alterius membri.*

1 HANC quæstionem resoluit affirmatiuè Bayo *dict. cap.* 1., *num.* 24. 25. *&* 27.

CAPVT CXLVII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit concedere facultatem ad ossa defuncti transferenda, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit concedere facultatem ad ossa defuncti transferenda, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?*

HANC quæstionem resoluit affirmatiuè Bayo *dict. cap.* 1. *num.* 30. 1

CAPVT CXLVIII.

Vtrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit dispensare in monacho, aut moniali illegitimo, ad hoc vt sit Prælatus, aut Abbatissa, & ad hoc vt eximatur ab officij electione?

SVMMARIVM.

1 *Vtum Nuntius cum potestate Legati à latere possit dispensare in monacho, aut moniali illegitimo ad hoc vt sit Prælatus, aut Abbatissa, & ad hoc vt eximatur ab officij electione.*

AFFIRMATIVE resoluit Bayo *dict. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. 2. *&* 3. de quo vide Couar. *in* 4. *part.* 2. *cap.* 8. §. 9. *num.* 1. Molin. *de iustitia disp.* 179. *pag.* 986. Rodriguez *in summa*, §. *religiosos*, *cap.* 107. & §. *Abbadeça*, *num.* 4. *cum seqq.* 1

CAPVT

CAPVT CXLIX.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit concedere facultatem ad hoc vt exeat Nouitius è monaſterio per aliquorum dierum ſpatium, ad hoc vt expleret ſuam voluntatem, etiam contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius poteſtate poſſit concedere facultatem ad hoc vt exeat Nouitius à monaſterio per aliquorum dierum ſpatium, ad hoc vt expleret ſuam voluntatem, etiam contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?*

1 FFIRMATIVE reſoluit Bayo *dict. cap.* 2. *num.* 5. Zerol. *in praxi*, 1. *part. §.Moniales, num.* 3.

CAPVT CL.

Vtrum Nuntius cum poteſtate Legati à latere poſſit concedere facultatem, vt puella maior ſeptem annorum poſſit eſſe in monaſterio?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Nuntius cum poteſtate Legati à latere poſſit concedere facultatem, vt puella maior ſeptem annorum poſſit eſſe in monaſterio.*

1 ANC quæſtionem ex cauſa iuſta reſoluit affirmatiuè Bayo *dict. cap.* 2. *num.* 6. Zerol. *in prax.* 1. *part. §.Moniales, num.* 10. *&* 11.

CAPVT CLI.

Vtrum Nuntius cum poteſtate Legati à latere poſſit concedere facultatem, vt monialis poſſit habere famulam, contradicente Archiepiſcopo aut Epiſcopo; & vtrum diſpenſatio, vt duæ moniales vnam ſeruam habeant, exſpiret mortuâ vnâ illarum, vel famulâ deficiente poſſint aliam habere?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Nuntius cum poteſtate Legati à latere poſſit concedere facultatem, vt monialis poſſit habere famulam, contradicente Archiepiſopo, aut Epiſcopo: & vtrum diſpenſatio, vt duæ moniales vnam ſeruam habeant, exſpiret mortuâ vnâ illarum, vel famulâ deficiente poſſint aliam habere?*

ANC quæſtionem reſoluit Bayo *dict. cap.* 2. *num.* 7. Themud. 1. *part. deciſ.* 14. *&* 15. 1

CAPVT CLII.

Vtrum Nuntius cum poteſtate Legati à latere poſſit diſpenſare, vt vnus frater laïcus ſit Sacerdos, & vt habeat vectigal, & vt poſſit eſſe extra monaſterium, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Nuntius cum poteſtate Legati à latere poſſit diſpenſare vt vnus frater laïcus ſit Sacerdos, & vt habeat vectigal, & vt poſſit eſſe extra monaſterium, contradicente Archiepiſcopo, aut Epiſcopo?*

FFIRMATIVE reſoluit hanc quæſtionem Bayo *dict. c.* 2. *num.* 8. *& ſeqq.* & *lib.* 2. *quæſt.* 48. *num.* 7. vbi etiam quod diſpenſatio Nuntij non habet effectum in 1

in tertij præiudicium, de quo vide Tondut. *quæstion. beneficial. cap.* 200. vbi agit de facultatibus Legati Aueniorensis, & eas explicat, & tractat de illis, & an extendantur ad alios Legatos & Nuntios: de quo etiam 2. *part. cap.* 3. §. 6. *per tot.*

CAPVT CLIII.

De facultate Nuntij, & quæ possit exercere, vel non, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, ad varios casus vltra relatos.

SVMMARIVM.

1 *De facultate Nuntij, & quæ possit exercere, vel non, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, ad varios casus vltra relatos.*

1 DE hac facultate in terminis est videndus Garcia *de benefic.* 5. *p. cap.* 3. §. 1. *de facultate Nuntij*, Tondut. *dict. cap.* 200. & per Æneam de Falcon. *inter tractat. Doctor. tom.* 15 *de reseruatione beneficior.* 2. *p.* & *tom.* 13. *p.* 2. *tract. de Cardinalib. Legatis*: Barbat. Sicul. *pag.* 132. & per Nicol. Boër. *in tract. de potest. Legati à latere, pag.* 143. & per Gambar. *in tract. de offic. atque authoritate Legati à latere, pag.* 150. *init.* & per Brunel. *in tract. de dignitate & potestate Legati, pag.* 230. *init.* & per Villadieg. *in tract. de Legato, pag.* 258.

CAPVT CLIV.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate, aut suus Auditor possit applicare pœnas pecuniarias impositas propter delictum commissum in partibus ad suum Tribunal, vel pertineant ad Sanctam Bullam Cruciatæ, contradicente Archiepiscopo, vel Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate, aut suus Auditor possit applicare pœnas pecuniarias impositas propter delictum commissum in partibus ad suum Tribunal, vel pertineant ad Sanctam Bullam Cruciata, contradicente Archiepiscopo, vel Episcopo.*

HANC quæstionem resoluit negatiuè ex Riccio *decis.* 290. *p.* 2. Thoro 2. *part. in compend. decision. lit. N. verbo Nuntius Apostolicus, pag.* 31. *colum.* 1. & *pag.* 33. *colum.* 1. & ex speciali priuilegio concesso Illustrissimo Domino Commissario generali similes pœnæ pertinent ad Sanctæ Cruciatæ Bullam, & non possunt applicari Tribunali Nunciaturæ. Thoro *in compend. decis. verso Nuntius, & Pœna.* 1

CAPVT CLV.

De incompatibilitate beneficiorum, & vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare super pluralitate illorum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo?

SVMMARIVM.

1 *Incompatibilia sunt duo, vel plura ecclesiastica beneficia, maximè curam animarum habentia; seu duæ, pluresue apud vnum Ecclesia, personatus, seu dignitates.*
2 *Et etiam duæ Commendæ.*
3 *Et etiam duæ Capellaniæ.*
4 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare super pluralitate eorum, seu illarum.*

CVM sint incompatibilia duo, vel plura ecclesiastica beneficia, maximè curam animarum habentia, seu duæ, pluresue apud vnum Ecclesiæ, Personatus, seu Dignitates, quia concursus earum est prohibitus de iure canonico, *c. Sanctorum,* 70. *distinct. cap. In apibus* 7. *quæst.* 1. *cap. Vnio* 10. *q.* 3. *c. Clericus, cum tribus seqq.* 21. *quæst.* 1. *cap. Dudum* 54. *de electione, cap. Referente* 7. *c. Præterea* 14. *cap. De multa* 28. *de præbendis, & dignitatib. cap. Quia nonnulli, de clericis non residentib. cap. Literas* 9. *de concessione præbendæ, extrauaganti Execrabilis, de præbendis & dignitatib.* Concil. Trid. *cap.* 4. *sess.* 7. *de reformat.* & *cap.* 17. *sess.* 24. vbi latè August. Barbos. explicat, & limitat, & eleganter Roxas *de incompatibilitate maioratus part.* 7. *cap.* 1. *num.* 1. *& seqq.* 1

Et

2 Et etiam duæ Commendæ, vt tenet Ruxas *dict. cap.1. num.41.* & Solorzan. *de iure Indiar. tom.2. lib.2. cap.5. num.79.*

3 Et etiam duæ Capellaniæ, & quando, vt cum multis tradit eleganter Ioan. Marques de Cuenca y Mescua *manifesto juridico y apologetico por los Capellanos de S.Anna de Sevilla, como fiscal do Arçobispado.*

4 Venit disputandum vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit dispensare super incompatibilitate, aut pluralitate Beneficiorum, Commendarum, aut Capellaniarum: de qua quæstione, & quando possit, vel non, sunt videndi Kochier *ad regul. Cancellar.* 52. *num.*10. Garcia *de benefic. part.* 11. *cap.*5. *num.*258. *& seqq.* Bajn *in prax. Ecclesiastic. part.*2. *lib.*3. *cap.*1. *num.*23.

CAPVT CLVI.

Vtrum si Nuntius Apostolicus, qui de causa cognoscit, recusetur, recusationem non admittat, nec arbitros eligat, possit recurri ad Archiepiscopum tanquam delegatum Sedis Apostolicæ, vt Nuntium compellat ad arbitros eligendos; vel debeat recurri ad Principem, vel ad appellationis medium. Et quid è contra: & quid etiam in suspicione posita Archiepiscopo, aut Episcopo, aut Nuntij Auditori, aut Iudici commissario ab eo nominato.

SVMMARIVM.

1 *Nuntius cum potestate Legati à latere, & etiam Cardinalis Legatus à latere possunt recusari.*

2 *Quando Nuntius Apostolicus recusatur, quid dicendum.*

3 *Archiepiscopi, aut Episcopi possunt recusari, nisi in visitationis actu:* & n.4.

5 *Si recusentur, quis cognoscat.*

6 *Si recusetur Auditor Nuntij, aut Index commissionis, quomodo procedatur.*

1 Cum Nuntius cum potestate Legati à latere, & etiam Cardinalis Legatus à latere possint recusari, vt multis citatis tenet Frances *de offic. Cancel.* D. *Alvarez Pegas Tract. de Compet. quæst.*11. *num.*17. *&* 22. de quo vide Mend. *in praxi, part.*2. *cap.*1. *num.*36. solet in hac Curia dubitari, quid faciendum quando Nuntius Apostolicus, qui de causa cognoscit, recusatur, qui recusationi non defert, nec arbitros eligit, iuxta regulam textus *in cap. Suspicionis, de offic. delegati,* quid eo casu agendum sit.

Primum se offert appellationis remedium, sed periculo plenum, propter moram: item etiam potest dici eo casu esse recurrendum ad loci Ordinarium, Archiepiscopum, aut Episcopum, qui tanquam delegatus Sedis Apostolicæ poterit compellere recusatum, vt in arbitros se compromittat, argumento textus *in cap.1. de privileg. lib.6.* renouati in Concilio Trident. *sess.7. de reformat. cap.14.* Vel potest dici ad Principem spectare compellere, vt arbitri eligerentur iuxta formam Concilij *sess.14. de reformat. cap.5.* Ceuall. 4. *part. quæst.1. num.*777. passim enim videmus inter colluctantes Conseruatores cum Ordinariis Reges solitos manus apponere, & eos compellere vt arbitros assumant, tanquam protectores, & defensores Concilij. 2

Et cùm Archiepiscopi, aut Episcopi possint recusari, vt tenet Giurb. *observ.*68. *num.*17. *&* 18. Baron. *in annot. ad sing.* 27 *tom.*3. *de citat. & de effect. inimic. effect.*116 *num.*59. 3

Nisi in visitationis actu, vt tenet Ciarlin. *cap.*65. *num.*20. Baron. *dict. effect.* 116. *num.*60. 4

Si recusentur, potest cognoscere Nuntius Apostolicus de eius recusatione, & suspicione; & ad illum remittere causam debet, propter suspicionem intentatam *ex cap. Cum speciali* 61. *de appellat.* August. Barbos. *vot.*24. *num.*21. & 27. explicat *cap. Requiris* 41. *de appellat.* Narbon. *in l.* 59. *gloss.*1. *num.*232. 5

Et si recusetur Reuerendus Auditor Nuntij, aut Iudex commissionis, postquam ipse procedit in causa, & in ea non admittitur, poterit pars ad Nuntium Illustrissimum appellare, vt cognoscat super recusationis iustitia, & in eo interim Nuntius inhibet Iudicem commissionis, à quo appellatur, vt de praxi testatur Fermosin. *super cap. fin. de libelli oblatione, in prax. Tribunal. quæst.*8. *num.*37. *pag.*54. 6



CAPVT CLVII.

Vtrum si Episcopus concurrat cum Nuntio, aut Legato à latere in faciendis diligentiis circa inquisitiones Episcopi electi, præcedat Nuntius, aut Legatus, an Episcopus loci.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum si Episcopus concurrat cum Nuntio, aut Legato à latere in faciendis diligentiis circa inquisitiones Episcopi electi, præcedat Nuntius, aut Legatus, an Episcopus loci.*

1 HANc quæstionem tractat Doctissimus Andrade *in libro intitulato accoens Episcopaes, cap.4.per tot.*

CAPVT CLVIII.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit cognoscere de appellatione interposita à Tribunali Sanctæ Cruciatæ?

SVMMARIVM.

1 *De iudicibus delegatis à Commissario Bullæ Sanctæ Cruciatæ, & ad quem pertineat cognitio appellationis ab eorum sententia interposita.*

2 *De appellatione sententiæ latæ à Tribunali Sanctæ Cruciatæ non potest cognoscere Nuntius.*

1 DE iudicibus Sanctæ Cruciatæ, qui vulgò dicuntur *Subdelegados da Santa Cruzada*, qui nominantur à Præside Cruciatæ, fiet appellatio ad eundem Præsidem Cruciatæ, & ad suum Tribunal, eiusque Consilium supremum, vt testatur Fermosin.in terminis *in c.Si duobus, de appellat.n.63.*

2 Sed de sententia lata à Præsidente Tribunalis Cruciatæ cum Tribunali, in materia exactionis non admittitur appellatio, nec recursus, vt ex lege Castellæ tradit eleganter Fermosin. *in cap.11. q.4. de appellat. num.12.& 13.* eleganter in terminis nostri Tribunalis Sanctæ Cruciatæ D. Antonius Maschrenhas *in lib. intitulato, Manifesto sobre la iurisdiçaon do Tribunal da Bulla da S. Cruzada, con ò Reuerendissimo Colleitor.*

CAPVT CLIX.

Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit se intromittere aut cognoscere de delicto hæresis, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo Inquisitore generali, aut Dominis Inquisitoribus.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate possit se intromittere, aut cognoscere de delicto hæresis, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo Inquisitore generali, aut Dominis Inquisitoribus.*

HÆc quæstio negatiuè resoluenda venit *ex extrauaganti Cum Mattheus, de hæreticis*, & ibi Barbos. Farin. *q.186.num.4.* Delbene *de offic.sanctæ Inquisitionis, p.2.dub.195. sect.18.n.2.* 1

CAPVT CLX.

De visitationis origine, antiquitate, & visitandi obligatione, aut iurisdictione: & an possit Episcopus tanquam Apostolicæ Sedis delegatus visitare Ecclesias Hierosolymitanorum; & an teneatur eas visitare per seipsum, vel possit ad eas visitandas Visitatores nominare: & quomodo aduersus impedientes procedere debeat, non obstante Nuntij contradictione: & quid quando Papa nominat Visitatorem, vel Nuntius ex ipsius facultate; an talis Visitator sit obstaculum ad hoc vt Visitator Episcopi visitet?

SVMMARIVM.

1 *De visitationis origine, & antiquitate.*

2 *Munus Pastorum est visitare gregem.*

3 *Visitatio*

3 *Visitatio est de Iuribus Episcopalibus, & in ea fundatur obligatio Episcopalis.*
4 *Episcopus an possit visitare Ecclesias exemptas.*
5 *Et quid in Ecclesiis Religionis S. Ioannis Hierosolymitani:* & num. 6. vsque ad 11.
12 *Episcopus an teneatur visitare per seipsum, vel possit nominare, aut delegare Visitatores, & quando:* & numeris sequentib.
15 *Interueniente iusta causa potest delegatus subdelegare.*
17 *Visitatores constituti ab Episcopis ius obtinent visitandi.*
18 *Capitulum Sede vacante succedit in iure visitandi.*
Visitator potest petere libros visitationum præteritarum, & ex illis probatur possessio visitandi, ibid.
19 *Obseruantia debet seruari.*
20 *Possessio in juribus negatiuis non acquiritur absque prohibitione, & acquiescentia.*
21 *Non obstante possessione immemoriali, & præscriptione, potest Episcopus, aut eius delegatus visitare: & quare* n. 22.
22 *Quis cognoscat de appellatione interposita in casu visitationis.*
23 *Quid faciendum si exemptus non obediat, & an possit puniri ab Ordinario.*
26 *De materia Visitationis.*
27 *An Legatus à latere possit Visitare, & non obstante sua visitatione Visitator Episcopi: & quid comprehendatur in facultate visitandi.*

1 EPISCOPUS, qui Ecclesiæ suæ sponsus ab Spiritu sancto positus ad eam regendam, ac gubernandam, quam proprio sanguine Iesus Christus Dominus noster & acquisiuit, & sanctificauit, tenetur commissum sibi gregem omni studio, & conatu ante oculos habere, vt eum ab omni exteriori damno, internisque animi imminentibus periculis, tanquam vigilans Pastor custodiat. Quemadmodum enim Pastores sæpiùs gregem suum inuisunt, lustrant, numerant, ne quid eorum incuriá peccat: ita Episcopi nullá ratione faciliùs commissi sibi gregis saluti, ac incolumitati consulent, quàm si sæpius eum inuisant, ac lustrent, ac quidquid mali furti dæmonum arte irrepserit, radicitus exstirpandum curauerint. Lustrari enim, & visitari Diœceses à propriis Prælatis, & superioribus, est eorum obligatio, antiquissimaque consuetudo, & penè Ecclesiæ coætanea est, more accepto ab Hebræis, & Gentilibus; in veteri enim lege id docuerunt facto suo Sacerdotes missi à Rege Iosaphat *lib. 2. Paralip. cap. 17.* ibi: *Habentes librum legis Domini circuibant vrbes Iuda, & docebant populos.* Et visitationis apud Iudæos vsitatæ mentio extat *in cap. 30. Exodi*, iuxta ignoti Interpretis versionem, quâ vritur D. Ambrosius *epist. 1.* ibi: *Quod si acceperis computationem filiorum Israël in visitatione ipsorum, & dabunt singuli redemptionem animæ Domino, & non erit in eis ruina.* In nouo Testamento habemus Principem Pastorum Christum Dominum, qui apud Matthæum *cap. 4.* circuit totam Galilæam, ciuitates omnes, & castella, docens in Synagogis, & prædicans Euangelium: & apud Lucam *cap. 8. Iter facit per ciuitates, & castella prædicans, & euangelizans regnum Dei.* Et de D. Paulo refertur *Actuum Apost. cap. 15.* quod perambulabat Syriam, & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Et Magistratus politicos visitationem vsitasse constat ex *l. congruit, ff. de offic. Præsidis*, vbi refertur, Præsidem peragrasse prouinciam suam, vt eam ab omnibus malis repurgaret. Et de Philippo Tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis refert Iosephus *lib. 15. antiquit. cap. 6. & 9.* solitum iter facere cum paucis selectis comitibus, subsequente sella, in qua sedens iura redderet. Quare si quis ex occursu opem eius inuocaret, sine dilatione, mox ibi sellâ positâ residentem causam cognouisse, aut sontem damnasse, aut absoluisse innoxium. His ergo exemplis moti Ecclesiæ PP. variis Canonibus statuerunt, vt Prælati diœceses suas visitarent. Concil. Brachar. 2. *can.* 1. refertur *in cap. Placuit 10. quæst. 1. cap. Decreuimus, cap. 11. ead. causa & quæst.* Concil. Carthag. *can.* 53. ibi: *Constitutum est in Concilio Hipponensi, singulas prouincias tempore Concilij visitandas esse.* Meldense *can.* 39. sic habet: *Quorundam Episcoporum reprehensibilis, immo damnabilis consuetudo omnimodis corrigatur, qui plebes sibi creditas, aut rarò, aut nunquam per seipsos iuxta ordinem Euangelicum, Apostolicum, atque Ecclesiasticum visitant.* Taurin. *cap. 1. in fin.* sic edicit: *Hoc Concilio vtiliori decretum est, vt si placet memoratarum vrbium Episcopis, vnusquisque de his viciniores sibi inter Prouincias vindicet Ciuitates, atque eas Ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas, & proximas magis esse constiterit.* Trident. *sess. 6. cap. 3. & sess. 21. de reformat. cap. 8.* referunt Crespetius *in summa, verbo Visitatio*, Ant. August. *in epit. iur. lib. 4.*

lib.4. tit.63. & horum Visitatorum mentio extat apud Gregor. *lib.3.tit.63. ad Maxim. Syracus.* ibi: *Visitatores Ecclesiarum, Clericique eorum, qui cum ipsis per sua ciuitatis parœcias fatigantur.*

Præcipuum ergo Pastorum munus est visitare gregem, & lustrare populum suum ad confirmandos fideles, & vt per eos illis innotescant quæ in diœcesi innouanda, mutanda, temperandaque sunt, vt adimpleant quod de illis refertur *Prouerb. cap. 27.* ibi: *Cognoscent diligenter vultum pecoris, quem non visitant?* Et *cap. 10. Ioan.* ibi: *Vocabunt oues nominatim.*

3 Etcùm visitatio sit de iuribus Episcopalibus, vt est textus expressus *in cap. Conquerente, de offic. ordinarij*, quia in ea fundatur obligatio Episcopalis habens in visitatione suæ diœcesis ius fundatum, iuxta textum *in cap. Cùm Episcopus, de offic. Ordinarij, cap. Cùm venerabilis 21. de censib. cap.1. §. vltim. eod. tit. lib.6. cap. Omnes Basilicæ, 16. quæst. 7.* Pastoral. Reg. *part. 2. quæst.3. num.57.*

4 Ecclesias exemptas, necnon & Monasteria Regularium, in quibus imminet cura animarum, personasque Regulares ibidem curam exercentes subiectas esse visitationi, iurisdictioni, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi sita sunt, in iis quæ ad dictam curam pertinent, decisum est in Concilio Trident. *can. 8. sess. 7. & cap.8. de reformat. sess. 21. & cap.9. de reformat. sess. 24. & cap.11. sess. 25. de Regularib.* de cuius materia latè agunt Solorzan. *de iur. Indiar. tom.2. lib.3. cap. 17. num.40. cum seqq.* August. Barbos. *in collect. ad dict. Concil. dict. cap.8. & 11.* & *de potest. Episcopi 3. part. alleg.74. num.18.* & *de iur. Eccles. lib.1. cap.43. num. 134.* vbi omnes, qui de hac materia scripserunt latè refert, & Bullam Gregorij XV. de Exemptorum priuilegiis, quæ incipit *Inscrutabili*, sub data nonis Februarij 1622. vbi Summus Pontifex circa visitationem, iurisdictionem, & correctionem Episcopi in Exemptos curam animarum habentes ita statuit, vt patet ex eius tenore, quem ad literam refert.

5 In qua Gregorij XV. Constitutione comprehensam esse Religionem Hierosolymitanam indubium est ex ipsamet Constitutionis litera in derogationem priuilegiorum, ibi: *Militiarum etiam sancti Ioannis Hierosolymitani*: necnon in decretis Concilij Trident. ex rescripto Pij V. 139. incipit, *Exposcit*, de quo *in libro intitulato, Priuilegios Apostolicos da sagrada Religiaon de S. Ioaon do Hospital de Hierusalem, pag. mihi 27.* vbi sic statuit, vt cessaret controuersia inter Episcopos, & priuilegiatos eiusdem Ordinis, vt patet ex verbis ibi, quorum partem refert Aug. Barbos. *de potest. Episcopi 3. part. alleg.74. num.26.*

Idem statutum est in Bullis Gregorij XIII. anno 1578. Xysti V. 1586. Gregorij XIV. 1591. Clement. VIII. 1592. Vrbani VIII. 1624. & Innocentij X. 1648. & docent Kochier *de iurisdict. in Exemptos 2. part. quæst.45. num. 11.* August. Barbos. *de potest. Episcop. 3. part. alleg.74. n.26.* ibi: *Ecclesia Militum Sancti Ioannis Hierosolymitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam Ordinario sunt subiecta, & ab eodem visitari possunt, ex rescripto Pij V.* 6

Idem tenet *lib.1. de iure Ecclesiastico, c.43. num. 137.* ibi: *Ex quibus primò infertur Ecclesias Militum Sancti Ioannis Hierosolymitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam Ordinario esse subiectas, & ab eodem visitari posse, ex rescripto Pij V.* & paulò infrà ibi refert decisum in Sacra Congregatione Concilij in verbis sequentibus: *Vnde sacra Congregatio Concilij in Augustana 26. Iunij 1627. censuit Rectores in Ecclesiis sancti Ioannis Hierosolymitani curam animarum sæcularium exercentes subesse in omnibus visitationi, correctioni, & iurisdictioni Episcopi in iis, quæ concernunt curam, & Sacramentorum administrationem.* 7

Tenet etiam *in collectan. ad Concil. Trident. sess.21. de reformat. cap. 8. num. 7.* ibi: *Et curam animarum, &c. Ecclesias vbi cura animarum exercetur visitari posse ab Ordinariis, etiamsi illæ essent Militum Hierosolymitanorum.* Et *in summa Apostolicar. decision. collectan. 728. num.2.* vbi refert ea, in quibus Episcopus visitare potest iuxta formam motus proprij Pij V. ibi: *Visitare possunt Episcopi tanquam Ordinarij Ecclesias Parochiales, aut curatas quouis modo subiectas Militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani, in iis quæ pertinent ad curam, & exercitium animarum, iuxta formam motus proprij felicis recordationis Pij V. quibus verbis intelligitur Episcopos visitare posse non solùm Parochos à dictis Militibus deputatos, quoad eorum habilitatem ad administranda Sacramenta, inuestigando si eo decore, & eo in loco, quo decet, conseruentur; sed posse itidem mandare restaurari dictas Ecclesias, si eas reperiant minùs decentes, & commodas ad dictam administrationem, ac demùm alia, quæ Sacramentorum administrationi sunt annexa, vtpote paramenta Sacerdotum, quibus in administratione vtuntur; baldachinum, quod delationi sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ ad infirmos inseruit, & alia similia. Sacra* 8

Congreg.

Congreg. Episcop. & Regul. in Perusina, 11. Ianuarij 1603. teste Sellio in selectis Canon. cap.6. num. 3. & eadem verba refert de iur. Eccles. lib.1. cap.14. num.22.

9 Resoluit etiam Piasec. in prax. Episcopal. part.2. cap.3. n.46. Corona de potest. Episcopi tract. 3. cap.10. num.9. Vgolin. de offic. & potest. Episcopi cap.20. §.4. num.2. Tamburin. de iur. Abbat. tom.3. disp.5. quæst.11. num.49. Rota apud Farin. tom.1. decis.396. & tom.2. decis.493. & eleganter Alexand. Sperell. decis.21. num.53. ibi: Infertur decimosextò sub alio decreto Concilij Trident. sess.25. cap.11. de regul. quo statuitur personas Regulares exercentes animarum curam in monasterijs, quibus ea imminet, quoad ipsam curam, Sacramentorumque administrationem subesse iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi sita sunt, comprehendi etiam milites Sancti Ioannis Hierosolymitani. Piasec. in prax. Episcopal. part.2. cap.3. num.46. Vgolin. de offic. Episcopi cap.20. §.4. num.2. Barbos. de offic. Episcop. p.3. alleg.74. n.26. Ricc. in prax. resol.176. Kochier de iurisdict. Ordin. in exempt. p.2. quæst.45. num.11. & ita nominatim disponitur in dicto decreto Sac. Concil. Tridentini. Sed quoniam prædicti Equites prætendebant illi derogatum fuisse per eorum priuilegia, ideo felic. record. Pius V. in sua constit.136. de qua in Bullario nouo, tom.2. fol.347. necnon Gregorius XIII. in sua constit. super dictorum priuilegiorum moderatione, edita sub die 23. Nouembr. 1580. in cap. Circunspecta, impressa in calce stabilimentorum, & in eodem tom.2. Bullar. fol.687. expressè declarauit dicta priuilegia, illorumque confirmationem non comprehendere Ecclesias, neque personas in his, quæ ad curam animarum pertinent; sed in his dicti Concilij Trident. decreta omninò seruari debere, prout etiam disposuit S.D.N. Vrbanus VIII. in sua Constitutione 15. §.10. in 4. tom. Bullar. fol. 245. edita super confirmatione priuilegiorum dictæ Religionis.

10 Resolutum etiam testatur Ricc. in prax. var. resolut. resol. 176. vbi proponendo similem casum num.1. ita resoluit n.2. in verbis, ibi: Hoc elicitur à Concilio Trident. sess.24. cap.9. & sic vt redeam ad petita, dico ex supradictis Episcopos posse visitare omnes Ecclesias exemptas, curatas, & non curatas; & hoc extendi etiam ad Ecclesias Hierosolymitanorum, secundùm Bullam Pij V. quæ incipit Exposcit, vbi in his, quæ concernunt curam animarum, & Sacramentorum administrationem, subjiciuntur prædictæ Ecclesiæ iurisdictioni Episcoporum.

11 Tradit etiam Nouar. in Lucerna Regular. verbo Visitare, n.10. ibi: Visitare possunt Episcopi Ecclesias Militum Hierosolymitanorum curam animarum habentes, vigore Bullæ Pij V. incipit Exposcit: quem etiam sequitur nouissimè Hieronym. Nicol. in flosculis, siue notabilibus practicis, verb. Visitatio ordinaria, pag.375. vers. Etiam Parochias subiectas Religioni Hierosolymitanæ. Et est praxis nostri Regni Portugalliæ, prout testatur Mend. in prax. 2. part. lib.2. cap.3. de Visitatore, num.31. §. Item Ecclesia, ibi: Item Ecclesiæ Militum Sancti Ioannis Hierosolymitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam Ordinario sunt subiectæ, & ab eodem visitari possunt, ex rescripto Pij V.

Et quamuis hanc cognoscendi, custodiendi, & emendandi oues suas vigilantiam, & studium in visitatione per seipsos personaliter exequendam adhibere teneantur Episcopi, ex sacrosancti Concilij Trident. dispositione in c.4. sess.6. de reformat. ibi: Quominus à suis Episcopis, & aliis maioribus Prælatis per seipsos solos. Et ibi Barb. in collectan. n. 4. ibi: Visitare si velit Episcopus ex hoc decreto debet id personaliter agere: & n.17. ibi: Per seipsos, personaliter scilicet, & non per Vicarios, etiam Generales, etiamsi ageretur de visitandis hospitalibus, iuxta cap.8. sess.22. de reformat. Idè Ioannes Sanch. in selectis, disp.50. n.1. cum seqq. & de potest. Episcopi p.3. alleg.73. n.2. ibi: Hanc cognoscendi, custodiendi, & emendandi oues suas vigilantiam, & studium in visitatione per seipsos personaliter exequendam adhibere teneantur Episcopi: & alleg.74. n.13. ibi: Item poterit visitare Ecclesias exemptas, sed tunc per seipsum tantùm. Et de iure ecclesiastico lib.1. cap.14. n.6. vbi similia verba refert. 12

Attamen dato legitimo impedimento, aut causa, quo minus id præstare non possint Episcopi, possunt visitatorem nominare, & ab eo visitatio fieri debet, vt disponit Sacrosanctum Concil. Trident. sess.24. de reformat. cap.3. ibi: Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi propriam Diœcesim per seipsos, aut si legitimè impediti fuerint, per suum Generalem Vicarium visitatorem, si quotannis totam propter eius latitudinem visitare non potuerunt, saltem maiorem eius partem: ita tamen vt tota biennio per se, vel Visitatores suos compleatur, visitare non prætermittant. 13

Et ibi Barbos. in collectan. num. 3. multos refert supponendo hanc resolutionem esse certam: & meliùs d. sess.6. cap.4. num.17. ibi: Secus si velit visitare, ex aliis Concilij decretis, cùm per suum Vicarium Generalem id agere possit, aut per Visitatorem, si modò legitimè impeditus fuerit, vt præmissum est infrà, cap.6. sess.25. de reformat. Sic decisum 14

referunt

referunt Solorzan. & eadem verba refert *de iur. Eccles. d. cap. 14. num. 6.*

15 Et meritò, quia interueniente iustâ causâ potest etiam delegatus à Sede Apostolica suam delegationem subdelegare, ex textu *in cap. Si pro debilitate, de offic. & potest. Iudic. delegati*, cuius verba refert & sequitur Frances *de offic. Cancellar. Regni Aragoniæ, quæst. 10. num. 6.* & ibi Barbos. *in collectan.* multos refert, & Solorzan. *de iur. Indiar. lib. 3. cap. 9. num. 48.*

16 Et sine impedimento liberum est etiam Episcopo visitationem delegare, vt in terminis dicti Concilij tenet Barbos. *d. cap. 4. num. 17.* ibi: *Non verò quod liberum non sit Episcopo visitationem delegare:* & ibi præstat rationem, quia Concilij decretum in Episcoporum fauorem redundat, aliàs si constringeretur Episcopus per propriam personam visitationi operam dare absque libertate illam delegandi, non leue onus illi incumberet: quare ex intentione Concilij fauentis Episcopis, posse ipsos Visitatores delegare, per hæc verba testatur ex Sanch. *dict. disp. 50. num. 20.* idem Aug. Barbos. *num. 17.* & ibi decisum refert in Sacra Congregat. quod etiam tradit idem Hieronym. Nicol. *verb. Visitatio, pag. 375. num. 1.* ibi: *Qui visitandi ius habent, sunt Episcopi, & superiores in propria diœcesi.* Concil. Trident. *sess. 24. cap. 3.* Quod amplia primò vt visitare possint non solùm per se, sed etiam per alium.

17 Quare Visitatores constituti ab Episcopis ius obtinent visitandi, *cap. Episcopum 10. q. 1. cap. inter cætera, de offic. Ordinary, cap. Si Episcopus, eodem tit. in 6. cap. Cùm instantia, cap. Procurationes, de censib.* Augusti. Barbos. *de potest. Episcopi alleg. 73. n. 21.* & *de iur. Eccles. d. cap. 14. n. 5.* & de illis loquuntur DD. quos refert & sequitur Mend. *in prax. 2. part. lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 31. & seqq.* Oliua *de foro Ecclesiæ 1. part. quæst. 16. n. 44. & seqq.* & *2. part. quæst. 9. num. 5.*

18 Et in hoc Regno procedit indubitanter hæc resolutio, quia Visitatores Capituli Sedis vacantis, qui succedunt in iure visitandi, vt tenent multi quos refert Barb. *in collectan. ad Concil. de reform. sess. 24. cap. 3. num. 4.* & *de iure Eccles. cap. 14. num. 8.* & *in Summa Apostolicar. Consil. collect. 729.* Fermosin. *de Sede vacante tract. 1. q. 12. & 13.* semper visitarunt Ecclesias etiam exemptas, & Melitenses, vt constat ex Religionis libris: quod sufficit ad obtinendum, vt multis citatis tenet idem Barb. *dict. alleg. 74. num. 43.* & *de iure eccles. dict. cap. 14. num. 37.* vbi etiam quod in hoc casu potest petere libros, & ei tradendi sunt, vt eleganter etiam sic in hac specie concludit Ciarlin. *lib. 1. forens. cap. 65. num. 13. & seqq.*

Et etiam tempore Episcoporum ita obseruatur, vt est notorium in hoc Regno: & ista obseruantia, tam in tempore Episcopi, quàm Capituli sufficit ad obtinendum in Visitatorum nominatione, vt probant DD. quos Ego ipse refero *in commentar. ad Ord. tom. 1. tit. 2. §. 10. glos. 28 num. 20. & 21.* eleganter loquendo de simili obseruantia ad Concilij, & Bullarum interpretationem Solorz. *de jure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 20. num. 34.* & rationem præstat idem Solorz. *tom. 1. lib. 2. cap. 24. num. 88.* Valenz. *cons. 53. num. 11.* 19

Maximè quando in hoc casu non potest possessionem allegare exemptus, quia non potest ostendere prohibitionem, nec acquiescentiam actui visitationis, sine qua in his Iuribus negatiuis non acquiritur possessio, ex Gloss. tam vulgari, quàm recepta *in l. qui luminibus, ff. de seruitutib. vrbanor. §. flumina, Instit. de rerum diuis. l. fin. ff. de vsucap.* Gratian. *forens. lib. 3. cap. 564. num. 52.* & *cap. 450. num. 12.* Menoch. *de arbitr. cas. 160. num. 10.* Garcia *de nobilit. gloss. 35. num. 36.* in specie Farin. *decis. 33. num. 1.* & *decis. 508. num. 4. 1. part. recentior.* Tusch. *practicar. conclus. 585. num. 2. & 5. lit. P.* 20

Et quando probaretur possessio, adhuc etiam eâ immemoriali non obstante, potest Episcopus, aut eius delegatus visitare, vt expresè disponit Sacrosanctum Concil. decretum *sess. 6. de reformat. cap. 4.* & *sess. 13. cap. 1. & sess. 24. cap. 3. & 10. etiam de reformat.* vbi August. Barbos. *& de iure Eccles. dict. cap. 14. num. 34.* & ex dicto Concil. *sess. 22. cap. 8. de reformat.* tradit Frances *Pastoralis Regular. part. 2. quæst. 6. num. 13.* & propterea statutum est *in cap. Cùm ex officij, & in cap. Accedentes, de præscript.* ne præscribi exemptio in visitatione vllo vnquam tempore valeat, vt prosequitur idem Barbos. *dict. num. 34.* 21

Et meritò, quia materia ista visitationis est imprescriptibilis; semper enim actus ex parte Episcopi remanet merè facultatiuus, secundum Surd. *cons. 127. num. 81.* Gratian. *forens. cap. 298. num. 10.* & *cap. 399. num. 33.* Ex quibus ita concludit Barbos. *dict. alleg. 73. num. 2.* & ita procedere debet in visitatione, non obstante exemptione, inhibitione, appellatione, vel querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, vt ex Concilij Decretis tradit idem Barbos. *dict. cap. 14. num. 34.* & probatur per textum *in cap. Romana, de appellat. lib. 6.* (vbi etiam quod in hoc casu non 22

potest

potest de appellatione cognoscere Senatus Episcopi, (sed tantùm superior,) optimè multis etiam citatis in hac specie resoluit Ciarlin. *forens. dict. cap.* 65. *num.* 17.

23 Et quotiescùnque Episcopis, vel suis Visitatoribus licet visitare monasterium Regularium, aut Ecclesiam, aut alia loca exempta, si dum ipsi ingredi volunt monasteria ipsa ob causam prædictæ visitationis, renuant Regulares, aut alij exempti illos intromittere ostia claudendo, Episcopis, aut Visitatoribus fas erit vim inferre, & ostia frangere, & impedientes excommunicare, etiam non adhibitis monitionibus, & procedere etiam contra Conseruatores impedientes, & statim mandare affigi cedulones, vt per hæc verba multis citatis tradunt August. Barbos. *dict. alleg.* 74. *num.* 22. *&* 23. Ciarlin. *dict. cap.* 65. *num.* 10. 11. *&* 12. vbi etiam quod in hoc casu tenentur visitationem perficere, inuocato etiam brachio sæculari, si eo indigebunt: quod etiam tradit nouissimè D. Nicol. *dict. verb. Visitatio, pag.* 377. *§. Amplia* 12.

24 Et si aliquis Melitensis, aut exemptus lacerauerit edictalia, potest ab Episcopo carcerari, & puniri, non obstante Nuntij Apostolici contradictione, vt in hac specie resolutum est per Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium apud Baptist. de Luca *theatr. verit. & iust. tom.* 3. *de iurisdict. & foro comp. discurs.* 36.

25 Et meritò, quia exempti inobedientes, & turbantes Episcopi iurisdictionem, aut Visitationem, in qua procedit tanquam delegatus à Sede Apostolica, iuxta Sacrosancti Concilij Tridentini decretum, possunt conueniri apud Ordinarium, excommunicarique ab Episcopo, aut alio modo puniri; remanent enim in his casibus subiecti correctioni, & punitioni Episcoporum, ex Concil. Trident. *sess.* 25. *de regularib. & sess.* 21. *cap.* 8. *de reformat.* probat Bordon *moral. resolut.* 7. *n.* 19. *&* 69. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, teste Barb. *in summa Apostolicar. Constit. collectan.* 439. *verb. Iurisdictio, num.* 6. Frances de Vrrutigoyti *Pastoral. Regular. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 12. *& seqq. & quæst.* 10. *num.* 58. latè Villaroël. *in tract. Gouierno Ecclesiastico y pacifico*, 1. *part. quæst.* 6. *art.* 2. Farin. quem citat Barbos. *ad Concil. sess.* 25. *cap.* 13. *de Regular.* Maur. *decis.* 35. *dub.* 2. vbi decisum refert Piasec. *in prax. Episcopal.* 1. *part. cap.* 3. *num.* 52. *vers. Relinquentes*, Genuens. *in prax. Archiepiscopal. Neapolit. cap.* 59. Sanchez *in selectis Canonic. cap.* 112. *num.* 11. Solorzan. *de iure Indiar. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 66. *&* 69. Franch. *de controuers. inter Episcopos, & Regulares, quæst.* 6. *vers.* 5. Palafox Episcop. *in lib. intitulato Defensa Canonica, pag.* 12. *versa, num.* 28. *& seqq.* & *pag.* 63. *num.* 2. *& seqq.* de Luca *theatr. veritatis & iustitia tom.* 3. *de iurisdictione, discurs.* 29. *per tot.* vbi ad hoc allegat textum expressum *in cap. Cùm & plantare*, *§. fin. de priuileg. & discurs.* 36. *&* 47. tradit etiam Carena *de offic. Sanctæ Inquisitionis part.* 1. *tit.* 5. §. 13. *num.* 90. Fuscus *de visitatione lib.* 2. *cap.* 0. *num.* 24. Peyrin. *de priuileg. minor. tom.* 1. *constit.* 2. Xysti IV. §. 70. *n.* 13. Nouar. *Lucerna Regular. verb. Excommunicare, num* 6. Delbene *de immunit. Eccles. tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 1. *num.* 8. Diana *part.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 35. Ricc. *in prax. resolut.* 210. *num. fin.* Leon *de censur.* 2. *part. recollect.* 2. *num.* 488. *& seqq.* Frances *de Eccles. Cathedral. cap.* 28. *num.* 353. *& seqq.* Sanch. *tom.* 2. *Concilior. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 1. *num.* 29. vbi etiam quod procedit etiamsi exempti delinquant, & contradicant in loco exempto: & ad ea, quæ possunt obijci, respondent Luca, Frances, & Leon vbi suprà.

Cætera circa materiam visitationis, & quomodo, & quando, & quibus requisitis fieri debeant, vide per suprà citatos, & maximè per Barbos. & Fuscum: & de hac quæstione post hæc scripta vide Scano *in propugnacul. Sacr. Religion. discept.* 13. *cap.* 12. vbi aliquas limitationes refert circa quæstionem principalem: de quo etiam vide Pereir. 2. *part. cap.* 58. *per tot.* circa Visitatores Ordinum, de quibus etiam *in alleg. iur. in Ordinum defensionem contra Archiepiscopum Eborensem.* 26

Et etiam Legatus à latere, aut Nuntius cum eius potestate potest visitare; cùm ex officio legationis suæ à Sede Apostolica visitatio iniungitur; & Legatus natus in sua Prouincia, *cap. Accedentes, de præscriptionib. cap. Quia, de immunit. Ecclesiarum:* & Legatus missus, si ei specialiter iniunctum sit onus visitandi, vt si vrgens aliqua necessitas expostulet visitationem, *cap. Cùm instantia, cap. Cùm nuper, cap. procurationes, de censib.* Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 73. *num.* 20. & *alleg.* 129. *num.* 5. nouissimè Emmanuel Gonzalez Tellez *in commentar. ad ius Canonic. ad text. in cap. Cùm Apostolus, de censib. num.* 6. 27

Et quando datur specialis Visitator à Papa, an possit Visitare Episcopus, aut eius Visitator, pro vna & altera parte multa tradit Fermosin. *tract.* 1. *de Capitul. Sede vacant. quæst.* 12. *num.* 16. *& quæst.* 13. dispu- 28

tat

tat, an Visitator Sede Episcopali vacante deputatus censeatur habere generalem administrationem, quamuis ea non exprimatur in mandato: & an possit Visitator Episcopali Sede vacante deputatus ab inferiori à Papa conferre beneficia spectantia ad solam collationem Episcopi? Et an Capitulum Sede vacante possit per se & per suos Visitatores visitare exemptos, sicut potest Episcopus?

CAPVT CLXI.

Vtrum Archiepiscopi, aut Episcopi possint cogi ad hoc, vt eorum expensis sepeliatur Nuntius mortuus in legatione, aut in via: & vbi sepeliri debeat, & quid in Legato à latere?

SVMMARIVM.

1 *De sepulturis.*
2 *Si Nuntius decedat in legatione, vbi & quomodo sepeliri debeat.*

1 DIVERSIS, variisque nominibus appellari solebant loca, in quibus mortuorum corpora sepeliebantur, de quibus sunt videndi latissimè agentes Iul. Lauor. *tit.* 2. *cap.* 6. de prisco & recenti funerandi more. Dulphus *de sepultur. cap.* 3. Francisc. Maria Samuel *de sepultur. contr.* 3. eleganter, & omninò videndus Hiranz. *prax. protestation. in princip. super text. in l. si quis* 14. §. *plerique, ff. de religios. & sumptib. funer. super verbis textus, Vt & sumptus post sint seruari, num.* 24. *& seqq.*

Et si Nuntius è vita decedat in legatione, aut in via, vt debeat sepeliri expensis Archiepiscopi, Episcopi, aut Cleri; & in quo loco debeat deponi corpus eius, & an habeat sepulturam Cardinalis Legati, est textus *in cap. Accedens, de praescriptionib.* & tradit Iul. Lauorius *tom.* 1. *variar. lucubration. tit.* 2. *de prisco & recenti funerandi more, cap.* 11. *num.* 50. & *cap.* 16. *num.* 33. quem refert Villarroël. *Gouierno Ecclesiast. y pacific.* 1. *part. quaest.* 4. *art.* 3. *num.* 16. *&* 17. Fermosin. *in cap. Sua nobis, de offic. Vicar. quaest.* 3. *num.* 69. qui loquitur in Collectore: & Nos finem huic tractatui imposuimus die 30. Aprilis 1673. 2

PROTESTATIO.

Me inscio, si aliquid in hoc libro, vel alibi elapsum est, quod Catholicae Fidei, aut Christianae Religioni aliquatenus aduersetur, vel ignaro, quod DD. minùs probati contingat, id omne indictum, non scriptum, & Sacrosanctae Romanae Ecclesiae censurae, aut cuiuslibet meliùs sentientis correctioni subiectum & debitè voueo, & ex animo volo.

INDEX

I N D E X
RERVM OMNIVM
N O T A B I L I V M,

QVÆ IN HOC TRACTATV DE COMPETENTIIS inter Archiepiscopos, Episcopos, & Nuntium Apostolicum cum potestate Legati à latere continentur.

Prior numerus paginam literâ p, *alter marginales notas literâ* n, *denotat: addita verò literâ* c, *caput designat; quæ apposita est vbi ita congruere visum est.*

Archiepiscopus

Rerum notabilium.

Bonum.

C

Caduca.

Canonicus.

Capellanus.

Capitulum.

Captiuus, & Captus.

Caput.

Cardinalis.

Cardinales

Episcopu

Eques.

Examen.

Excommunicatio.

Exemptio, & Exemptus.

Exequutor.

Expositus.

F

Facultas.

Fama.

Familiaris.

Hæres

Legatum

Legatus.

Legatus

Legitimatio, & Legitimatus.

Lex.

Mortis

D. Alvarez Pegas Tract. de Compet.

de

Portiones

Pupillus.

Spes

Textus

Transfuga.

F I N I S.